ONOMA ΣΙΚΟΝ

seu LEXICON Medicinæ Simplicis, OTHONIS BRVNFELSII primùm ingenio, tùm Amicorum post se recognitione & studio, iustiore lima repurgatum, auctumq; : Addita uocum quarundam Germanica expositione, iuxta uberiorem DIOSCORIDIS Historiam.

INSIGNE SCHOTTORVM Familiæ.



ANNO CHRISTI Millesimo, Quadringentesimo, Sexagesimosexto. FRIDERICO ROM. IMP. III. IO. MENTELIN, primo Typographiæ Inuentori, a SVIS concessum.

Diui CAROLI V. Priuilegio ad Quinquennium. Anno CHRISTI M. D. XLIII.

Argentorati IOANNES SCHOTTVS ære perennius dedit.

LECTORI ÆQVO OTHO BRVNſelſius Medicinæ profeſſor.

INTER tam multa ſcribendi argumenta & genera, uidelicet, Rationale, Artificiale, Hiſtoricum, Gloſſematicum, rerumq; omnigenum communes locos & ſtatus, haud ſcio, an ullum moleſtius extet, quàm Lexicorum commentarios ſcribere. Nam tot uocum ſyluas & turbas, ſeriatim in ſuas claſſes digerere, præterquàm, quòd res eſt, immenſi tùm laboris, tùm tedij, etiam magiſtrum requirit, in bonorum ſcriptorum lectione diligenter uerſatum, exercitatumq;, maximè qui unius peculiariter diſciplinæ uocabula uelit examuſsim inquirere. Facilè enim eſt, uel mediocriter erudito, de re quauis nugari quippiã: ſcribimus enim, inquit Poëta, poëmata paſsim indocti, doctiq;, gloſſariorumq; & hypomnematiſtarũ, πλάνας καλλιχυγίων. At res ipſas ſcitè, appoſitè, deſignareq; efferre, atq; ad Polycleti, quod dicitur, regulã exprimere, hoc opus, hic labor eſt. uix enim protritiſsima quæq; ſuis rectè proferimus uocabulis: tantum abeſt, ut diſciplinarum genuinas uoces ſynceras habeamus. Accedit ſtudiorum præmium, gloria, & immortale nomen, quod ex nullis lucubrationibus paratur minus: cùm nullũ maiori conſtet moleſtia. Id quod in cauſſa eſſe reor, quòd hodiè tàm pauci in ea paleſtra ſeſe exerceant, cùm alioqui plures ſcribendi libros, ut inquit Solomon, nullus ſit finis. Vndè ſæpè mecum cogitaui, poſſe ſuccurri huic malo, ſi doctiſsimi aliquot uiri, & idiomatum, rerumq; adprimè periti, huiuſmodi aliquod conſilium ineant inter ſe, ut quilibet ſuæ diſciplinæ uocabula emunctè reſtitueret, atq; conſcriberet. Deinde ſingulis congeſtis in ordinem, à primis ſtatim rudimentis huiuſmodi iuuenibus memoriæ mandanda traderentur: ut exploſis ſemel ſordidis ac coquinarijs illis, pura, ac natiua potius imbiberẽt. Sed id aliarum artiũ ſtudioſi aliquando uiderint. Certè in re Medica, ueteris Pandectarij errata tàm manifeſtaria ſunt, ut prorſus perſpecta nemini non ſint, niſi qui ſanæ eruditionis, ac ueterũ ſcriptorum nihil unquàm attigit. In quo tertia ferè ſemper dictio corrupta, uitiataq;, aut certè barbara, obſoleta, uel exotica eſt. Nec paulò diuerſa omnia, ab Magorum & Necromanticorum præſtigioſis nomenclaturis, ut neſcias, rerumne, an malorum potius dæmoniorum ſint nomina. Nec me fugit, clariſsimum uirum Leonardum Fuchſium, nouas huiuſmodi Pandectas moliri. ſic enim in commentarijs ſuis de Erratis Medicorum palàm pollicetur, atq;, ni fallor, añus iam agitur quintus: nec ullum librum unquàm expectaui auidius. Verùm cùm ille hactenus nõ prodit, uiſum eſt aliquo modo præludere: nõ tàm ut homini doctiſsimo calcar impungerem, quàm ut morem quoq; gererem amicis meis, qui ſine intermiſsione mihi moleſti eſſe non deſinunt, uel ἄχρι κόρου. Quomodo autem cõportauerimus uolumen, paucis accipe. Eſt is mihi mos, ut inter legendum punctim ſingula animaduertam, nihil conniueam, quod modò alicuius uidetur eſſe frugi, ſingula in ſuos ordines conſcribam. ut de re qualibet ſcire aliquid uolenti, ex promptu id mihi ſuppeditent opiſtographi. Quod dùm annis aliquot facio, ex hiſtorijs medicinalibus primum, Medicorum Catalogum concinnauimus: ex gnomis, medicinales Theſes: ex uocabulis præſens Lexicon: ex rerum ſimplicium ueſtigatione, Latina & Germanica Herbaria. Reſtant morborum omnium Methodi. Ad poſtremum in omnes idoneos ac ueteres Medicos Index: quæ ſuo quoq; tempore dabimus. Tu interim Lector candide, ijſce fruere felicius, atq; uale. Bernæ, 11. Februarij. Anno à Nato Chriſti M. D. XXXIIII.

TABVLA NOMINVM ANATOMIAE.

DE CAPITE ET EIVS PARTIBVS.

Κομὴ, capillus.
Κάρη, caput.
Βρέγμα, sinciput.
ῥαφὶς, caluæ pars serrata.
φαλακρότης, caluitium.
ἐγκέφαλος, cerebrum.
Μέτωπον, frons.
γένυς, mandibula
σιαγὼν, maxilla.
Μῆνιγξ, membrana cerebri custos.
γένειον καὶ ἀνθέριον, mentum.
ῥὶς καὶ μυκτὴρ, nasus.
ἰνίον, occiput.
ὀφθαλμὸς, oculus.
στόμα, os.
ὑπερῷα, palatum.
Βλέφαρον, palpebra.
ὀμματόφυλλον, idem.
ὀφρὺς, supercilium.
κορυφὴ, uertex.
κορωνὶς, aurium arcus.
λόβοι, aurium partes infimę.
οὖς, auris.
χεῖλος, labrum.
ὀδοὺς, dens.
γόμφιος, dens molaris.
καρχόδοντες, dentes asperi interiores.
κυνόδοντες, dentes canini.
κραντῆρες, idem.
κρανίον, cranium.
οὖλον, gingiua.
οὖλα, extimæ gingiuæ.
ὀδόντες γόμφιοι, molares dentes.
πρόσωπον, facies.
γλωσσὴ, lingua.
περικράνιον, exterior caluariæ membrana.
ἠθμοειδὲς, cola, uel meatus olfactus.
παρεγκεφαλὶς, cerebrum in occipite.
κύτος, os capitis uniuersum
Τριχωτὸν, quod capillis integitur.
ὑποῤῥίνιον, quod est infra nares.
Μύσταξ, barba.
προπογώνιον, idem.
ἄρμον, spacium interlocatum dentibus.
φραγμὸς, dentium ordo.
κόρση, tempus, pars capitis.
κόῤῥη, maxilla.
ἄτλας, ultima colli uertebra
ἱερὰ σύριγξ, καὶ σφονδύλια, idem.
ἀστράγαλοι, uertebræ spinæ, sphondyles.
γίγης, aggregatio omnium uel sphondylium.
ἐπιστρόφιον, qui collo circumagitur sphondylis.
ἀγκτῆρες, portiones colli in quibus fit præuocatio.
ἀσθμὸς, quod est inter os & gulam.
παρίσθμια, tonsillæ.
ἀντιάδες, idem.
δέρη, collum anterius.
ἐπιγλωττὶς, minor lingua.
κανθοὶ, oculorum anguli.
ἐπικάνθιδες, radices angulorum oculi.
ἐγκάνθιδες, idem.
πηγαὶ, lachrymarum fontes prope nasum.
ῥαντῆρες, idem.
παρώπιαι, anguli oculorum uersus tempora & aures.
παώπιαι, idem.
Βλεφαρίδες, unde se promūt pili oculorum.
θάλαμος, concauitas in qua residet oculus.
ἕρκος, oculorum septum.
Κερατοειδὴς, superior oculi tunica.
ῥαγοειδὴς, inferior tunica.
ἀραχνοειδὴς, media tunica.
ἴων, oculorum magnus ambitus.
ὑαλοειδὴς, humor chrystallinus.
κρυσταλλοειδὴς, idem.
ῥυτίδες, lineæ in palpebris.
ἠθμὸς, narium interseptum.
μεσόφρυον, medium superciliorum.
γέισον, quod in superciliis prominet.
ὀπτικοὶ, uisiui nerui.
ὑπώπια, oculorū sinuositas.
ὑπωπία καὶ ὑποφθάλμια, genæ, uel sub oculis os.
σκάφος, aurium anfractus tortuosus.
ἀκουστικοὶ, nerui auditus.
κυψελίδες, aurium sordes.
Τράγος, intra aurē neruus.
ἀντίτραγος, neruus illi contrarius.
θάλαμαι, cerebri foramina.
τραχηφίλτρον, cauitas superioris labri.
τύπος, cauitas inferioris labri.
Νύμφα, idem.
προστόμιον, labiorum congressus.
χαλινὸς, desinētia maxillarū.
Μύλοι, dentes molitores.
σωφρονιστῆρες, dentes intellectus.

μωμισκός, molariũ pars aſsidens gingiuæ.
Τραπεζὴ, ſuperior pars quo conficiuntur cibi.
ὀλμισκοὶ, dentiũ cauitates, uel mortariola.
φάτναι, præſepia dentium, mortariola.

DE COLLO & partibus eius.

αὐχενός, collum.
τράχηλος, idem.
αὐχης, idem.
ἔρυθρα, ceruix, caluæ pars.
λάρυγξ, guttur.
οἰσοφάγος, gula.
σφαγὴ, iugulum.
σφαγίτιδες, iugulares uenę.
ἐπομίς, ceruix.
ἰνίος, idem.
ὠμοπλάται, lata oſſa ſcapularum.
ἀντιάδες, tonſillæ.
παρίσθμια, idem.
θέμετλα, Gulę ipſius intima.

DE PECTORE ET partibus eius.

θώραξ, pectus.
στῆθος, præcordia.
φρένες, idem.
πνεῦμον, pulmo.
ἀκρομία, ſummi armi.
μαστὸς, mamma.
πλαγία, latera.
θέναρ, palma.
χεὶρ, manus.
βράχιον, brachium.
πλευρά, coſta.
δάκτυλος, digitus.
νῶτον, dorſum.
κλεῖδες, iugale, oſsis nomẽ.
ὦμος, humerus.
ὠμιαία, humerarius neruus.
ὑποχόνδριον, ſubchartilagineum.
φάλαγξ, internodium digitorum.
κόνδυλος, articulus.
ἀγοστός, cauitas manus.
καρδία, cor.
ἰνίον, neruus ceruícis, aliás uillus.
μαζός, papilla.
μετάφρενον, dorſum, ſcapula
ῥᾶαι, tenuiores coſtæ.
στέρνια, ſum̃itates pectoris.
τίτθια, mammæ mulíebres.
προκάρδιον, quod uberibus ſubeſt.
ἀντικάρδιον.
ὑποκάρδιον, idem.
θηλή, papilla mammæ.
φῶς, circulus niger ambiens papillas.
κόλπος, portio quæ lac continet.
κολποὶ, ſinus præcordiorũ.
κοιλίαι, idem.
θαλαμοί.
περικάρδια.
περίζωμα.
διάφραγμα.
πραπίδα.
προκάρπιον, manus flexura.
ὑποθέναρ, manus auerſa.
ὑποθέναρ, quod eſt ab indice ad pollicem.
σκυταλίδες, internodia digitorum.

DE VENTRE ET partibus eius.

γαστήρ, uenter.
ὑστέρα, uulua, uterus.
νεφροί, renes.
μήτρα, matrix.
σπλὴν, ſplen.
σπληνίτις, lienaria uena.
ἔντερον καὶ ἐντερὰ, inteſtinum.
βουβών, inguen.
λαγόνες, ilia.
νῆστις καὶ ἴλια, inteſtinum ieiunum.
ἡπατίτις, iecoraria uena.
χολή, fel.
πιμελή, adeps, arungia.
ἦτρον, abdomen.
κύστις, ueſica.
ἀκροποσθία, præputium.
αἰδοῖα, pudenda.
σπέρμα, ſemen genitale.
δέρμα, cutis.
ἧπαρ, iecur.
ἥβη, pubes.
ἀκρόμφαλιον, umbilici medium.
ἐπομφάλιον, ſuperiora umbilici.
γραῖα, cutis deſuper iniecta.
κενεών, iliũ inane & flaccidũ.
λαγιόν, idem.
λαπάρα, idem.
ἐπίσιον, ubi inhorreſcũt pili circa pubem.
καυλὸς, coles, uel penis.
κορώνη, pudendi glans.
βάταλος, pudendum.
δώρτον, neruus inguinis.
ἀπευθυσμένον, rectum inte-
κῶλον, craſſum inteſtinum.
ſtinum.
δίδυμοι, teſtes.
ῥώξ, in media aluo ex inferiore parte os.
ἀστέριον, etiã ex genere phalangiorum.
ἀγγεῖον κυητήριον, uas in quo geritur fœtus.
ὕστερα, ſecundina.
χορίον, inuolucrum fœtus.
εἰλεὸν, tenuius inteſtinum.
πυλωρός, portonarius inteſtinum.
ἔκφυσις, inteſtinũ quod ex pilore procedit.
δωδεκάτυλον, duodenum.
ἔλιγμα, lactes.
μεσεντέριον, quo lactes inuoluuntur.
μεσεντέριον, idem.
ἐκφυάδες, inteſtinorum appendices.
νεαίρη, pars extrema uẽtris.
ἐπίπλοον, omentum.
κύρτα, ſummitates iecinoris

σίμα,iecinoris inferiora.
πυλαὶ,meatus hepatis.
παγκρέον,quod est inter carnes & adenes.
χοληδοχεῖον, receptaculum fellis.
βεβωνοκήλη,īguinis ramex.
βεβὼν,inguen.
ἶνες.
σπλάγχνα,exta omnia.
ἐντεροκήλη,intestinorum ramices.
κενεὼν,uentris pars inter latera.
χολὰς,intestinum crassum.
περιτόναιον,abdominis mē brana.
κοίλια κατὼ,aluus.
λοβὸς,pars inferior iecinoris
δίδυμος,panniculus intestinorum.
κλιτόριον,muliebre pudendum.
κτεὶς,pecten.
σχίσμα,pudendi rima.
μύρτον,interiacēs carūcula.
νύμφα,idem.
κλιτορὶς,idem.
κρεμαστῆρες,nerui à quibus dependent testiculi.
μόσχαλαι,sinus sub summo brachio.
ἐντύπωσις,humeri acceptabulum.
ἀγκὼν,ubi ossa brachij cōponuntur.
ὀλέκρανον,os exterius brachij.
ἐπιγάστριον,quod est supra uentrem.
ὑπογάστριον,quod est infra uentrem.
κοιλία,uenter.
μεσομφάλιον,medium uentris.
γαγγάμη, ambiens locum uentris.
DE DORSO, PEDIbus,& ijs quæ sunt infra uentrem.
ἰσχίον,coxa.
γόνυ,genu.
πὸς,pes.
σκέλος,pes,crus.
καμπὴ,suffrago,poples.
κνήμη,genu.
μηρὸς,femur.
κοτυλὴ,acceptabulum.
γλουτὸν,lumbus.
πέζος,pes.
γαστροκνημία,sura.
ἰσχία,coxendix.
γλουτοὶ,nates.
μεσοσκέλος, medius inter crura locus.
προκνήμιον,tibia.
σφυρὸν,sub crure pars.
ἐγκιντρίδες,idem.
ἀστράγαλοι,tali.
πτέρναι,idem.
παρακτρκίδες, ossicula pedis.
ἀπαγωγία,præputia.
σφυρὸν,planta pedis.
ἀντικνήμιον,anterior cruris pars.
γαστροκνήμιον, pars pedum
ταρσὸς,planta pedis.
τύλωμα.
πίλματα.
χίμετλον,in digitis pedum scissura.
σκαρθμὸς,pedis nomē secundum Eustathium.
σπερμαγγεῖα, uasa spermatis,uel testiculi.
ἐπιδίδυμον, quod est sub uase seminario.
παραστατικὰ, conceptacula seminis.
δέλφυς,uterus inferior, uel matrix.
γονὴ,idem.
πόρος πρῶτος, os matricis, uel canalis.
κόλπος,quæ mox sequitur inanitas.
ὑμὴν,mēbrana uirginitatis.
ἀπογλουτοὶ, nates prominentes.
πόρος,locus,uel meatus excrementorum.
σφιγκτὴρ,idem.
δακτύλιος,idem.
σίφαρος,idem.
κορυφὴ,apiculus ani.
πῆχυς,cubitus.
παραπηχύς.
προκάρπιον,brachiale.
μετακάρπιον,expansa ante digitos pars.
κοιλὸν,manus cauitas.
κονδύλοι,articuli.
μονοκάμπτοι,digiti pedum.
σκυτάλιδες, qui subsunt articuli.
ὄρχια,scrotum.
ὄρχιον,idem.
κόξα,coxa.
ὑπογλουτίδες, carnes coxēdicis.
μυρὸς,coxa tota ad genu.
φαινομηρίδες,lacenę coxarū
παραμήρια,femora.
μεσομήρια, quod interiacet inter coxas.
μύλαι,ossa genu.
DE HVMORIBVS, uenis,ossibus,& cute.
ῥινὸς,cutis.
δέρμα,idem.
τένων,neruus à calcaneo ad collum.
φλέψ,uena.
χυμὸς,humor.
χύλος,idem.
αἷμα,sanguis.
μυελὸς,medulla.
νεῦρον,neruus.
γάλα,lac.
ὀστοῦν,os.
χολὴ μέλαινα,atra bilis.
χόνδρος,carthilago.
ἀρτηρία.

ἀορτή, acerba uena.
ὑγρόν, humor.
Βρόγχια, asperæ arteriæ.
ἀνθρωπή, pellis exterior.
ἀνθρωπίς, idem.
ἐρυτροειδὴς, tunica uenarum testiculorum.
τείνοντες, nerui à collo transeuntes ad pedes.
ὑπογλώττιδες, uenæ sub lingua.
ὑποιδὲς, quod subest anüa dibus os.
τόνοι, nerui in lateribus.
νεφραῖαι, uenæ à renibus descendentes.
καρωτικαί, uenę gutturis
ἀπονευρώσεις, nerui musculorum.
ἱερὸ ὀστὸν, os sacrum.

FINIS.

CATHALOGVS OMNIVM AEGRITVDINVM, QVAE FERE ACCIDVNT

hominiâ capite usq; ad pedes, quorum interpretationem require in Lexico sequenti.

CAPITI ET cerebro accidunt.
κεφαλαία.
κεφαλαλγία.
κεφαλοπονία.
μονοπαγεία.
ἡμικρανία.
σκοτωμία.
ληθαργία.
φρενῖτις.
ἐπιληψία.
ἀναληψία.
καταληψία.
μανία.
μελαγχολία.
ἀποπληξία.
τυφωνία.
κάρος.
κατάληψις.
κατοχή.
συρίασις.
ὕδρωσις.
καταφορά.
ἀκεσᾶσις.
Fluxus capillorum, uel Alopecia.
Porrigo.
Ophiasis.
Sycosis.
Achores.
Area.
Phthiriasis.
Melicerides.
Antheromata.
Steatomata.
Phalacris.
Mochtheria.
Grauedo.
Pituita.
Catarrus.
Distillationes.
Coriza.

NASO.

ὀζαίναι.
πολύπους.
Coriza.
Catarrus.
Gangrenæ.
Distillationes.
Pituitæ.
Opilationes.
Fœtores.

OCVLIS.

ἀναφαλαντίασις.
ὀφθαλμία.
τάραξις.
ἐπίφορα.
φλεγμονή.
οἴδημα.
ἐμφύσημα.
σκίῤῥωσις.
σχήμωσις.
ἄνθραξ.
βραβισμός.
πάλμος.
μυωπίασις.
Gangrena.
σκωπιδών.
σύριγξ.
χεροφθαλμία.
πρόπτωσις.
ἀκροφία.
διτριχία.
τίλλωσις.
διστιχία.
τριστιχία.
Tunicularum affectiones.
ῥῆξις.
διάφρωσις.
διάτασις.
ἀναστόμωσις.
παχύτης.
ῥύσσωσις.
ἤκεσις.
ἀραιότης.

INTRA palpebras.

τραχύτης.
παχύτης.
σύκωσις.
σάρκωσις.
πυρίασις.

EXTRA PALpebras.

ὑδάτιδες.
λιθίασις.
φθιρίασις.
μελικήρις.
Gangrena.
φύματα.
κολοβώματα.
In Stephane, id est, corona.

κριθή.
πόσθια.
τριχίασις.
διστιχία.
φαλάγγωσις.
πύρωσις.
πτιλίασις.
ψωρίασις.
μαδαρότης.
παράλυσις.
ἐκτροπή.

IN CANTHIS.

ἐγκανθίδες.
ἀγκύλη.
πτερύγιον.
ῥύας.
πρόσφυσις.

EXTERIVS autem

αἰγίλωψ.
ἄγχιλον.

IN ALBIDI ambitu.

ψυδράκιον.
ἕλκος.
ὑπόσφαγμα.
ἀπόστασις.
χήμωσις.
κοίλωμα.
πτερύγιον.
φάκωσις.
ἴκτερος.
πῶρος.
ἄργυμον.
νεφέλιον.
ἀχλύς.
ἐπίκαυμα.
ἕλκος.
βόθριον.
φλύκτις.
μυοκέφαλον.
σταφύλωμα.
ὑπώπυον.
λεύκωμα.
κοίλωμα.
πρόφθωμα.
ὄνυξ.
πύωσις.
ἕλοσις.

IN PVPILLA.

ὑπόχυσις.
γλαύκωσις.
μυδρίασις.
φθίσις.
σύγχυσις.
πλατυκορίασις.
ἀμαύρωσις.
ῥυτίδωσις.
νυκτάλωψ.
ἡμεράλωψ.
μυοπύεσις.
διαπύεσις.

IN PORIS.

ἀπόῤῥηξις.
παρέμπτωσις.
σύμπτωσις.
ἕλκωσις.
φαλάγγωσις.
μυοκέφαλον.
χήμη.
χήμωσις.
ξηροφθαλμία.
ἐπίλωπα.
ἐπιφορά.
διστιχίασις.

AVRIBVS accidunt

Otalgia.
Cophosis.
Distoia.
Thlasis.
παρωτίς.
Theres & pheres, affectiones et pustulę, uel tubercula potius post aures, ut inquit Galenus, quę apud Hippocratem quodam loco ueniunt nomine Satyrismi.

ORI ACCIdunt & faciei.

ἄφθαι.
ἴονθος, id est, uarij.
ἐφηλίδες, uel stigmata.
Lenticulæ.
Verrucæ, uel Myrmeciæ.
τραχύτητες. Pol.

GINGIVIS.

Tumor.
Putredo.
Cancrena.

DENTIBVS & ori.

Cauitas.
Putredo.
Corrosio à uermibus.
Distillatio.
ὀδονταλγία.
Sordicies.
Disle.
ὀδοντίασις.
ὀδοντελογία.
παραδοντίδες.
παρουλίδες.
αἱμωδία.
Oscedo.
γομφίασις.

GVTTVRI & faucibus.

Angina.
συνάγχη.
παρασυνάγχη.

κυνάγχη.
παρίσθμια.
Vua.
Tonſillæ χοίραδες.
Struma.
Drâcontium.
ἀνεύρυσμα.
κορύζα.
ῥεῦμα.
ἀντιάγχη.
παρακυνάγχη.
βρογχοκήλια.
ἀντιάδες.

CERVICI.

Tetanus.
Opiſthotonos.
Emproſthotonos.
Spaſmos.

CAPILLITIO.

Porrigo.
Alopecia.

PECTORI.

βρόγχος.
πτύσις.
περιπνευμονία.
ὀρθοπνοία.
δυσπνοία.
ἄπνοια.
καρδία, uel cardiaca paſsio.
πλευρῖτις.
ἀτροφία.
ἐμπυήματα.
αἵματος ἀναγωγή.
αἵματος πτύσις.
χονδρώδεις.
σπαργῶντα.
σπάργωσις.

CORDI.

Καρδία.

STOMACHO.

καχεξία.
ἀτροφία.
καρδία.
λύγξ.
δυσπεψία.
Hyptiaſmus.
Atoma.
Nauſea.
Anorexia.
βουλιμός, καὶ βούλιμος.
σομαχία.
σκληρία.
Inflammatio.
Exulceratio.

HEPATI.

ὕδρωψ.
ἴκτερος.
ὄλκυμος.
σκίῤῥος.

VENTRI.

Vermes ἕλμινθες.
Lumbrici lati, rotundi.
Aſcarides.
Flux.
Vermina.
Empneumatiſis.
Syntexis.
Cœliaca paſsio.
Emphyſma.

LIENI.

Tumor.
Abſceſſus.
Preſſura.
Obſtructio.
Diſſolutio.

RENIBUS.

γονοῤῥοία.

Lumbago.
νεφρῖτις.
σῖγνα.
Lithiaſis.
Diabetes.
Abſceſſus.
Incendium.

INTESTINIS & uentri.

δυσεντερία.
διαῤῥοια.
κοιλιακὰ paſsio.
κῶλον.
διαῤῥοία.
στροφός.
εἰλεός.
ἀσκίτης.
τυμπανίτης.
ὑποσάρκα.

VESICAE.

λιθίασις.
διαβήτης.
ἰσχουρία.
στραγγουρία.
πάρεσις.
δυσουρία.
θρόμβωσις.

MATRICI.

σκλήρωμα.
σκιῤῥώδεις τῆς μητρᾶς.
ὑστερικὴ πνίξ.
προπτώσεις τῆς ὑστέρας.
φίμος.
ῥαγάδες.
δυστοκία.
κίττα.
τὰ γυναικεῖα.
Hemorrâgia.
Herpercathârſis.
Strangulatio.
ἀτοκία.

PVDENDIS.

φίμωσις.
πριαπισμός.
ἰδρικὰ ἕλκη.
αἰδοιικά.
φύματα.
Σατυρίασις.
Ῥαγάδες.
Γονόῤῥοια.
Enterocele.
Epiplocele.
Hernia.
Hydrocele.
Cyrsocele.
Sarcocele.
Bubocele.

ANO.

Τεινεσμός.
Κονδύλωμα.

PEDIBVS.

χῖμετλα.

CVTI.

Lepra.
Psora.
Alphos albus.
Alphos niger.
Leuce.
Impetigo simplex.
Impetigo agrestis.
Dracontiasis.
Achrochordones.
Thymi.
Myrmecia.
Clauus.
Calli.

GENERALES infirmitates interiores.

Hydrops.

Ascytes.
Tympanites.
Aqua intercus.
Morbus Regius, uel Arquatus.
Ephialtes.
Animi defectiones.
Atrophiæ.

HVMORES.

Τὰ γυναικεῖα.
χονδριάντης.
χύλος.
χυμός.
Ῥεῦσις.
ἕψησις.
ὄπτησις.
ξηρὸν ἱδρώς.
ψαμμισμός.

FEBRES.

ἡμιτριταῖος.
Τυφώδης.
Διάῤῥοια.
Λειπυρία.
ἐφημερινός.
Περίψυξις.
ῥῖγος.
φρίκη.
κατάψυξις.
ῥῖγος.
Καῦσος.
Quotidiana.
Ephemera.
Hepialos.
Putris.
Continua.
Acuta.
Hectica.
Tertiana.
Quartana.

ÆGRITVDInes ulcerosæ.

ἄφθα.

Intertrigo.
λειχήν.
Mentagra.
Impetigo.
φλεγμονή.
ἀδένες.
Glandulæ.
Βουβών.
ἄλφος.
φλύκταινα ἢ
φλυκτίς.
ἀπόστημα.
φθίσις.
ψώρα.
Porrigo.
φθειρίασις.
Prurigo.
Lentigo.
Furunculus.
Carbo.
Panus.
Strumæ.
ἐρυσίπελας.
ῥαγάδες.
Mariscæ.
Vomicæ.
Clauus ἧλος.
Fistula.
Καρκίνωμα.
Κονδύλωμα.
Κακοήθες.
θηρίωμα.
ἕρπητα ἐσθιόμενος.
Sacer ignis.
χειρώνιον ἕλκος.
τηλέφιον.
χίμετλον.
φῦμα.
φύγεθλος.
μελικηρία.
ἀκροχορδόνες.
Μυρμηκία.
θύμιον.
ἐξανθήματα.
ἐλκώδεις.
ψυδράκιον.
ἐπινυκτίς.
Papulæ.

Vitiligo.
σύκωσις.
ἀλωπεκία.
ὀφίασις.
φακύς.
ἐφελίς.
ἀχῶρες.
πίτυρα.
πιτυρίασις.
ἐσχάρα.
ὑδροκοίλου.
κιρσοκοίλου.
ὑδρευτεντεροκοίλου.
ἐπιπλωοκοίλου.
βρογχοκῆλαι.
ἄνθραξ.
σφάκελος.
Gangrena.
ἰχῶρ.
φαγέδαινα.
πτερύγιον.
γάγγλια.
μελικηρίδαι.
ἀθερώματα.
στεατώματα.
Elephantiasis.
λέπρα.
ζωστήρ.
μυρμήκιαι.
ἀδῆνου.
κοιλώματα.
κοιλότηται.
σκυῤῥώματα.
ἐκζέματα.
κακοηθῆ ἕλκου.
πῶρος.
θρώμβωσις.
κνησμός.

CHORDIS ET arterijs.

παράλυσις.
σπασμός.
ἀρθρίτις.
ποδάγρα.
χειράγρα.
τέτανος.
ὀρθόσταδις.
γάγγλιον.
σκελετύρβη.
ὀπισθότονος.
ἐμπροσθότονος.
ἀναστόμωσις.
διάβρωσις.
πριαπισμός.
ἀρθρίτις.
ἰσχιάς.

OSSIBVS.

Luxationes.
στρέμματα.
ἰσχιάς.

FINIS.

A B

Ἀβακής, carens uoce, mutus. Ein stum̃.

Abacus, mensa structoria, & coquinaria, inseruiens culinis. Ein Anrycht / Credentztisch.

ἀβάπτιστον, terebella, chirurgicorum instrumentum apud Iulium Pollucem.

ἀβαρτία, insatiabilitas. Nostri Bolismum uocant. Teut. Wolffshunger.

ἀβάς, sacer morbus. S. Antonys fewr / heysszer vnd kalter Brandt.

ἀβασάνιστος, inuulnerabilis.

ἀβαβάμα, τὰ, bellariorum genus.

Abeudo, corporis pinguedo. Teut. Leibs fette.

Abdomen. Lege, Sumen.

Abditiui, abortiui.

Abgas quid sit, uide dictionem, Armatura concæptus.

Abietis quæ sit natura, itẽ quæ sit Abies Tusterna, & Sappinea, require apud Vitruuium lib. 2. cap. 11.

ἀβιν, ἰνος, picea, uel abies.

ἀβιόλον, semen.

Abiotes, cicuta apud Dioscor. lib. 4. cap. 82.

Ablaqueare, à lacu deriuatur: & est, quando terra refossa, radices superiores recidimus. est autem circumfodere. Itali excodicare appellant, ut docet Palladius, id est, circa uitis codicẽ, dolabra diligenter terram aperire, & purgatis omnib. ueluti lacus efficere: ut solis temporibus & imbribus prouocentur, uulgò, Grüben. Itaq; à lacubus deductum est uerbum Ablaqueare. Vnde Ablaqueatio. Inde Ablaqueatę uites, & uineæ dicuntur. Vide Col. lib. de Arb. cap. 5.

Ablaqueata uocantur, ab radicibus excisa. Vtuntur hoc uerbo rei rusticæ Scriptores.

ἀβλεψία, cæcitas. Blindtheyt.

ἀβλοθρίδιον, uenenum abortus.

Abolita appetentia uocatur, cùm quis nihil omnino appetit. De morborum sympt. lib. 1. Gal. Verschmacht sein.

Abortus, ab eo, quòd non sit tempestiuè ortus.

Abortus uocantur, quæ propè tempus pariendi eueniunt effluxiones.

Aborsus uerò, quæ primis mensibus, concæptu exorso, fiunt.

ἀβρικτός, surdaster. ein Tauber.

ἀβροχία, siccitas. Dörre.

ἀβρόμιος, abstemius. aliàs, ἄοινος, sine uino. Suidas, χωρὶς οἴνου, καὶ ἄοινος, id est, sine uino.

ἄβρωτον, quod minimè est cariosum.

Abrotone. Lege, Cochlea.

Abrotonon, & ipsa passim nota herba. Dicta, quòd difficilem spiret halitũ. Celebratur à Dioscor. lib. 3. cap. 27. Plinio item lib. 27. cap. 7. Teuton. Stabwurtz / Gerttwurtz / Schosszwurtz / Garthagen / Kuttelkraut / Gansserkraut. Alterum mas sarmẽtosum. Teuton. Besemkraut / wyld Stabwurtz. Tragus.

ἄβρωτος, non idoneus ad edendum.

Abscessus, est mutatio corporis ex inflammatione, in materiam purulentam.

Abscessus in uulua est, quùm dolor inmensus est, & pulsus fiunt, cruciatus quoquè ad inguina usq; & lumbos protenditur, febres item accidunt.

Abseudos, Cicuta apud Dioscor. lib. 4. cap. 82.

Absides, siue ut Græci uocant ἀψῖδες, fornices sunt & curuaturæ, in cruribus propriè. Dicuntur uerò ἀπὸ τοῦ ἅπτειν, quia rotæ cùm uoluuntur, contingunt terram. Sed in cœlo capiuntur pro circulis ferè, qui ecentrici, siue quod idem est, ecentri, Ptolomæo, Proculo, Theoniq; dicũtur. Id autem quod Absis ima nominatur ueteribus, recẽtiores barbarè Augem, & contrarium Augi locum appellant. Ptolomæus Apageon, & Epigeon: in hoc à Plin. diuersus, quòd moueri hæc præterquàm in sole noluit, Plinius inmobilia ea in signis quoq; suis facit.

Absinthiomenon, Abrotonon apud Dioscor.lib.3.cap.27.

Absinthium, Wermůt/herba uulgò cognita. Vires eius lege apud Dioscor. lib.3.cap.25. Ab ἀψινθ, quòd tangendo dicimus: ex aduerso. quoniam nullum animal, ob eximiam amaritudinē, eam herbam attingat Ruel.

Absinthium, Abrotonon apud Dioscor.lib.3.cap.27.

Absinthium Rusticum, Acker Wermůt/idem quod Ponticum, ut inquit Marcellus Vergilius: sed nullam habet ea appellatio rationem.

Absinthium Rusticum, alibi Aristolochia, apud Dioscor.lib.3.cap.5.

Absinthium Santonicum, cum gente nomen inuenit. Santones enim in Gallia populi, ultra Alpes sunt, apud quos plurimum gignitur.

Absinthium Centonicum, id est, Matinum, apud Dioscor.lib.3.cap.26.

Absinthium dulce, Anethum.

Absinthium Marinum, quod aliqui Seryphium uocant. Vide Dioscor. lib. 3.cap.26. Teut. Wurmkraut. Semen eius, Wurmsomen.

Absinthium Marinum etiam Sticas citrina inscribitur apud Dioscoridem.

Absinthium Ponticum, sic dictum à Ponto, in quo pecora pinguescunt illo, & propterea sine felle reperiuntur, ut inquit Plinius.

Absinthium Ponticum, Abrotonon est, apud Dioscor.lib.3.cap.27.

Abstemius, qui se à uino continet, ab abs, & temeto, uino.

Abtanus, uētus flans ad sinistrum ipsius austri. Vitruuius.

Aberranei uenti, è terra excitati, & mare uersus se diffundentes. Vide Apogei.

Abulas aquas, thermas uocat Galen. 8.Meth.

Abutonon, id quod Abrotonon, apud Dioscor.libro.3.capite.27.

A C

ἀκακαλὶς, fructus est nascentis in Aegypto fruticis, feminis Myricę quadam tenus similis. Paulus Attalida nominat. Gal. ubi meminerit, incertum est. Nomen frutici à Nympha datum; credit Barbarus: quę ab Apolline compressa, Phylacidem, & Phylandrum ediderit in Creta, miraculo ab Elyrois populis consecto. Nutritos à capra eos fuisse, autor Pausanias.

Acacia, & arbor est Aegypti sic dicta, & spina: non ea ex qua sepes hodiè muniunt, cerasa adstringentia & praeamara ferens. Officinę arborem uocant, quę gummi Arabicum desudat. Vocatur & Syria spina. Spissatur & ex arbore, & ex spinae fructu: succus adstringendi uires habēs. Nunc Acaciam etiam ex pruno syluestri colligit Officinarū desidia.

Acaciam ueram, id est, ex Aegyptia spina factam, quam lachrymam Cyaneam primus uocauit Andromachus, puto etiam in Italia deesse, sicuti & uerum Balsami lignum.

Acaliha, proxima uiolis, cōcolori amplitudine, uincit numero foliorum marinam, quinque foliorum nō excedentem: eadem odore superatur.

ἀκαλήφη, Brennende Nesselen/heyter Nesselen. Vrtica apud Dioscor. lib. quarto, cap.95.

Acantha, idem quod Acanthion. Lege, Acanthion.

Acantha leuce, spina alba. Diosc. lib. 3.cap.13. Bedegarim, seu Bedeguar Officinae uocant. Teuton. Weiss dystel/Stechkraut.

Acantha, siue Acanthos, topiaria, & urbana herbā, elato, longoque folio, crepidines marginum, assurgentiumque puluinorum toros in hortis lustoriali facilitate uestiens, de qua uide Dioscorid. lib. 3. cap. decimooctauo. Brancam ursinam uocāt. Teut. Beerenkloe/Beerendop. Romanis Marmoraria dicta.

ἀκανθοβόλα, instrumenta Chirurgiae, spinis piscium educendis, quae in gurgu-

lione hæſerunt, idonea.

ἀκάνθιαι. Sic uocari cicades quaſdam in Græcorum libris inuenitur: non quia (ut Suidas inquit) ſpecies ſit hæc inſecti illius, ſed epitheton eſt potius abuerſantis inter ſpinas. Celſus lib. 9. cap. 31.

ἀκαντιλίς. Theodor. alibi Argatulem uertit, Alibi Ligurinum, Alibi Spinū. Eſt auis colore quidē ignobilis, ſed cantu amœna. Vnde parœmia, Acanthide uincit cornix.

Acanthion, cicadæ genus mutum eſt, fortè ab Acantha urbe, in qua non ſtridere ab Scriptoribus rerū mirabilium feruntur. Vnde fortè prouerbio locus. ἀκάνθιος τέττιξ.

Acanthion ſpinula, albæ ſpinæ ſimile, folijs aculeatis per extremitates, & lanugine arenoſa obductis: quæ collecta, & in unum aceruata, Bombicis effigiem præbent. Dioſcor. lib. 3. cap. 17. Plin. lib. 24. cap. 12.

Acanthion, Capparis apud eundem Dioſcoridem.

ἄκανθος, Acanthus, acer Theodo. & ſpina dicitur. Melamphyllon, à nigredine foliorum.

ἀκανθόχοιρος, Echinus terreſtris.

ἀκανθοξύλα, id eſt, arida ligna: cum his, uel cum carbonibus, Gal. mel deſpumare præcepit, lib. 4. de tuend. ualet.

ἄκαπνος. Lege rhapſodiā Maioranæ.

Acapnos. Maiorana apud Dioſcor. lib. 3. capite. 45.

ἀκαρί, candidum animal, quod in lignis naſcitur.

ἀκατάλις, parua Iuniperus.

ἀκατέρα, Iuniperus magna.

Acaulos, Phyllitis apud Dioſc. lib. 3. cap. 120.

Acceſsio. Lege, Paroxiſmus.

Accyſiton, Alyſſon eſt apud Dioſcoridem, lib. 3. cap. 104.

Accipitrū genera, Buteo, Symbuteo, Triorcha, Hypotriorcha, Perca, Fringillarius, Æſalus, Orcus, Aſteria, Rubetarius, Chalcus.

Acenteta, puriores cryſtalli, teſte Pli.

Acentra, duricies clauo ſimilis in arbore, aſcijs, ferriſq; inimica.

Acerbum, quod non eſt coctum, ſed immaturum. Hinc Acerbitas, ſaporis amaritudo, cruditas, aſperitas.

Acerbum oleum, id eſt, oleum omphacinum.

Aceros, rubus apud Dioſcor. lib. 4, capite. 147.

ἄκεσις. Medicina.

ἀκεσίπονος. Medicinalis.

ἀκέστωρ. Medicus.

ἄκεσμα. Medicamentum, medela.

ἀκεσώδυνος, doloribus medens.

Aceſtides, fornaces ferreæ prægrandes, in quibus Cadmia aduritur, apud Dioſcor. lib. 5. cap. 75.

Acetabula, ab aceto dicuntur, uaſcula orbicu'ata, concaua, ſine marginis latitudine: quæ aceto plena, ad intinctum ponebantur. Leon. Fuchſ.

Acetabula, ſinuoſa item oſſa, quæ circa ilia coxarum capiti accommodantur. Caput autem coxæ dicitur Cotyledon. Vbi fit commiſſura hæc, Plectrum coxæ uocatur. Carnes ab ea ad inferiora defluæ, Hypoglutides, quaſi ſub gluto, id eſt, Vertebra. Coxa tota ad genu pertendit, à Græcis dicta μυρός. Vnde ex coxarū pulchritudine Callimerus, & Lacenæ Phænometides nūcupatæ: quòd inceſſu partem hanc retegerent. Cæterum Acetabulum, quod græci ὀξυβάφον ab intinctu aceti nominant, aceto dicatum uas, uocabant ueteres, teſtis Athenæus. Quanq; & menſuræ quoq; genus ſignificat, quod Cochleare uocamus.

Acetabula uera, ſunt uaſorum funes, per quos ſanguinis ſuperfluitum, ſingulis menſibus ex toto corpore in uterum deriuatur. Aduerſus eos, qui putauerūt carnes, quæ uaſorum oris, in nonnullis animalium obnaſcuntur, Hippocratem nominare. Gal.

Acetabulum cōtinet cyathum unum ſemis, teſte Paulo, hoc eſt, drach. 15. Sūt

quí ad. 24. drachmas ultra extendant, ad. 22. alij.

Acetabuli mensura cùm dicitur, hemínæ significatur pars quarta, id est, drachmæ. 15. Hemina uerò quid sit, uide Hemina.

Acetabulum, herba Cotyledon, est apud Dioscor. lib. 4. cap. 93. & . 94.

Acetaria uocantur, quæcunque cruda manduntur ex aceto, oleo, & sale. Quanquàm hortos suos quoque acetaria uocabant: non ab aceto, ut quidam rati sunt, sed ab accipiendo, quasi acceptaria. Græci oxibaphon uocant, ab intinctu aceti.

ἀκοιτον, sine retrimento. Sic Plinius lib. 12. mel uocat, sedimento carens.

Acetosa, Ampfferkraut / Saurampffer / ὀξυλάπαθον Græcis dicta.

Acetosa minor, Acetosella, Acedula, Alleluya, id est, Gauchampffer / Büchampffer.

Acetum, uini quidem uitium est, sed ad luxuriam cessit hominibus, tot ad usus expetitum, sine quibus uita mitior exigi non posset. De aceto uide Diosc. lib. 5. cap. 14.

Aceti mulsi iuuamenta lege apud Dioscor. lib. 5. cap. 15. & Plinium libro decimoquarto, cap. 17.

Acetum Scilliticum, & Scillinum, & Scillatum, dicitur σκιλλίτης græcè. Modum eius conficiendi lege apud Diosc. lib. 5. cap. 18. Apud Plin. lib. 20. cap. 9. Colum. lib. 12. cap. 34. Palladium in Iulio mense, cap. 8.

Acetum Stichadicum, est apud Diosc. lib. 5. cap. 49.

ἄκεσμα, medicamenta.

Achamenis, Polium montanũ apud Dioscor. lib. 3. cap. 122.

Acharistos, cui digna gratia referri nõ potest, Antidoti modo apud Aëtium sermone. 13. Meminit eius & Nicolaus Præpositus.

Achates, lapis in Creta reperitur, auream habens perspicuitatem, myrrhæque odorem. In Sicilia tamen repertus primùm. A Cretensibus uocatur & Carolachates. In die animalium facies habet & syluarum. Solinus cap. 11.

Achelöus gignitur ex Pindo, gignẽs Galatidem lapidem. Solinus cap. 12.

Acherusion, omne satũ syluosum, arborosumque dici, Aristoteles prodidit.

Acheiæ, maiores cicadæ.

Achillëa, de qua lege Dioscor. lib. 4. cap. 39. Millefolium, Teuton. Garb / Jungkfrawen augbraw / Schaffrippe / Gerwel.

Achillion, Millefoliũ apud Diosc. lib. 4. cap. 116.

ἀχὼ, Lege, Casia.

ἀχῶρες, manantia capitis hulcera, quæ fiunt in ipsa capitis cute, tenuissimis ferrumentis cutem perfricantia, ex quibus sanies effluit glutinosa. Notum mali genus, pueris inprimis procliue admodũ. Nostrates quidam à tinearum in uestibus similitudine, Tineas appellant.

Acharíston, aduersus fluxiones, & pectoris uitia medicamentum: quod si interpreteris, sonat, sine gratia: uel ut Nicolaus interpretatur, sine munere. fortassè: quia gustum afficit non adeò.

Achrades, ut Græci dicunt, ἀχράς εἶδός ἐστιν τ πίρυ, id est, Achras species est piri, cuius meminit Aristophanes. Olim Thrasibulus (quod annotatu dignum est) cùm deberet contradicere Lacædemonijs legatis, muneribus corruptus, simulauit se comedisse achradas, id est, pira syluestria, & ob id loqui non posse. Columella lib. 7. cap. 9.

ἀχράς, Pyrastri genus est, quod tardissime maturescit. Vocatur & Pirastrum. Iuuamenta eius lege apud Dioscorid. libro primo.

ἀχροοι, decolores.

ἀχειροις, manibus incapabiles.

ἀχύμωτον, oleum, quod cùm colore, tùm tenuitate, tùm siccitate respondet his quæ assumuntur.

Acida muria, oxalme, uel ὀξάλμη græcè, ex aceto & sale conflatur. Iuuamenta eius

eius lege apud Dioscor. lib. 5. cap. 16.

Acidoton, Poterion, apud Diosc. lib. 3. cap. 16.

Acidus potus, syrupus acetosus.

Acinus, nodum, grana internæ uuæ, sed & totum fructum, qui ex succo, & parte quæ ueluti caro est, et ex uinaceis, & ambiente forinsecus cute, constat, significat. Gal. lib. de facult. alim.

Acinos, differt ab Acono, ut inquit Barbarus. Quia Acinos Ocimastrum est, siue Ocimi syluestris genus: Aconos uerò spinosa, breuis, ac lata herba, Eryngio à quibusdam contributa, spinis latioribus. Acinos familiaris Ægypto herba. Hanc Acinoen, & Acineam Plinius appellat, & Epipetron, nunquam florentem. Quanquàm legendum fortassè illic, Apipetron: ut duo genera faciamus, Apipetron, & Acinum.

Acipenser, apud antiquos piscis habitus omnium molestissimus, unus omnium squamis ad os uersis, contra aquam nando meat, rarus inuentu. Plin. lib. 9. cap. 17. Gel.

ἀκίς, ιδ☉, cuspis, uel telum quod uulneri est infixum.

Acit aluum; legendum, cit, hoc est, mouet, concitatque. Verbum Plinij propè peculiare in hoc significatu, & Colum. lib. 6. cap. 4.

ἀκμὴ, summa exercitationis intensio, summum naturæ incrementũ, uel præcipuus uigor corporis uirium, frequens Gal. uocabulum.

ἀκνῆστις, spina, quæ lumbos diuidit, propriè in quadrupede: quanquàm & Homerus de homine usus sit.

ἀκόδρυα. Lege. Pomi nomen.

Acœton, mel quod per se fluxit, ut mustum, oleumque. ἀπὸ τῆς κοίτ☉, quod lectum, cubileque significat. Vnde Cœton, id est, Dormitorium.

ἀκόλασ☉, intemperans, libidinosus.

ἀκομ☉ τὴν κεφαλὴν, caluus.

Acontia, ex uelocitate dicta, teli modo serpendo ruit. Ælianus.

Acontia, Cenchrites, serpens est magnitudine duorum cubitorum, figura autem crassa in tenuem abeunte, colore uiridi, maximè iuxta aluum, ut milium colore referat, unde et Cenchrias, id est, miliaris appellatur. Aëtius sermone. 13. cap. uigesimoseptimo.

ἀκόνιτον, id est, nõ picatum. Est & herbæ genus præstantissimi ueneni. Aconita item uasa non illita, quæ calida diluta humore aquam in se trahunt. Cœl. libro quinto, cap. 2. Nascitur in cautibus nudis, quas Aconas uocant: unde nomen. Ruel. Dioscorides libro. 4. cap. 81. Teuton. **Leüßkraut / Rodelkraut / Wolffskraut.** Item

Aconitũ alterũ Pardalianches, **Christwurtzel.** Trago. Diosc. lib. 4. cap. 80. Leon. Fuchs. **Wolffsbeer / Dollwurtz.**

Aconos, lege dict. Acinos. De Acino meminit etiam Plin. lib. 21. cap. 27.

ἄκοπα, cõmuni nomine à Græcis cuncta illa remedia dicta sunt, quæ contra lassitudines in antiqua medicina conficiebantur. Sic dicta, quoniam contra κόπους, id est, labores in usu essent. Earum aliquam confectionem docuit Celsus, libro primo.

Acopi, ex abietino semine compositionem, uide apud Galen. 4. de sanitate tuenda.

Acopos, Anagyris Dioscorid. lib. 3. cap. 168.

ἄκοπ☉, gemmę nomen uitro similis, ac aëreis guttis stellantis.

Acor, siue Acrementum, uel ὄμφαξ græcè, uel Omphacium.

Acor, qui in cera nascitur uermiculus.

Acor, acidus sapor. Lex. Vino uendendo esto, ne aceat, ne muceat.

ἀκόρνα, Acorna herba apud Theodorum nota.

Acorus, qui & Gladiolus, ἀφροδισία, Piperapium: quandoquidem suspensa apum aluearijs ea herba, nunquàm diffugere, Apuleius scribit. Acorum (nam utrunque dicitur) folium Iridis habet, sed

pediculum longiorem. Radices ei Dioscor. subalbidas, Plin. nigras, minus q; uenosas tradidit. Rarum inuentu, falso tradit Apuleius. Sunt qui radicem rubeam Acorum uocet. Nostri flores croceos, & luteos illi tribuunt. Quotquot ex ueterum Medicorũ sunt scholę, Acori nomine intelligunt, non uulgarem illum Acorum, quem nos uulgariter omnes interpretamur, Geel Gilgen / sed radices quas hodiè in officinis uocãt Calamum aromaticum, cõtendunt esse uerum Acorum, & nihil minus quàm Calamum Aromaticum: Teut. Calmus.

Acorum uerum Leon. Fuchsius, Galangæ maioris radicem haud dubiò tradit; unde Diacori cõpositio apparanda.

ἄκος, medela, pharmacum.

ἀκοστὴ, Hordeum.

Acraton, intemperatum, merum non uitiatum, mel purum atq; integrũ, quod nullum contraxit uitium.

ἀκρατεία, uitium stomachi, uidelicet quando non continet quod habet, uel quod sumpsit.

ἀκρεμὼν, uirgultum, ramus, germen, ramus prægrandis.

ἀκραίπαλος, quod ebrietati & crapulæ resistit: cuiusmodi Amygdalas amaras, & Myrti semen esse ferunt.

Acredo, amaritudo est fructuum non maturorum.

ἀκρίδες, locustæ. Multæ earum species. Est enim quæ ὄνος appellatur, ἄπτερὸς καὶ μεγαλόκαλος, ut inquit Diosc. libro. 2. id est, sine pennis, & prælongis mẽbris. Hanc putant hodiè uocari Bruchum, sata rodentem, & Attacon in sacris literis appellatum. Licet in Diosc. ῥίξαχος legatur. Quod Ruellius Asiracon, alij Asitacon uerterunt. Vergilius Asiracon: Nicander uerò Mastacem, Aristoteles Attelabon. Miror & ipse, cur Chrysostomus & alij, Ioañem baptistam comendant, nescio quibus herbis pastum, quæ Locustæ dictæ sint: cùm palàm id contendat Dioscor. Aphris qui Leptim incolunt, frequentem etiã cibum esse eius animalis, quasi pro animali acceptæ, uescendo non fuerint.

ἀκρὴς, mutus factus ob timorem, aut subitum terrorem.

Acrocalia. Vide, Acrocomia.

ἀκροποσία, præputium.

Acrochordon, carnis superexcrescentia, perangustum transitũ habens. Gal. de Definit. Vide Thymus. Celso lib. 5. cap. 28. ἀκροχορδόνες uerrucarũ genus, sub cute cöeuntium durius, & interdũ paulò asperius, coloris eiusdem, infra tenue, ad cutem latius.

ἀκροχειρισμὸς, duorum cum summis manibus concertatio, Exercitationis genus secundarium apud Paulum Ægineram, lib. 1. cap. 16.

ἀκρόδρυα, τὰ, omnes fructus arborei. Gaius hoc nomine omnem fructum significari dixit. Propriè tamẽ ἀκρόδρυα uocantur, quæ in ambitu lignosum putamen habent: quod genus appellatione nucum apud Latinos continetur.

Acrocomia, brachij prominens summitas, aut humeri caput. Item Epomis, & Acrocalia apud Iulium Polluc. Græcis, ἀκρωμία.

ἀκρόχειρον, summa, extremaúe manus.

Acromphalia, umbilici mediana.

ἀκρομφάλιον, quod medium umbilici

Acron syluaticum, Achillea, (est. apud Diosc. lib. 4. cap. 39.

Acron Agrigentinus, Empiricus.

ἀκρατίς, incontinens.

ἀκρωπὶς γλῶσσα. Sic enim usus est in septimo ἐπιδημιῶν Hippocrates.

Acrospelon, Bromos apud Dioscor. lib. 4. capite. 141.

ἀκρωτήρια, extremitates corporis. Aristot. ἀκρωτήρια appellat, extremã partem digitorum sub unguibus latentem, & extremam partem ossium.

ἀκροθίνια, primitiæ frugum: quòd hæ solent à summo aceruo tolli.

ἀκροθώραξ, qui leuiter, aut summè ebrius est, quasi pectoretenus uino imbutus,

tus, ab ἀκρὸν καὶ θώραξ.

ἀκρολένιον, summum cubiti.

Acte, Sambucus apud Diosc. lib. 4. ca. 184.

Acte agria, Ebulus apud Diosc. lib. 4. capite. 185.

Actio, & Pathos differunt, quemadmodum id quod facit, & id quod fit. de quo uide Gale. lib. de sympt. differ.

Actio lędi dicitur, quando afficitur, ac lęditur ea pars, ex qua pendebat actionis facultas. Gal. lib. 3. ca. 3. de locis affectis.

Actio, motus efficientis dicitur. Gal. de differen. sympt. Motus uerò rei quæ afficitur, Pathema, & Pathos. Plura de horum nominum contentione, uide apud Galenum libro & loco citato.

Actine, Buniũ, apud Diosc. li. 4. ca. 125.

Actuarius Gręcus autor, scripsit de ratione Vrinarum libros septem. Præter hęc (ut inquit Ambrosius Leonolanus) non hactenus apud quenquam historicum, qui nos doceret, qui uir is, & cuias esset, legimus. Sed tamen in ijs, quæ ipse disputauit, clarè spectare est, uiri diuinum ingenium, scientiamque rerum profundam, adeò, ut nemini cedens, aut metuens, aut obsecutus, sua minerua potius uigens, atque fretus, rem omnem præpositam doctissimè uideatur explicauisse. Siquidèm præter hosce septem libros, qui de Vrinis sunt, etiam magnũ opus composuit, in quo omnis Medicæ facultatis ideæ, summa diligentia, & arte tractatæ continentur. Atque hæc Ambrosius Leonolanus.

Aculei, quęcunque duriuscula in cuspidem turbinata, punctionem infligunt spiculorum modo, nominantur. Fuchs.

Acus, purgamentum frugum, quod scilicet uentilabris extra areã iaculatur, ex quo genere est Apluda. Plinius. Milij, & Panici, & Sisamæ apludam uocãt purgamenta. Gellius tamen apludam interpretatur esse frumenti furfurem, furfureumque panem. M. Varro præcipit, gallinæ parturiẽti in cubilibus acus esse substernendũ. Vide Col. li. 2. ca. 10.

ἀκουστικοί, nerui, quibus audiendi facultas perficit.

Acatella. Vide Anonis.

Acuti morbi & continui. Lege, Morborũ.

ἀκυητήριον, sterilitatis medicamentũ, ne scilicet mulier pariat.

ἄκυλον, Iligna, Glans.

ἄκυλον, genitale uocant idiomate Lydorũ.

Acylonion, Lychnis coronaria apud Dioscoridem libro. 3. cap. 113.

ἄκυπρος, uirgo Veneris expers.

Acyron, Alisma, apud Dioscoridem lib. 3. cap. 170.

ἄχθος, dolor.

A D

Adamas, Hyoscyamus apud Dioscoridem lib. 4. cap. 72.

Adamenos, Hyoscyamus apud Dioscor. lib. 4. cap. 72.

ἀδηφαγία, inexplebilis edendi cupiditas. Ein Vnersettliche fräsßerey.

Adarce fit in Cappadocia. Est autem concreta salsilago, humidis & palustribus locis, siccitate emergente, & harundinibus & herbis agglutinata. De qua uide plura apud Diosc. lib. 5. cap. 128.

Adarce. Quid peccatum sit in hoc simplici, affatim ex Scriptorũ cõmentarijs produximus in Cõmentarij nostri, li. 2.

Adarcion, & adarces, & adarcos, idẽ quod Adarce, apud Diosc. lib. 5. cap. 128.

ἀδένες, cõuoluta in seipsam carnis dura concretio, apparentque ἀδένες, tumet prӕcipuè secundũ aures in collo, alis, & femoribus, Drüsse. Nostra ętas malè uocat Ganglia: quoniam non in carne, uerùm in neruis fiũt Ganglia, Schlyer Trüßen, aut Plin. Glandulæ, quę cùm induruerunt, χοιράδες, i. scrophulæ uocantur, teste Paulo, lib. 3. Sunt autem tumores in gutture glandiũ instar. In homine Tonsillæ, in sue uerò Glandulæ.

Adeps, inter carnem & cutem nutritur, liquidiorque est, & minus concernitur, atque ideo celerrimè liquatur. Aristot. 3. de Animal.

Adeps ex habitus frigiditate gignit. Gal. lib. 2. de Tempera. Adipis in qui-

bus plus est, in ijs frigidi plus est quàm humidi.

Adeps, Schmär / atque Seuum, Unschlitt / semper in fine carnis sunt: pingue uerò Ferte / inter carnem, cutemq́ liquidum.

Adeps, atq́ seuum cõcreta sunt, ac gelascunt, fragiliaq́ si refrixerint: pingue non gelatur.

Adipem habent, quæ non ruminant animalia: quæ uerò ruminant, seuum. Vulgus Medicorum ambo inuicem ferè confundit.

Adeseton, Alysson, apud Dioscorid. lib.3.cap.104.

ἀδίαντον, τὸ, herba dicta ab διαίνω, quòd non madefiat etiamsi mergatur, uulgò Capillus Veneris, roter / oder schwartzer Steynbrech. Dioscorid. libro.4.cap.137.

ἀδίαντις, herba quam Theodorus Gaza Capillum Veneris interpretatur, Dioscor. lib.4.cap.138. Mauriut.

Adianton, Trichomanes apud Dioscoridem lib.4.cap.139.

Adianton, Polytrichum, id est, multicomum, Callitrichum, quasi pulchricomum: quòd capillos tingat, pulchriores què reddat, Cincinnalis, Terræ capillus, Supercilium terræ, Capillus Veneris. Teut. Frawen hor / Jungkfrawen hor. Dictum Adianton, quòd foliũ eius aqua perfusum, ὀ διαίνεται, nõ madeat, sicco semper simile.

Adice, Acalyphe, uel urtica apud Dioscor. lib.4.cap.95.

Adijcialis cœna erat, adipalis & opipera, ab adijciendo.

Adiporphyrides. Lege, Porphyrides.

ἄδιψα, sitis sedatiua, sicut ἄλιμα quæ satiant famem.

Adipson, medicamentum, quod sitim reprimit.

ἄδιψον, id est, sine siti.

Adipsos, palma in Ægypto uiridis, odore mali cotonei, nullo intus ligno. Plinius lib.2, cap.22.

Adipsos, Glycyrrhiza apud Dioscor. lib.3.cap.4.

Adminiculato, adminiculis fulcito, ad iuuatoq́: qualia sunt pedamenta, & arbores ad uitem adminiculandam, fulciendamq́. M. Tullius usus est in studijs Literarũ. Tyrone adminiculatore, hoc est, adiutore, auxiliatoreq́. Columel. libro de Arbor. cap.16.

Admissarius equus, qui ad coitum & generationem destinatur. Inde Admissura, equorum & iumentorum cöitus, apud Columellam. Sunt igitur Admissarij, mariti equorum, qui admittuntur ad coitum. Admissarium periphrasi poetica decenter expresit Vergilius, scribens. Quem legere ducem, & pecori dixere maritum. Vide Columellam libro 6.cap.26.

Adnata, uel Adnascẽtia, siue Appendices, ramuli quos caulis ex se mittit, quasi nouam prolem. Dicti, quòd circum caulem erumpentes, accrescant. Græcè παραφυάδας uocant. L. Fuchs. Lege Alæ.

Adocetos, Paronychia, frutex apud Dioscoridem lib.4.cap.57.

Adolescentia est, quàm diu augetur animal, assumitq́ in eo caliditas & humiditas incrementum, donec æquales sint præcedentibus quæ superueniunt qualitates.

Adonis, piscis, qui & Exocætus.

Ador, genus frumẽti, uel farris: ab adurendo, uel edendo. nam in sacris imolabatur.

Adoreum, est far.

Adorium, lingua Syrorum, Gingidium est.

ἀδρὰ crassa, ᾗ παχέα.

Adrachne, syluestris arbor, neq́ in planis nascens, similis Vnedoni folio & fructu, tantùm minore, & nunquàm decidente, prçterquàm ab imo. Malè usurpatur à quibusdam pro ἀνδράχνη apud Theocritum, quæ est Portulaca herba, ut inquit Herm. Barb.

ἀδρόν.

ἐνδρὸν. Lege, ἐντερόφυε.

Adrianum, nobile antidotum, inuentore, ut existimat Nicolaus, Imperatore Adriano. Inuenerunt enim olim & Reges, & demonstrarunt hominibus medicamenta: quemadmodum pluribus id egimus in Præfatione Herbarij nostri Germanici.

Adstricta febris, græcè στεγνὸν, quę fluidę contraria est, nihil'que ex se remittit: qualia sunt aluus, urina, sudor, pituita, & si qua sunt alia quæ excerni consueuerunt. Vox à fictilibus translata, in quibus Græci στεγνὰ dicunt, quæ nos curta, nec rimosa, aut uitio aliquo rara.

Æ

αἰδοῖα, pudenda.

αἰδοιακὰ, quę pudendis adnascuntur hulcera, apud Paulum.

αἰδοῖον ἄῤῥενον ἐλάφου, genitale masculi cerui. Vide Dioscor. lib. 2. Paulum item libro. 6.

αἰδοῖον, pudendum, testiculus, penis.

αἰδοίων πάθημα, morbi pudendorum.

αἰγάγριος, Caprea.

Ægialitis, harena.

Ægina, Periclymenon apud Diosco. lib. 4. cap. 16.

Ægitis, Anagallis.

Ægoceros, fenumgræcum, transumpto nomine à capitis cornu, etiamsi Theophrastus à bubali cornu Buceron denominauerit.

Ægolethron, herba in Ponto, capris perniciosa. Ab αἶγα capra, & ὄλεθρον, perniciosum, exitiale.

Ægonychon, Lithospermon, apud Dioscoridem lib. 3. cap. 159.

αἰγώνυχος, Caprungula herba, apud Theodorum.

αἰγωπὸς, habens oculos caprinos.

Ægritudo, est habitus morbosus totius corporis, uel alicuius partis. Vel est morbus imbecillis, uires imminuens. Gal. de Defin.

Ægrotatio, morbus est inueteratus, cum infirmitate & languore.

Ærugo, Scoletiæ generis. Vide apud Dioscoridem lib. 5. cap. 85.

Ærugo rasilis, quomodo paretur, uide apud Dioscor. lib. 5. cap. 82.

Ærugo aurificum, hoc est, Santerna, quæ à Græcis Chrysochnon, & Chrysocolla, gluten est, & ferrumen auri, quod Argentosum uocant.

Ærugo ferri, hoc est, Rubigo, deraditur è humido ferri, clauis ueteribus.

αἰγίλωπα, fistula parua, nomen à capris sumpsit. αἴξ enim capram significat: nec aliud αἰγιλωψ Græcis, quàm caprinum oculum: non colore, aut figura, sed uitio & labe hac, quæ huic animali propria & frequens ferè est.

αἰγίλωπα, abscessus est oblongus, pusillus, sub ipsum palpebræ torulum, super pilorum locum, ut ait Celsus.

Ægilops, ab auena dicitur. Est autem abscessus inter nares, & angulum maiorem oculorum, per quem pituita adsiduè stillat: & si negligatur, ad ossa usque dehiscit in fistulam. Differt ab Ægylope, id quod Crithon, hoc est, Hordeum, uulgò Hordeolum appellant. Et Galenus inquit: Crithe est abscessus pusillus, oblongusque, sub ipsum palpebræ torulum, hoc est, ut ait Celsus, super pilorũ locum. Officit luminibus, & quod uocatur Ancylops, siue Ancyloblepharos, quo uidelicet palpebræ cõalescunt inter se, aperirique nõ potest oculus. Cui non admodum dissimilis morbus est, qui Encanthis uocatur, in ipso angulo tuberculum, quod palpebras parum diduci patitur. Sed & si membrorum articuli sic hærent, ueluti comprehensi, Ancyla, & Ancylosis appellatur: idque aut uinctu læsis partibus, aut distentione aliqua euenire solet.

αἰγιλωψ, aliàs & auena. Ægylopis genuinam curationem require etiam ex Paul. lib. 6. cap. 22.

Æginos, Cicuta, apud Dioscor. lib. 4. cap. 82.

αἴγειρος, alnus, arbor quæ populus nigra uo-

gra aliàs uocatur.

αἰγύπτιον ἔλαιον, ὅπερ αὐτοὶ καλοῦσι κίκινον, οἱ μὲν τοι παλαιοὶ τῆς κίκι καὶ κίκινον.

αἰγύπτιον ἔλαιον λευκόν, ὅπερ καὶ κρίνινον τε, καὶ σούσινον ἔλαιον ὀνόμασαι.

αἰγύπτιον μῦρον λευκὸν ὅπερ, καὶ μενδήσιον ὀνόμασαι. Paratur ex liliis et aromatis, propter quod unguentum, non oleum inſcribitur.

αἰγιθαλός, parus, auis.

αἴγιθος, & αἰγίοθος, auis quæ & Ægithus, uel Salus latinè appellatur.

αἴλουρος, feles. Volateranus exiſtimat animal id eſſe domeſticum, quod nos Cattum uocamus, muribus inimicum, olimq; cicures non fuiſſe, ſed in campeſtribus tantũ habitaſſe: ſicut hodiè quoquè ſyluestres quædam cernuntur. Ælianus. Teut. Hauß vñ wyld katzen.

αἴλουρος νεαρός, feles recens.

αἱμωδίας, quotidiana eſt affectio, in qua acerbitate cibi alicuius, præſertim nondum maturi, dentes noſtri ſtupent: ut nec ſine dolore cibos alios commanducare, uel cõficere poſſimus: ne dentes tanquàm alligatos nõnulli conquerantur. Germanicè, Zanhülcheren. Sebaſt. Auſtr.

αἱμιόμερος, id eſt, ſimilaris pars, ſicut ipſum indicat nomen, quæ undiq; in ſimiles diuiditur. Veluti in oculo uitreus humor, & cryſtallinus, & tunicarum propria cuiusq; ſubſtantia. De quibus latius in diſſectionum Commentariis Galeni, & Methodi lib. 3.

Æolias, Hemineron.

Æonion, genus nucum, apud Dioſc. lib. 4. cap. 85.

αἰπολικὸν θαῦμα, paſtorale miraculũ, poculum ſcilicet, uel fiſtula, uel aliquid huiuſmodi ſubruſticum, quod paſtores magnifaciunt, precioſum uerò non adeò. Quale quoddam Theocrit. depingit in Idyllio. α.

ἀπαυστέα, nunquàm deficiẽs affectio, & perpetua corporis ualetudo.

Æqualitas pulſuum eſt, quũm pulſus omnes debitam ſymmetriam ſeruant. Inæqualitas pulſuum uerò, mutabilitas ſecundũm differentias quæ ipſi conueniunt. Aliter ſic. Inæqualitas pulſuum eſt, quũm ipſæ percuſsiones, modò uehementiores, modò imbecilliores ſunt. Galen. de Definit.

αἶρα, uel θύαρος, lolium quod inter ſegetes naſcitur. Teut. Ratten / Korn negele.

Æranthemis, herba florens uere. Chamæmelon dicta, & Anthemis.

Æs uſtum, quomodo debeat præparari, uide apud Dioſcor. lib. 5. cap. 78.

Æs uſtum, Gebrañt Ertz.

Æs uiride, Spongryen.

Æs purum. Gedeyen Kupffer.

Æs cyprium, uel æs uſtum, idem.

αἰσακός, ramus lauri.

Æſalon, accipitrum genus & nomen. Plin. lib. 10. cap. 8.

αἰσκῶπες, Sempaſiones artes.

Æſculum temperamentum. Require ex Vitruuii lib. 2. cap. 11.

Æſcu'us, lege, Quercus.

Æſcharites, panis ab craticula ſic dictus, ſub finem cœnæ conuiuis apponi ſolitus, & intingi paſſo uſq; ad ebrietatem. Hic & inuoluebatur, atq; ita ut calebat intortus.

Æſculapius, quæ à patre Apolline acceperit, auxit, Multa ſubinde & ipſe inuenit, ut inquit Soranus: unde inter primos inuentores Medicinæ numeratur.

Æſchron, Galeni præceptor.

Æſtuoſa dicuntur animalia, quæ calore & æſtu infeſtantur: ſicut Alſioſa, quæ frigore uexantur. Colum. lib. 7. cap. 10.

Ætates ſunt quatuor. Prima quidem Pueritia. Secunda Pubertas. Tertia, quæ media ætas appellatur. Quarta, Senecta. Pueri autem conſtitutione ipſa calidi, et humidi, Verno tempore aſsimilantur. Puberes item calidi ſunt, atq; humidi, minus tamen quàm pueri. Mediæ uerò ętatis uiri, calidi, & ſicci. Senes frigidi

frigidi & sicci sunt. Abundant autem sanguine iūm iuuenes, qui in flore sunt ætatis. Qui sunt ætatis mediæ, flauæ bilis pleni sunt. Senes pituita abundant. Quoniam naturalis calor multus in iuuenibus, copiosius in medijs, paucissimus in senibus.

Ætas cōsistens uocatur, quę media est inter adolescentiam, & senectutem.

Ætas florida, Auicenę est. 25. annorū.

Æthales, ab æternitate sic dicta Semperuiua, apud Diosc. lib. 4. cap. 91.

Æthali, prçter thuris fuliginem, etiam diuinum illum laticem, unde Philosophicum pharmacum, siue lapis ille consistit Achymistis, significat.

αἴθυια, auis. Gaza mergum interpretatur. Lege, Mergum.

αἰθύιας ἧπαρ, hepar mergi.

αἰθιοπικὴ ἐλαία ; id est, Æthiopica olea, in Æthiopia nascens.

Æthiopis herba quæ sit, uide apud Dioscor. lib. 4. cap. 106. Plin. lib. 27. cap. 3. libro. 26. cap. 4.

αἴθοπα οἶνον, Homerus uinum appellat quasi fumi calidum, id est, natura ignitum, quod semina quædam caloris in se habet: estq; natura ignitum, non ut alia propter colorem, autore Gellio, lib. 17. cap. 8.

αἴθοψ, uini epitheton apud Homerū.

☞ A E

Aëcius, quadrisyllabum, ex Antiochia Syriæ fuit, Eunomij præceptor, Constantini magni temporibus. Pauper natus ab initio, aurificinam ob inopiam exercuit. Paulò post ob nobilis præceptoris commoditatem, qui nuper è Tyro aduenerat, sese literis, & eloquētiæ studijs tradidit. Cumq; Christianus esset, & à Leontio Præsule Antiocheno, Diaconatus ordini adscitus foret, Eunomiorum, Arrianorumq; sectæ sese addixit. Quapropter ἄθεος uocatus, & ex Antiochia pulsus est. Eius uitam Eunapius Græcus autor prosequitur. Scripsit complura, ex quibus medicina tantùm eius ad nos peruenit, quę cernitur in Bibliotheca Vaticana. Meminit & Volaterranus in Anthropologiæ, libro decimotertio.

Aër, omnium rerum & morborū causa. Hippocrat. libro de flatibus. Vide, Spiritus.

Aër salubris, unde deprehēdatur, atq; de eius iuuamentis, uide doctissima quędam apud Vitruuium lib. 1. cap. 4. & 6. Præterea apud Hipp. lib. de flatib. Item lib. de aëre, aquis, & locis.

Aërium mel. Vide Plin. lib. 11. cap. 12. Vergilium Georg. lib. 4. uersu. Hactenus aërei mellis cœlestia dona.

Aëriceum, syluestre mel, minimequè probatum

ἀερόμελι, id est, aërium mel. Quidā putant esse Mannā. Alij melliginē, id est, mellis tumorem, quem apes legentes, in alucarijs suis coaceruant. Lege Coroll. Barb. 37.

Aëritis, Anagallis.

Aëtites lapis, græcè ἀετίτης. Diosc. lib 5. cap. 152.

ἀετιδεύς, pullus aquilæ.

ἀετός, Aquila. Sunt eorum sex genera: μελανάετος, μορφνός, πύγαργος. Vide Plin. lib. 10. cap. 3.

☞ A F

Affectus. Lege, Passio, & διάτασις.

Affectus acutus est, qui iam ad maturitatem uenit, & concoctionem & solutionem ad exitum affert.

Affectum esse aiunt sectatores Herophili, id quod facilè solui, moueriq; potest, eiusq; caussam in humidis esse.

Affectus, uel affectiones, qualescunq; recessus in statum non naturalem. ab afficiendo dictæ. Galen. lib. de cura per sang. miss.

Affodillus Lege, Asphodelus.

Affricus, nomen est uenti, qui græcè uocatur λίψ. aduersus Aquilonem flat. De quo Plin. Gell. Seneca, cæteri. De quo ait & Poëta: Creberq; procellis Affricus. Colum. lib. 11. cap. 2.

A G

ἀγάλλοχον, lignū est, ut inquit Diosc. lib.1. quod ex India atq; Arabia deportatur, Thuię ligno simile, maculatū, odoratum, gustu adstringens cum quadam amaritudine: cute uestitur aliquātulum uersicolore. Aëtius, & Græci recentiores ferè omnes Xyloaloen uocăt, ni fallor, ab similitudine Aloës coloris. Sed cùm neq; de ligno Aloes certum hodiè aliquid afferăt, & quæ de illo affirmant, tàm sunt uerò nō similia: prętereà, cùm lignum ipsum nō corám uiderimus, neque loca eius cōtemplati simus, nos rem nunc in incerto dimittamus. Gal. certè uidetur ignorasse: cùm nullibi eius aperte meminerit. Et alij tradunt, sub terra condi solitum, alioqui nihil suaue olere. Herm. Barb. in Coro. tradit, ab Arabibus semen Agallochi Häormiam uocari, esseq; similitudine piperis minuti, colore subrubens: unde & quibusdam etiam Piperella dicta sit. Subinde & Aëtius in Thymiamate myrepsico, idem esse, quod & Tarum putat. De quo Plinij uerba hæc sunt lib.12. cap.20. Ex confinio Casiæ, Cinnamiq;, & Cancamū, & Tarum inuehitur, sed per Nabathæos, Troglodytasq; confines, qui considere ex Nabathæis. Verùm cùm Plinius Tari figuram nobis non depingit, nos interim Aëtium suę opinioni relinquimus. Paul. Ægin. ad uerbum ferè Dioscor. transscripsit.

ἀγάλακτα, pascua, quæ lacti efficiendo, & parturiendo in animalibus sunt inepta, id est, loca non frugi pascua alentia pro animalibus lac remittentibus.

ἀγαλάστος, incontinens, intęperans.

ἄγονον, quod conceptionem uetat, & semen disijcit.

Agaricum, gentile nomen ab Agaro & urbe, & amne in Sarmatia sumpsit, radix est laserpitio similis, sed facie summa solutior, & fungosa tota, innascitur arboribus. Dioscor. lib.3. cap.1. Plinius lib.25. cap.9. Vide Suidam.

Agathides, Maiorona, apud Diosc. lib.3. cap.45. Lege, Maioronæ.

ἀγαθοῦ δαίμονος, poculum quod post mensam efferebatur puri uini, apud Athenienses.

ἀγέλαστος dictus est Crassus, quia risit nunquàm. Solinus cap.4.

Agēomeros, Cicuta, apud Dioscor. lib.4. cap.82.

Agere dicitur, quod ex seipso motum obtinet.

Ageratori, corruptè apud Columel. cuius in locum substituo, laserato, ut sit sensus: medicamento ex lasere, & laserpitio: de quo affatim suo loco dictū est. Vel potius corrige, cerato: quod & magis quadrat, & tali medicinæ est accommodatius. Nam ceratum liquidum ait immittendum esse intra locos caprę genitales. A cera ceratū dictū, quod uulgò cerotum nūcupat Plin. Non fecit inquit, cerota, malagmata, emplastra, collyria, antidota parens illa, ac diuina rerum artifex officinarū: imò uerius auaritiæ commenta sunt. Colu. lib.7. cap.7.

ἀγεώργητοι τόποι, inculta loca, & deserta.

Ageraton, Teut. Reinblūm/Dotterblūm/Jüngling. Dicta, quòd flos eius non marcescat, nec senescat. Diosc. lib.4. cap.62.

Agigarton, uuæ genus, sine granis, arte sic plantatum.

ἀγελαῖα, bos qui inter gregem agit. Plinius in agro pastum & armētarium uocauit.

Agitatorium. Sic Theodorus conuertit Elaterium, apud Dioscor. lib.4. cap.156.

ἀγλαόκαρπος, mali arboris epithetum apud Homerum: quod si interpreteris, sonat splēdidum fructum ferens.

ἀγλαφία, firmitas, & robur, quod contrahitur ex bonis edulijs. Vocabulum ortum ab ijs, qui corpori alendo, & saginando incumbunt.

ἄγλαθες, nuclei allij.

ἀγλίδια, ſpicarum diuiſiones in ipſo ἀγλῖθες, alliorum capita, lingua ſcilicet Dorienſium. (allio,

ἄγλωττος, elinguis, mutus.

Agnacopos, Anagyris herba apud Dioſc. lib. 3. cap. 167.

Agnina lingua, Plantago.

ἀγνίτης, purus. Cognomen Æſculapij, apud Spartanos: quòd eius ſimulachrum ex agno, quæ planta eſt, eſſet exciſum, configuratumq́ꝫ. Cæl. lib. 10. ca. 5.

ἀγνώμονες, equi, quorum præ ſenectute numerari dentes nequeunt.

ἄγνος, planta, genus arboris, qua uiæ omnes ornabatur Athenis in feſto Palladis.

Agnos. Lege, Rhamnon. Eſt autem uitex, uel Agnus caſtus. Sunt qui ἄγνον legunt, non alia ratione, quàm quòd ſemen genitale diminuit.

ἀγονία, ſterilitas, & liberos gignendi impotentia.

ἄγονος, minimè prolificus.

Agonos, rubus, apud Dioſcor. lib. 4. cap. 147.

ἀγοστός, cauitas manus.

ἀγρὰ, mordaciſsimi ſerpentis genus. Quo nomine uulgò Demoſthenem uocabant, ſcurrilem quandam mordacitatem in eo notantes.

ἀγράκαλος, uua.

ἀγριέλαιος, oleaſter.

ἀγράμματα ζῶα, animalia, quorũ uox nullis exprimi literis ualet.

Agreſtis nardus, quandoq́ꝫ intelligitur pro Phu.

ἀγρία, ſpecies ſcabiei quæ cito ſerpit, reuertiturq́ꝫ certo anni tempore, aſperior omnibus alijs ſpeciebus, & curatu difficilior. Celſus uocat feram ſcabiem. Sunt & ulcera quæ ἀγρία uocant, quaſi quæ manum chirurgicam non admittant.

Agria, Helxine apud Dioſcoridem libro, 4. cap. 42.

Agriacantha, ſpina ſylueſtris. Dioſc. libro. 3. cap. 19.

Agriacanthos, Acanthæ ſpecies altera, de quo Dioſc. uide lib. 5. cap. 18. Plin. 22. cap. 22. et inibi Barbari Corollarium.

ἀγριάμπελος, labruſca.

ἀγριοκάρδαμον, id eſt, ſylueſtre Naſturtium. Sic Democrates uocauit inter alia Hiberida, & Lepidion. Vide Barbarũ in Coroll. Hiberidis, in Dioſc. lib. 1.

ἀγριελαία, id eſt, ſylueſtris olea. Lege Dioſcorid. lib. 1. Plin. lib. 17. cap. 12. libro 12. cap. 17. lib. 13. cap. 1.

ἄγριαι λειχῆνες, in ſumma cute impetigines minores.

Agrimonia, Lege, Argemone, & conſule de ea noſtrum Herbarium.

Agriophyllon, peucedanũ, apud Dioſc. lib. 3. cap. 90.

Agrioſelinon, idem quod Hippoſelinon, apud Dioſcor. lib. 3. cap. 76.

Agrippæ appellati ſunt, quorum in naſcendo non caput, ſed pedes primi exierunt: qui partus difficillimus, egerrimusq́ꝫ habetur, uocabulo ab ægritudine, & pedibus. Gel. autor lib. 16. cap. 16.

Agrippina, uigilia.

Agrippum, Suidas ſylueſtrem oleam apud Laconas ait ſignificare.

Agron, Medicus Athenienſis, non paucis in peſte opem tulit, cùm iuberet propè ignem haberi ægrotos, ut inquit Plutarch.

ἄγρωστις, herba quæ in hederæ morem ſerpit. Eſt & gramen apud Dioſc. lib. 4. cap. 33.

Agroſtis, uitis alba, apud Dioſcor. lib. 4. cap. 194.

A H

Ahortæ, uocantur duæ uenæ, quæ ab umbilico & matrice per pectinem trãſeunt infra renes: de quibus anatomiam Carpi uide ca. de cura uẽtris interioris.

A I

Aichryſon, Semperuiuum, apud Dioſcoridem lib. 4. cap. 91.

Aiuga, Græcorũ Chamepitys, apud Dioſcoridem lib. 3. cap. 176. Teut. Erdwyrauch/der edel klein Cypreſſ.

Aizôon, Sedum, Semperuiuum, uulgò Bar-

gô Barba Iouis, Teuton. Haußwurtz/ Donderbar dicitur. Semper uiret, unde illi nomen. Eius tria genera. Vide Herb. Leon. Fuchsij.

Aizoon syluestre, Portulaca syluestris.

Aizoum paruum, apud Dioscor. lib. 4. cap. 92.

A L

Alabastra sunt seruandis odoribus, ex solidissima & frigidissima materia facta uascula. Sic dicta, ob leuorem, quòd manibus nō facilè capi, tenerique possint, lubricaque dilabantur.

Alabastrites, uocatur Onyx: in Alabastro Ægypti circa Thebas nascitur. Vide Diosc. lib. 5. cap. 144.

Alabastrū, Lege in dictione, Stimmi.

Alabandus, & Alabandicus, quid sit, uide in dictione, Stimmi.

ἄλαλος, mutus, qui fari non potest, κωφὸς, cui nulla omnino uox est. Erasm.

ἀλαός, luscus, cæcus, inanis, stultus.

Alani canes, Molossis canibus hodiè non inferiores.

ἀλάπαθος, herba purgatoria.

Alauda. Lege, Galeritam.

Albamentū oculi, oculi ipsius albor.

Albara, barbaris populus alba.

Albatenius, Galeni libros primus in Arabum conuertit idioma, teste Ioanne Serapione: & in Aristot. Commentarios scripsit.

Albertum magnum, & nomine, & eruditione Medicum fuisse non dubito, naturarumque arcanas uires perspectas habuisse, ut neminē ex ueteribus. Quare & hunc Catalogo nostro non ineptè adsciuimus. Vita eius aliundè notior, quàm ut à nobis paucis hic comprehendi queat.

Albæ, uel Albulæ aquæ, frigidæ uirtutis balneæ, solutione laborātibus, uel fluore quorumlibet officiorum accommode. Autor Aurelianus Siccensis lib. 2. Citantur subindè in Therapeutica Galen. albulæ aquæ.

Albinus, Gnaphalium, apud Dioscoridem lib. 3. cap. 131.

Albunus, Asphodelus, Hastula regia, idem, autore Dioscoride. Plin. Asphodeli radicem uocauit.

Alburna, ouorum adipes. Habent enim & plantæ suos adipes, teste Theophrasto.

Albugo, & Cicatrix differunt: quòd à maiore exulceratione, maior, & crassior superuenit cicatrix: quodque in Iride (sic enim circa pupillam orbem dicunt) albugo fit. Cicatrix modo contrario, uide licet, quoties in nigra oculi parte, ex profunda ulceratione tuniculæ crassitudo superuenit, & ex nigro, candido colore albescit.

Albus Color est purissimus, quocirca ad animum translatus, pro syncero capitur. Is nullibi quàm in niue clarior est: quam tamen atram esse Anaxagoras affirmabat. Sumitur pro pallido: unde timor albus legitur: &, metu exalbuit. Quàmobrem Romanæ mulieres quondam funera sequebantur in ueste alba, tanquàm mortui quem efferebant, colorem referrent. Autor Tile. de color. lib. cap. 4. Elucet Candidus, atque oculos delectat. At candens non hoc tantùm est, sed pro ignito accipitur. Itaque Veneris humeros rectè dixeris Candidos, uel Candentes. Ferrum, quòd à marito tunditur, nō candidum est, sed candens. Eiusdem generis est Canus: qui & si ad alia transfertur, propriè tamen est capilli, & barbæ senilis. Nascitur equus nonnunquàm canus, atque albineus: non idē qui & candidus, aut albus, sed huius nō expers. Est & color albi, nigrique particeps, à Græcis inde Leucophæos, uoce iam à nostris usurpata, uocatus. Genus est id coloris natiui. non enim inficitur, sed ouis ipsa sic natura quasi pingitur. Hinc sibi secta Monachorum sumpsit, qui pro cingulo reste se uinciunt nodosa, ac ligneis calciamentis utuntur.

Alcanna, Zwilgenholtz.

Alce, iumento ferè similis est bestia in Asia,

Asia, & Aphrica, ni proceritas cruriū et ceruicis distinguat. Plin. lib. octauo, cap. decimoquinto.

Alcea, syluestrium maluarum generi assignatur apud Dioscor. lib. 3. cap. 165. Plin. lib. 19. cap. 5. libro. 20. cap. 15. Sygmarswurtz/Hochleucht/wyld Ernroßen. Alias Neotericis, Herba Simeonis dicta.

Alces, figura & pellib. similes capris, uerùm aliquantulum maiores, crura sine nodis & articulis. Habet illos & Germania, ut inquit in Commentar. s Cæsar. lib. 6.

Alchimillam Barbari uocant Plantā, seu pedem Leonis: Diosc. Leontopodion, Germani Synaw/ Lewendopen/ Lewenfüssz/ vnser Frawen mantel.

Alchohol est puluis subtilissimus, solus, non mixtus cum liquore aliquo. Et nota, quod ex sief fit Alchohol, & econtra: et ex istis ambobus potest fieri collyrium, sed non econtra.

Alcibiacum, ab Alcibio inuentore. Vide Dioscoridem de Echio.

Alcibiacum, Echion, apud Dioscor. lib. 4. cap. 30.

Alcibiadion, Anchusa, apud Dioscor. lib. 4. cap. 26.

Alcibiadion quoq; Echion, apud eundem Dioscoridem lib. 4. cap. 30. Teutr. Wyld vnd zam Ochßenzung/ Trago, ab Alcibio inuentore.

Alcibias, Stichas, apud Dioscor. lib. 3. cap. 29.

Alcibium, in controuersiam uenit apud neotericos, quam uide in Herbarij nostri Tomo. 2. & Leonicenum lib. de erroribus Medicorum. Ruell. cognominari Echin scribit, ab inuētore impositio ei nomine: Echin uerò, quòd ictus uiperæ sanet.

Alcionij quinq; genera, require apud Dioscoridem lib. 5. cap. 127.

ἀλκυόνιον, spuma quæ cōcrescit in mari, qua faciei nitor cōmendatur. Ex hac nidū dicunt congerere Alcyones aues.

Alcyone, & Alcyon, & Alcedo, pro una aue reperiuntur apud autores.

Alcyonij dies, & Alcyonia sacra, dies 14. quibus Alcyones pariunt oua, sereni, & naucleris auspicatissimi.

Alcyones pariturę, nidum modò conchæ spinis incredibili duricia subtexūt: deinde ad mare deferentes, undis imponunt, atq; illo se constipantes dùm ueh untur fœtificant. Ælianus.

Alecem, fœminino genere ueteres appellabant minutum, uilemq; pisciculū: ut est apud Cato. & Plaut. Columella rí ualem nominat aleculam, inter pisciculos, & incrementi parui fluuiorum animalia. Vide Męnas.

Aleculæ. Lege, Męnas.

ἀλέκτωρ. Lege, Gallos gallinaceos.

ἀλεκτορίδος ἐγκέφαλος, cerebrū gal

ἀλεκτορίας, gemma, quæ in [illegible] linæ. gallinaceorū uentriculis inuenitur, crystalli specie, magnitudine fabæ.

ἀλεκτρύοναι, καὶ ἀλεκτρυόνες. Lege Gallos gallinaceos.

Alæ uocantur in homine, qua parte brachium humero coniungitur, ex inferiore parte, in quibus non aliter quàm in pectore pubes nascitur, uirosi plęrunque odoris. Earum similitudine concauos geniculos, quales in harundinib. & plęrumq; alijs sunt, Græci μάσχαλος, Romani Alas dixerunt. Ab Adnatis eo differentes, quòd ex Alis noua semper germinatio prodit: Adnata uerò incerta parte emergunt.

Alethena, cotoneorū quoddā genus.

Alęmon, uulgare, promiscuū, ac palestræ dicatū unguentum. Alias, Alima.

ἀλύειν, id est, anxietudinem habere dicunt illos sanos, qui semper præsentibus molestantur, et ab uno negocio atq; actione ad aliud transeunt. Eodem modo & ægros illos anxios esse aiunt, qui accubitum non perferentes, figuras euariant: quia semper præsens aggrauat eos. Eius rei caussam require lib. 7. Aphorism. 58.

ἄλευρον κρίθινον, farina hordeacea.

Alex, gari ipsius fęx: quod fęcis instar in cophino resedit.

Alexander Trallianus, ille idem qui Alexander iatros uocatus fuit hacte nus, autor ut longè optimus, ita omniũ ineptissimè redditus est, nunc demùm candori restitutus suo, per pręceptorem nostrum Albanum Torinum: nec habent, excępto Galeno, & Paulo, hodiè scholæ Medicorum eo scriptore quicquàm elegantius.

Alexandrina, Chamędaphne, uel Vinca peruinca apud Dioscor. lib. 4. ca. 150.

Alexandrinum emplastrum, uide Celsum lib. 5. cap. 19.

ἀλεξητήριον, auxilium, adiutorium, amuletum: qua uoce utitur Plinius, Remedium præsentaneum aduersus uenena et fascinationes: quod genus quidam in anulis gestare solent.

ἀλεξικάκον φαρμακὸν, id est, malorum discussorium.

Alexipharmaca, medicamenta auxiliatoria. Suidas. Aliàs, Alexiteria.

Alexander Aphrosidęus, sub Seuero & Antonio Imperatoribus philosophiam professus, primus omnium Aristotelem, antea uiris doctis laudatum magis quàm intellectum, commentarijs enarrauit. E cuius schola tanquàm ex equo Troiano, uiri doctissimi emanarũt Themistius, Ammonius, Simplicius, Philoponus, & Olympiodorus, omnes Aristotelis commentatores. Habentur & hodiè eius problemata, & rei medicæ quædam, quæ Aldus quondam excæpit.

Alexias Thrasiæ discipulus, ingenij acrimonia plurimum ualens, nec infra præceptorem bonis artibus minus instructus. Nam & reliquas Medicinæ partes, quas præceptor non tenuit, ipse egregiè est consecutus. Theophrastus lib. 9. cap. 17.

Alga maris, Phycos apud Dioscor. libro. 4. cap. 102.

Alga, Mößgraß/ herba quæ natat in aqua, & supernatat. sic uideo quosdam interpretari.

Algę, et Fuci genera multa, uide apud Dioscoridem libro. 4. cap. 101. & inibi Coroll. Barb.

Algatilis, hyrundinis genus. Plinius lib. 10. cap. 33.

Alguasen, herba similis lilio. Confert morsui canis rabidi. Hinc græcè id nomen sortita.

Alkakengi. Lege, Solanus hortensis.

Alhandal, id est, Colocynthis.

ἀλίβαντας, mortuos uocant, quasi nihil humecti in se habentes: utpotè tùm caloris abitione exhaustos, tùm frigore rigentes. Galenus lib. 1. Temper.

Alica fit ex zea, seu spelta. ζέαν Græci uocant. Tunditur granum eius in pila lignea, uel lapidis duricia conteritur: excussis inde tunicis, conditur medulla. Ab alendo dicta. Hinc Alicarij, qui uendunt, aut conficiunt Alicam.

Alicancalon, Nicolaus interpretatur, bonum nuncium, Quare, non uideo. Tam inopes linguæ fuerunt inepti illi sophistæ, ut ne nomina quidèm idonea habuerint, quibus id, quod uolebant, rectè exprimerent: interim tamen strenuè reijciunt linguarum cognitionem.

Alicastrum, ea forma ab alica deriuari putamus, quasi à siliqua, siliquastrum.

Alima. Lege, Chrisma.

ἄλιμον, id est, sine fame. Lege, Halimum.

Aliparæ. Vide, Alipenæ.

Alipastos, caro quę pinguedine caret.

Alipenæ, uel Aliparæ, dicuntur, quæ ex non pinguibus medicamentis constant. Celsus lib. 5. cap. 19.

ἄλειφαρ, oleum, unguentum.

Aliptas, communiter mixturas interpretantur. Sic Celsus lib. 1. cap. 1. Sanus homo, & qui benèualet, & suæ spei est, nullis obligare se legibus debet, ac neque medico, neque aliptа egere.

Alipta muscata, Lege, Confectio aliptæ

ptæ muſcatæ.&c.

ἀλεῖπται, unctores erant, qui athletas certaturos ungebant.

ἀλειπτήριον, unctuarium, locus in balneo unctioni idoneus. Vide Iul.Pol.

Aliſma, eſt apud Dioſcorid.lib.3.cap.170. Frawenkraut. Sunt qui dicant, Damaſoniū latinè, Plantaginem aquaticam. Waſſer Wegreich.

Allas, membrana altera quæ fœtum obtegit in utero, atq; ad apices emergit: à farcimine ſic dicta, cuius figuram gerit Gal.lib.1.de Spermate.

Allecula, nomen eſt piſciculi, quem Riualem uocant: quia in riuis naſcitur. Vide Columellam lib.8.cap.15.

Allectores, conciliatores, conſolatoresq;: qui alliciāt, oblectentq; captiuos, mitigentq; mœſticiam captiuitatis. Columella lib.8.cap.10.

Allectorius lapis inuenitur in uentribus gallinaceorum, & efficit fortitudinem. Solinus cap.quarto.

Alleluya, Panis cuculi, Oxys græcè. Teut. Saurampffer/Bůchklee/bůchampffer/Bůchbrot/gauchklee/guckgauchklee.

ἀλλοιωτικὴ, uis digeſtiua.

Alioſa ſunt, quę algores ferre non poſſunt, non ea quæ frigidis locis gaudent.

Alliaria, & Alliaris, Pandectario pes eſt aſininus. Teut. Knoblauchkraut/Leüchel/Soßkraut.

Allium ab græco ductum uolunt, ſcilicet ἄλλεσθαι, id eſt, quòd exhibendo creſcat.

Allium, Knoblauch. Gręci σκόροδον, alij Sebeſtum, alij Elaphoſcorodon uocant. Quoddam ſatiuum atq; hortenſe habetur: quod in Ægypto ſingulari ut Porrum capite conſtat, dulce, in purpureum uei gens, paruum. Reliqua uerò magna & candida, ex pluribus cōaugmentantur nucleis, ἄγλιθας Græci uocant. Aliud ſylueſtre, quod Ophioſcorodon, id eſt, anguinum uocant. De Allio multa Scriptores: quæ qui noſſe uolet, legat Plinium, Dioſc. Columellam, & Palladium. Lege, Scorodon.

Allium gallicum, Item Allium maius, Lege, Vlpicum.

ἅλμυρον καὶ ἀλυκὸν, uocamus omnem falſum humorem, atq; ſalſugine præditum. Autor Gal.de atra bili.

Almytis. Lege, Halimum.

Alöa, Romanè, id quod barbari Alöen, apud Dioſcor.lib.3.cap.24.

ἀλωὰ σημαίνει τέσσαρα· ἀμπελόφυτον τόπον, δενδρόφορον τόπον, χλοηφόρον τόπον. Theocriti interpres.

Alöen quidam ſic dictam uolūt, quòd procul à mari & maritimis locis naſcitur, autore Vergilio in Commentario.

De Alöe plura moderni Scriptores, quæ ſit, an uera habeatur. Hallucinati ſunt circa hanc non modicum Arabes Scriptores, de quibus plura apud Leonicenum & Manardum uide. Attigerunt Alöen, Dioſcor.lib.3.cap.24. Plinius lib.27.cap.4.

Alöetis, Mandragora apud Dioſcoridem lib.4.cap.79.

Alöidarium, medicina, uel pharmacū ex alöe, ad uentrem ſoluendum, apud Aëtium, & Oribaſium.

Alopecis nomine in medicinis intelliguntur carunculæ muſculares, quæ utrinq; lumbos animalium quaſi ueſtiūt: quas Hippoc. ψόας uocauit.

Alopecia, fluor capillorum. Serenus. Defluit expulſis morbo latitante capillus, Si rarò lauitur, ſeu uis epota ueneni, Seu ſalamandra petens, nulliſq; obnoxia flammis, Eximium tactu deiecit honorem. Nonnunquàm uariant maculæ, paruiſq; parumper Orbibus aſperſum, ducit noua uulnera tempus. Accidit & barbæ, & capiti. Huius ſpecies quædam eſt ὀφίασις, à ſerpentis ſimilitudine ſic dicta: quæ incipit ab ſuperiore craneo, & duorum digitorum latitudinem non excedit, ad aures duobus capitibus, quibuſdam etiam ad frontem, donec duo capita in priorem partem com-

mittant. ἀλωπεκία in qualibet ętate est, ὀφίασις uerò in infantibus.

Alopecides, Laconici canes, ex uulpibus & canibus progeniti. Pollux.

Aloschorodon, Capparis.

ἀλφαίνειν, cutis colorem immutare.

ἄλφος, uitiligo, impetigo, id est, macula alba. Quā rectius uocauit Festus uitiliginē, quæ propriè alba macula est. Vocat & λευκὴ, à medicis: tametsi profundius penetret λευκὴ, superficiem immutet tantummodo ἄλφος, macida cuticu-(la.

ἄλφιτον, Farina, Polenta, uictus.

Alphesiræ confectio, id est, uitis albæ.

Alsine, Auricula muris: sic dicta, quasi nemoralis, quòd in lucis nascat, quos Græci ἄλση uocant, & nemorosis opacibus gaudeat. namq; magna ex parte umbrosa sequitur, & maximè parietes hortorum adamat. Vide apud Diosc. li. 2. cap. 203. & lib. 4. cap. 89. Meüßörlin/ Vogelkraut/ hünerserb/ hünerbiss.

Alsiosi frutices & sata, non hæc sunt quę frigidis, alsiosisq; locis gaudent, sed contra potius, quæ algores ferre nō possunt, & quæ Græci uocant λύσριγα, ut Abrotonum, autore Plinio, Theophra(stoq;.

Alsiosa, quæ frigore uexantur. Col. lib. 7. cap. 10. Barbarè Pilosella. Lege, Pilosellam.

Alteratio, est à qualitate ad qualitatē mutatio.

Altilia, aues omnis generis, quæ saginæ ac cibo educantur.

Althea, Maluarum generis, apud Dioscor. lib. 3. capite. 164. Teuton. Ybisch. Heylwurtz/ Hylffwurtz. Græcè enim ἀλθαία Medica uocatur. Hinc ἄλθος, remedium, seu medicina.

Althęa, malua agrestis, siue Maluauiscus, quia glutinosa est. Vel Altea, q in altum crescat.

ἀλθεύς, ιος. Medicus.

ἀλθῆκες, ferreni, quibus cum dentium dolores mitigabantur.

Aluco, ἐλεὸς græcè, nocturna auis, gallinaceo maior.

Alus, Symphytum petręum apud Dioscor. lib. 4. cap. 10. Sanickel.

ἀλουσία, abstinentia à balneo.

Alua, Sarua, & Scalmatis folia, siue Scamatis, odores suffumigandis odoribus idonea.

Alui deiectio. Vide Cels. lib. 2. cap. 11.

Aluini dicuntur lienterici, siue cęliaci, qui aluo languescunt.

Aluos castrare. Castrantur alui, quando faui eximuntur. Col. lib. 11. cap. 2.

Aluus, sicci excrementi receptaculū.

Aluus astricta, pro constipata.

Aluminis species, lege apud Dioscoridem lib. 5. cap. 114.

ἀλύκη, anxietas, mœror apud Hippo. plęriq; uero etiam ἄλην uocant, Latinè anxietudinem possumus interpretari. Sunt qui Pandiculationem malint. Vide Cœl. lect. antiquar. lib. 6. cap. 26.

ἄλος, mœror, animi passio.

ἄλυς, anxietas.

Alymon, Aron, idem.

Alypea, idem quod Alypum, apud Diosc. lib. 4. cap. 190.

Alypeas, ea quæ & Alypū, apud Dioscor. lib. 4. cap. 190. Paulum lib. 7.

Alypum, surculosa herba, subrubra, latis ramulis, tenuibus folijs, flore molli, copioso, radice Betæ. Est apud Diosco. lib. 4. cap. 190.

Alysson, Rubeæ similis, fruticosa herba. Vide Diosc. lib. 3. cap. 104. Ita dictū, quòd rabiem canum defendat.

ἀλυκόν, Halmyron.

¶ A M

ἀμαμηλίς. Vide, ἐπιμηλίς.

Amaracini flores. Lege, ἰξίνη.

Amarix. Lege, ἰξίνη.

Amara, siue Gamara, semen ulmi, apud L. Col. Sed & aurium quoq; cauernæ Amaræ uocantur. Amara item græcè, propriè significat riuulum & incile, rigandis hortis idoneū. Ita dictum, quia marcescere prohibeat. Herm. Barb.

ἀμαράκινον ἔλαιον, amaracini cōfectio

Amaracus, Parthenium apud Diosc. lib. 3.

li.3.c.156. Alia ab Amaraco Maiorana

Amaracus, græcè ἀμάρακος, Maiorana Romanè. Diosc. lib.3. cap.45. Hanc Græci σαμψύχον uocant, grati odoris. Teut. Maioron. Alia uero Amaracus uirosi odoris, apud Diosc. Parthenium est, hodie Cotula fœtida. Krotten dyll. Hundts dyll.

ἀμαράκινον μύρον, amaracinũ unguen (tum.

Amarantus, idẽ q̃ Amaracus, lingua Siculorum, ut inquit Barbarus.

Amarantum item, Barbarus interpretatur Samsuchum. Quanq̃ alia sit Amaranthus. De quo uide dict. Maiorana controuers.

Amaranthos, Chrysocome, apud Dioscor. lib.4. cap.58.

Amarantus flos, ab inmortalitate nomen trahẽs. Vnde, inmortalesq; Amaranti. nunq̃ enim marcescit: fitq; à priuatiua particula, & uerbo, μαραίνω, sicco. Vnus est luteus, qui Diosc. ἑλίχρυσον. Teut. Reinblům/Jüngling/Mottenblům. Alter purpureus, Flos amoris. Teut. Flor amor/Samatblům.

Amarition, legendum, Amethyston apud Col. lib.3. cap.2. Nam Inerticula cùm à nostris ita nominetur, quia temulentiam sola non facit, meritò à Græcis appellatur Amethystos, hoc est, sine ebrietate. Plinius, Eleganter inquit, nostri iustius hanc uitam sobriam appellassent, quàm Inerticulam dicunt.

ἀμάθυσα, prohibens ebrietatem.

ἀμαύρωσις, perfectum ferè uisus impedimentum, citra tamen oculi affectionẽ manifestam, causa quoq; incerta.

Amaurosis, Cicuta, apud Dios. lib.4.

Amaxitis, Agrestis apud (cap.82. Dioscor. lib.4. cap.33.

Ambasis, Hippuris, Dios. li.4. cã.49.

Ambidextrũ Euripedes nominat ferrum utrinq; incidens. Circumdextrum autem Homerus Asteropœum, ambabus simul manibus utentem, ac si, utrinquè dextrũ dixisset. Eodem modo Ambilæuũ Aristophanes ἐν τῷ γυνὰ τίς, utrinq; sinistrum. Hipponax Ambidextrum dixit, in hoc uersu iambico. Ambidexter enim sum, & non aberrans.

Ambilæuus, Vide Ambidextrum.

ἀμβλυωπία, uisus hebetudo, ex latenti proueniens caussatione incerta.

ἀμβλυωπόν, quod aciem oculorũ obtundit.

Ambra, Ampar, Ambar. (tundit. Lege, Electrum.

Ambrosia, tenuis frutex, ramosus: trium ferè palmorũ, folijs rutæ, circa imũ caulem exiguus. De qua uide Dioscor. lib.3 cap.127. Pli. li.27. cap.4. & 25. c. 13.

Ambrosia, Lilium, atq; sic interpretatur Nicander in Theriacis.

Ambrosia, Semperuiuum apud Dioscor. lib.4. cap.91.

Ambusta, græcè, πυρίκαυσα, Dicuntur & adustiones, & adusta Celso.

Ambustio, uocatur affectus eorũ, qui in apricis diu morantur nudi, totaq; illis interdum cutis calidior redditur. Galenus lib. de causs. morb.

Ambuxus, Clematis apud Dioscoridem lib.4. cap.193.

ἀμβλωθρίδιον, pharmacum quod abortum facit.

Amellum. De eo & Verg. & Col. testantur, quòd frutices fert apibus gratissimos, aspero gustu: cuius radicis succus ægroto examini, cum amineo uino dari præcipitur. Dicitur uerò Amellũ, quòd pastores eam curua circa legant propè flumina Mellæ. Is Galliæ amnis est, Quemadmodum à Lemano lacu, Alemani, ut Seruius ait.

Ameos, Grecis & Latinis Ami, Teu.

Amentũ dulce, Sparkalck/ (Amey.

Ameram apud Colu. legi- (Gypß.
mus: quæ dictio semen ulmi significat. Plinius tamen Gamariam uocat.

Amerimnos, Aizoũ maius. Diosc. lib. 4. cap.91. à sollicitudinis depulsu dictũ.

Amerina salix, lege, Embrion duplex.

Amerinæ, ab Amerino oppido, ubi plurima erat salix Amerina, quam nũc uulgus uocat, Agnum castum.

Amerinas scopas legimus, Spartis similes, folio tamen minore, sed lenticula uirgularum maiore: quas sunt qui Genistellam amerinam uocēt hoc tempore.

Amethodus, à uia & ratione docendi, discendiq; abhorrens, quasi auius.

Ametria, à iusto modo in morbis ipsis declinatio.

Amethystinus color, ab Amethysto: ex quo Tyriamethystus ī usu fuit olim.

ἀμέθυσα, remedia, quæ aduersus ebrietatem præbentur.

Amiam piscem uocāt, cuius incrementum singulis diebus intelligitur. Plin. libro. 9. cap. 15.

ἀμιωτομίαιν☉, id est, uitex, uel agnus castus.

Amilla flos, apud Græcos authores quosdā, gallico uocabulo, herba ea quæ uocatur Anthemis, id est, Chamæmilon: ut fortè Amilla uel idem, uel similis Amello sit. Nihil asseueramus tamen, sed in medium doctis discutiendum proponimus.

Amineæ. Nomen est uuarum generosarum. Quas Grammatici tradunt amineas dici, quasi sine minio, id est, rubore, tanquàm album sit id uinum. Macrobius uerò censet ab Aminea regione nominari. Fuerunt enim Aminei populi, ubi nunc Falernum est. Pronuncianda autem dictio hæc est penultima correpta: quod satis liquet ex illo Ausonij uersiculo, Solus qui Chium miscet & aminetum. Illo item Vergiliano ex secundo Georgicon, Sunt & Amineæ uites, ita legendum est, ne uersus claudicet. Sunt etiam Amineæ uites, ut prima syllaba producatur, penul. corripiatur, uide Columel. lib. 3. cap. 2.

Amineum genus uitis, à regione Aminea.

Amiantus, lapis, in Cypro nascitur, scisso alumini similis. Dioscorides libro 5. cap. 147.

Ammi, latini Ammium Alexandrinum. Semen exile, multò minus cumino, candidius & exilius cumino. Peregrina Græciæ. Teut. Dern Kümmel/ Moren Kümmel.

Amomis, fertur similis esse Amomo, adeò, quòd cùm ea Amomum uerum adulteretur, minus uenosior herba amomo, duriorq;, & odorata minus.

Amomi uua in usu est, Indica uite, labrusca, uel frutice uenoso, palmi altitudine: carpiturq; cum radice manipulatim, leniter componitur, protinus fragilis. Plin. lib. 12. cap. 13.

Amomum, Dietich/ od Christnacht roß, exiguo frutice, ex ligno se conuoluens, ut inquit Dioscor. in uuæ modū, flore ceu candidæ uiolæ paruo, folijs uitis albæ similibus. Laudatur quàm maximè Armeniacum, fuluo auri colore, ligno subrufo, ualde odorato. Pingit hoc & Plin. lib. 12. cap. 13. & Theoph. lib. 9. cap. 7. Seruatur in officinis hodiè semen eodem quoq; nomine.

Amomum uerum, id est, botruosum, & ueluti uua, nescio si hoc seculo habeatur in nostris officinis.

Ammodites magnitudine quidèm cubitalis est (maior enim non pingitur, neq̀ue scribitur) colore uerò arenosus, per corpus autē maculis nigris insignitur. Caudam habet præduram, supernè discussam. A quibusdam uerò Cenchrias, id est, miliaris, ob caudæ adinstar milij duriciem appellatus est. Latiores maxillas quàm uipera habet: cumq; in multis alijs ei similis sit, colore magis discerni potest. Vipera enim subflaua est. Hæc Æcius sermone. 13. cap. 25.

Ammones, est Dioscor. Coronopus.

Ammoniacum, herba est, ex qua ammoniacum fit suffimen, quod Thymiama uocant. Diosc. lib. 3. cap. 97. Plin. lib. 12. cap. 23. lib. 24. cap. 6.

ἄμνιον, interior membrana, qua fœtus in utero inclusus obtegitur: à mollicie agnorū deducto nomine. ἀμν☉, agnus. Empedocl. χορίον uerò, autore Polluce, exterior.

Ammoniaci

Ammoniaci lachryma stillat in harenis suis Æthiopiæ subiecta Africa, & inde nomē ei ab Ammonis oraculo: iuxta quod gignitur arbor resinæ modo, aut gummi. Plin. lib. 12. cap. 23.

Ammorgine, Helxine apud Dioscor. lib. 4. cap. 42.

ἄμνον (sic enim legendum est apud Dioscorid. in lini descriptione, pro ἄνθον) idem quod ἱμάτιον, id est, uinculum & laqueus, uetus Lini nomen. Siquidē ἅμμα Græcis uinculum significat.

ἀμόργη, id est, amurca, oliuæ expressæ recrementum. Item genus herbæ purpureæ qua uestes tinguntur, Amorgine Græcis appellatę. Sed & tenuissima pars harundineæ paniculæ dicitur Amorgis: autore Phocione grammatico. Scripsit Amurcę laudes Cato, ut inquit Plin. lib. 15. cap. 8. Dioscor. lib. 1.

ἀμπελίδες, id est, συκαλίδες, modò etiam Ampeliones uocat. Pollux.

Ampeliones. Lege, ἀμπελίδες.

Ampelocarpus, Lappa, uel Aparine, apud Dioscor. lib. 3. cap. 103. Teut. Klebetkraut/Nabelsamen.

Ampeloprasum, sic dictum est, quòd in uineis folio Porri nascitur, ructu graui: nec aliud latinum nomen habet. Dioscor. lib. 2. ca. 167. Teut. Wyld Lauch/ hundts Knobláuch. Porrum uineaceũ.

Ampelos Chironia, id est, uitis nigra, apud Dioscor. lib 4. cap. 195.

ἀμπελολευκή, alba uitis: sic dicta uel à qualitate coloris: uel quòd eius radix cō trita, & corpori infricata, teneriorem & candidiorem reddat cutem. Vulgus Viticellā uocat, Officinæ Bryoniam. Teutonicè, Stickwurtz/Schwesswurtz/ Raßwurtzel/Hundskurbs/Römisch Rüb/Wylder Zittwan/Teufelskyrß.

ἄμπελος ἀγρία, Labrusca, & herba eodem nomine diuersa à Labrusca Wylde Reben/Lynen. Diosc. lib. 4. ca. 193.

Ampelos melana, uitis nigra apud Dioscoridem lib. 4. cap. 195. Schwartzer Hundskürbs.

Ampelitis terra, iuxta Seleuciam Syriæ nascitur. Vidē Diosc. lib. 5. cap. 172.

Amphibia, quæ communem & ambiguam in utroq; elemento, terra scilicet, & aquis uitam degunt. cuiusmodi sunt castores, & id genus quædam alia.

Amphibion, Aloë, apud Diosc. lib. 3. cap. 24.

Amphicaustis. Hordeum montanū.

Amphidoxon, est cuius contrariū frequenter contingere solet.

Amphimerina febris, febris quotidia(na.

ἀμφιμάσχαλος. Vide, Axillæ.

Amphisbęna, gemino capite serpens, hoc est, & ad caput, & ad caudam: tanquàm parum esset uno ore fundi uenenum. Plin. lib. 8. cap. 23. Biceps Ælianus uocat monstrum: altero in cauda corpore, alterutrō q; semper cùm lubet progredi, uel regredi, nunc pro cauda, nunc pro capite utitur.

ἀμφαριστερός, ambidexter.

ἀμφὰς, flos uini.

ἀμφιγυήεις, claudus utroq; pede, epitheton Vulcani.

Amphitheatrica charta, ab confecturę loco sic dicta. Vide Plin. lib. 13. cap. 12.

Ampullata, Artemisia.

ἀμπελόφυτος τόπος, locus uineis cō situs, ab Homero ἀμπελόεσσαν.

Amphora, duas continet urnas, seu octo congios.

Amrion. Lege, Embrion duplex. &c.

Amuletum, idem quod Græcis ἀλεξιτήριον. Lege, ἀλεξητήριον.

Amygdalites, herba ex genere tithymali, à similitudine amygdali latissimis folijs.

Amurca, fordés olei quæ præcedunt: Fraces, quæ sequūtur, Öeltrüßen. Græcè ἀμόργη. Lege ibidem.

ἀμυγδαλῆ nota arbor. Descriptionē, & uaria eius iuuamenta lege apud Dioscoridem lib. 1. cap. 176. Plin. lib. 16. cap. 26. Scrap. cap. 82. Gal. 6. Simplicium.

Amygdalę dictæ, quòd post uiride putamen

tamen multis scateat rimosis scarificationibus.

Amygdaloides, Tithymalus apud Dioscor. lib. 4. cap. 168.

Amylus panis, ex amyla farina factus. ἄμυλον Græci uocāt, Amylum, ex eo, quòd sine mole fiat, atque corrupte hodie officinæ uocāt Amydon. Est & Placentæ genus Amylon. Fit autem Amylum ex triticeo lacte expresso: quum triticū per aliquot dies in aqua purgatum est. Teuton. Krafftmel/ab α, & μύλον, quasi citra molam factum.

Amymita, thuris species et cognomē, alioqui candidum: quod dum molitur, mastichis more digitis cedit.

Amyron, Atractilis apud Dioscorid. lib. 3. cap. 106.

ἀμυχαί, hulcuscula & tubercula liuen

Amythaon, Medicus. Citat (tia. eius epithema quoddam Ætius sermo. 8. cap. 57.

A N

Anabrosis quid sit, lege, Enchymosis.

ἀνάβασις, morborū ascensus: idē quod morbi ipsius augmentum, autor Galenus lib. de temporibus morborum.

ἀναβροχισμός, illaqueatio. ea quomodo tentanda sit in uitijs oculorum, docet Paulus libro. 6. cap. 13. Est autem pilorū in palpebris manualis operatio.

Anacacabea. Lege, Lotos.

ἀνακλάσεις. Vide λογίσματα.

ἀνακάρτικα, perpurgatiua.

Anacollia uocantur, quorū lachryma incommodantes pilos corrigit. Ætius.

Anactorion, Xiphion herbæ apud Dioscor. lib. 4. cap. 23. Teut. Klein Blawer wyld Schwärtel. Lege, Xiphion.

Anactorios, Artemisia apud Dioscoridem libro. 3. cap. 125. Teut. Buck.

ἀνάκοιλα, palpebræ superiores.

ἀνακαθαρτικὰ ἕλκιον, purgatiua ulcerum, uel carcinomatum.

ἀνακολλήματα, adglutinatiua, & siccandi uim habentia medicamenta.

Anadentrides, uites uocantur arbusti

ἀνάδοσις, concocti cibi distra- (uectio, quæ à natiuo calore in totum corpus, eiusque partes, cum propria mutatione & confectione fit, uulgò digestio: fitque cùm nulla neque plenitas, neque ulla etiam cruditas, tàm retrimentorū quàm humorum, siue in uentriculo, siue in intestinis accumulatur. Paulus lib. 1. cap. 16. Gal. lib. 3. de Sympt. causs.

ἀνάδρομον τῆς ὑστέρας, uuluæ strangulationis, uel conuersionis principium & caussa.

Anadendromalache, Althea apud Dioscoridem lib. 3. cap. 164. Teut. Ybisch. Lege, Althea.

ἀναδενδράδες, arbusta.

Anagallis. In Anagallide plurimùm erratur: de quo uide Corollarium Barbari in capitulo Diosc. de Anagallide lib. 2. cap. 198 Plin. lib. 26. cap. 7. Herbarium nostrū Germanicū, Fuchsij item. Teut. Gauchheyl/Colmarkraut.

Anagargarismi sunt, quib. crassas ac tenaces, & spissorum in capite humorum reliquias per palatum exhaurimus. Austric.

Anagallis. Lege, Lacertum.

Anagallis, id est, Ægylis.

Anagallis aquatica. Lege, Lauer.

Anagyris herba quid sit, uide apud Dioscoridem libro. 3. cap. 168.

Anagistis, Anagallidis cognomen.

ἀναγωγή, sanguinis reiectio, Celsus libro. 4. tria eius genera facit.

Analepsia, epilepsiæ species: sic dicta, quòd sacras partes capitis sensu priuet. Gariopontus.

ἀναληπτική, Medicinę pars illa, quam iuniores medici Refectricem appellāt, & qua spiritus & uires refocillantur ne concidant. Gal. in Isagog.

ἀναλέα. Lege, ἐπιληψία.

ἀναλίπος, nudis pedibus. Theocr.

ἀναλογισμός, ratio est, quæ ab euidenti auspicatur, rei obscuræ faciens cognitionem. Galen. comment. in prognostica Hippoc. lib. 1.

ἀνάνθεον, quòd flores non emittit.

Anangelos, Rubus apud Dioscorid. lib.4.cap.147.

ἀναφαλαντίασις, morbus ubi palpebris decidunt pili.

Anaphalis, Gnaphalium apud Dioscoridem libro.3.cap.131.

ἀναφωνήσεις. Vociferationes, inquit Galenus, uocant Phonasti, qua pectus ad exscreandum præparatur, & ad sanitatem conseruandam.

ἀναφώνησις, uocis exercitatio.

Anaphoræ, uerbum è uerbo, scansiones uocantur, siue ut recentioribus placuit, ascensiones Signorum ab oriente, circumactu mundi quotidiano factæ. Quia porrò non ęquales ubiq; Scansiones sunt, sed ex inclinatione cœli uariæ, nunc maiores, nunc minores, mirũ non est, si nonagesima illa pars anaphoræ, ut tam alio tractu porrigat, alio diminuat.

ἀναφόρισις, uocis raucedo, ut placet Paulo Æginetæ.

Anaphystes, Veratrum album, apud Diosc.lib.4.cap.151.

Antirrhinon alia ab Hippoglosso. de qua Diosc.lib.4.cap.134. Teut. Daut/ Cordo.

Anarrhinon, Hippoglossum ipsum apud Diosc.lib.4.cap.133. Teut. Zäpfflinkraut. Lege, Hippoglosson.

ἄναρθρος, male articulatus.

Anas, quasi conscia infirmitatis, quod neq; terræ, neq; aquę suos fœtus credat, iuxta paludes et rigua parturit, et statim à partu aquas petit. Ælianus.

Anatem, præter cætera Græci etiam anilem morbum esse uoluerunt, tanquã morbum annuũ. sicut Senium dicimus morbum Senum. De Anatum uarijs generibus, & earum diuersis nominibus, uide Barbari Coroll.lib.2. de Sanguine: aut si mauis, Iulium Pollucem, ex quibus sua mutuatus est Barbarus.

Anasphoros, Filix, apud Dioscor. lib. 4.cap.196.

Anasteos. Lege, Papauer.

ἀναστομωτικά, apertiua uenarum et spiraculorum.

ἀναστόμωσις, ubi uenarum ora aperiuntur, atq; ubi non frigidæ, sed econtrario calidæ dispositiones procedunt. ueluti cùm multis calidis balneis quispiam, simulatq; terram inhabitat calidam, fueritq; tempus anni eiusmodi, similiter & alimenta quoq;, & potiones. Gal. de Locis affect.lib.4.

Anastomosis, sanguinis reiectio ex uenę ruptura, uel putredine. Lege, Reiectio sanguinis.

ἀναθυμίασις, est stomachi euaporatio, exhalatio seu resolutio, ex fumositate. θυμίαμα enim euaporatio est.

Anatolicon, Volucrium apud Diosc. lib.4.cap.15.

Anatome, siue membrorum dissectio, est speculatio eorum, quæ extrinsecus non uidentur. Sunt autem eius duæ species. Vna, quæ fit arte, & exercitatione. Altera, quę per accidens. Quę uerò per exercitationem & operationẽ, arte quidèm fit à dogmaticis assumpta caussa cõtemplandorum, quę sunt in uiuis, aut in mortuis, uel totius, uel partium. Quę uerò per accidens, in casu & fortuna. ut in uulneratione, læsione ingenti fit. Et hac sola empirici utuntur. Gal. de definit.

Anatomicen uiuentium primi omniũ exercuerunt Hierophylus, & Erisistratus, qui sontes ex carcere uiuos incidebant. De quibus lege Cornelium lib.1.

Anatomice, secandi corporis ars.

De Anatomia uide plura in Celso lib. 8.cap.1 atq; inibi habes ferè compendiũ.

ἀνατροπὴ στομάχου, subuersio stomachi cum uomitu: ubi stomachus quicquid accępit, rursum euomit. Caussa ta ex frigore stomachi. Catatropia uerò, diarrhea est, id est, uentris solutio, non cocti cibi egestio. et fit ex nimietate ciborum.

ἀνατρολόγητος, ab Vitruuio uocatur artis medicinæ imperitus.

Anaxiton, Gnaphalium apud Dioscorid. lib.3.cap.131.

Anaxagoræ discipuli Archelaus physicus,et Euripides poëta.Strabo lib.14.

ἀγκύλη,pars pedis.

Anceps morbus,qui ad salutē,& perniciem ex æquo tendit. Dicitur & periculosus morbus.

Ancethum,syluestris cucumer apud Dioscor.lib cap..4.155.

Ancylas,& Ancylopes,nuncupare solent,articulorum detentiones,originem ad densitatem,obstructionemquē,uel nerualem quampiam extensionem referentes.Paul.lib.4.cap.55.

Anthalion,à Theophrasto malū Anthali,magnitudine & rotunditate mespili,sine nucleo,sine cortice,folijs Cyperi,haud procul à Nylo.Barbar.in Corol.Anthyllidis.

Anchæus,medici nomen.Citatur ab Plinio lib.28.cap.1.

ἄγχιλωψ,idē apostema cū αἰγίλωπα,sed quod priusq̄ diruptum est exhulceratur.Non à capris tunc dictum,sed,ut in definitionibus inquit Galenus,quòd propè oculum oriatur.ἄγχι enim Græcis ad uerbum est.Miscentur tamen & hodiè appellationes hæ.

Anchinū mel,quod ex solis floribus constat,in uere collectum.

ἄγκιστρον,hamus,chirurgicum instrumentum,quo ea,quę in cruorem incidenrunt,extrahuntur.Vtitur eo Paulus libro.6.cap.24.

Anchracosis,maligna oculi exulceratio,quæ interdum perambulat,Celsus uocat Carbunculum.

Anchrusa apud Dioscor.lib.4.cap.26.

Anchusa,Lycopsis,apud Dioscorid.lib.4.cap.29.

Anchusa Libyca,apud Dioscor.libro 4.cap.26.

ἀγκυλοχῆλαι,qui sunt ungulis incur-

Ancile,incisio est tendinū circa uis.

collum,uel articulos,propter quam impeditur functio.Gale.de Definit.

ἀγκών,locus ubi ossa brachij componuntur,latinè cubitus,uel cubitum.

ἀγκωνύνια,faui apum.

Ancteras nominant colli portiones,quibus maximè præuocationis occasio est.Sunt & Græcis fibulæ quibus uulnera glutinantur,Ancteræ.

Ancus,qui aduncum brachiū habet.

Ancurisma,uinosi uasis eneruatio,uel spiritalis materiæ ablatio,per diapesin solutæ.

ἀγκυλοβλέφαρος,abscessus quo palpebræ cōalescunt,apeririq̄ oculus non potest.Lege,Ægilops.

ἀγκυλοχείλης uocatur,qui labra habet recurua.

ἀγκυλόγλωσσον,uitium linguæ,ut inquit Paulus lib.6.cap.29.aut congenitum,adstricta lingua infanti,membranulis quibusdam duriusculis & breuioribus;aut agnatum,id est,accidentariū,cùm hulcus sub lingua cicatricem duriorem obduxit.Est autem uinculum neruosum,quod Filum uulgò uocant.Eximitur instrumento quod ἀγκυλότομον uocant.

Ancylops.Lege,Ægilops.

ἀγκυλότομον,instrumentum quo linguæ uitium emendatur,quod ἀγκυλόγλωσσον uocant.

ἄνδηρα,florum,uel rosarum fastigia,apud Theocrit.Idil.δ.πρὸς ῥόδα τῶν ἀν δ[illegible] παρ' αἵμασι πεφύκει.

ἀνδράχνη,Portulaca.Burtzel/Sawbon,quasi porcellorum herba.

Andraciden opinor medicum fuisse,sic enim scripsit ad Alexandrum.Vinū potaturus ô Rex,memento te bibere sanguinem terræ.Sicuti enim cicuta homini uenenum est,sic cicutæ uinū.Quibus præceptis si ille obtemperasset,profecto amicos in temulentia non interemisset.Hæc Plin.lib.14.cap.5.& Platina de honesta uoluptate.

ἀνδραποδοκάπηλος,mancipiorum uenditor & explorator,apud Gal.lib.1.de usu partium corporis humani.

Andrachne,Portulaca est.Diosc.lib.2.cap.138.Teut.Burtzelkraut/Burgel/

Gewburtzel/Gtenfel. Trago.

Andreas Chius herbarum ſcriptor: ei us meminit Dioſcor.lib.1.

Andreas, medicus, citatur ſubinde à Plin.lib.22.cap.23.& alias. Meminit & Dioſc. Andreæ cuiuſdam herbarij ſcriptoris.

Anchuſa,herba: radicem habet digiti craſſitudine,quę ſciſſa papyri modo,manum ſanguineo inficit colore: apta tingendis lanis precioſioribus coloribus. Medetur item inprimis leprę,& lentigini illita.

ἀνδρίον,homunculus.

Andromedę oſſa Romę apportata ex oppido Ioppe,oſtendit inter miracula Scaurus, longitudine dedum quadraginta,altitudine coſtarum Indicos elephantos excedente: ſpinæ craſſitudine, ſeſquipedali.Plin.lib.9.cap.5.

Andromachus Cretenſis,doctus & elegans medicus, autor nobilis antidoti, quæ inſcribitur Theriaca,de quo ſic Galenus lib.de Theriaca ad Piſonem. Andromachus artem non modò rerum experientia probè calluit,uerùmetiam ſermonis elegantia,rationem in ipſa probè exercuit: forſitan patria quoq; nonnihil ad medicinam exquiſitè diſcendam uirtū opitulante.Cretenſis ſiquidèm fuit natione:ac uериſimile eſt, illiuſmodi uirum, ut plæraſq; alias herbas,ita etiam unum quodq; medicamentum ſalutare hominibus,ex regione ipſius importaſſe.

Andromachus ſcripſit libros Therapeutice:plęraq; etiam compoſuit, quę ei us nomine apud Galenum celebrātur, in libris,quos inſcripſit,Memiri.

Andronici,meminit Galenus in libro qui inſcribitur,Quod corporis temperamentum,animi mores ſequantur.

Androſace,apud Dioſc.lib.3.cap.151. Teut.Seiden/Filtzkraut.

Androſæmon, priuata herba, alia ab ea,cuius in cap.172.lib.3.Dioſc.fit mentio. Vide de hoc cap.174. Teuto. Kunrath.Androſęmon dicta, quòd aut floribus, aut coma tritis, hominis ſanguinem referat.

Androſęmon, Hypericum apud Dioſcor.lib.3,cap.172.Lege,Hypericum.

Androſæmon, Ruta ſylueſtris, apud Dioſcor.lib.3.cap.51.

Aneciaton,Anagallis Romana.

Anemone quid reuera ſit, lege apud Dioſcor.lib.2.cap.195. & inibi Barbari Corollarium. Item Herbarium noſtrū Germanicū.Trago,Mergenröſlin.

Anemoſphorus,Bunium,apud Dioſcor.lib.4.cap.125.

ἀνηρειτικὰ,mortifera.

ἀνισοταχῦς,pulſus uocatur à Medicis, qui cùm non perſeuerat continuus, interciſus celeritate tranſit in tarditatem: aut ediuerſo. Sonat autem,ſi interpreteris,inęquiuelox.

ἀναισθησία,uellicantium etiam inſenſibilitas. Anethū,culinis aniſi modò gratum,de qua Dioſc.lib.3.cap.65.Teuto. Dyll/Hochkraut.

ἀνεύρισμα,tumor arteriæ præcluſę,ex ſanguine & ſpiritu cauſſam trahens. Fit autem, cùm uulnerata arteria, pellis nō ſuperinducitur, ſed ſerpit iterum materia,ac repit eodem.

ἀναιρετικὸς,uenenatus,intoxicatus.

ἀγγειολογία, uenarum & uaſorum exemptio.de qua uide Paulum lib.6.ca.5.

ἀγγεῖον χυτήριον,uas fœtum conſeruans.Sic à Galeno deſcribitur uulua.

Angelica,radix S.Spiritus.Teut. Angelick/oder Bruſtwurtz/des Heyligen geyſts wurtz.

Angeronæ deę ſacra,à Romanis inſtituta.quia Anginæ animalium morbo credita eſt mederi poſſe.

Angina,eſt morbus circa collum, aut fauces acutus,moleſtusq;: ut qui ſuffocando laborantem conficit. Vel ſic. Angina eſt phlegmone, quæ in exteriorib. colli partibus incidit,adeò,ut hæ partes intumeſcant: interioribus autem, quæ faucibus adiacent,dolor ineſt,ſic, ut ſpirandi inſtrumenta compatiantur, difficulterq;

culterq; ſpirent. Gal. de Definit. Hippocrates uerò lib. Præſagiorum, Anginæ nomine uidet appellare appellationes quaslibet in faucibus ſeſe oſtentantes, quas & ſpirandi cōſequitur difficultas. Quatuor à medicis eius ſpecies diſtinguuntur. Prima, ubi fauces inflammantur. Fauces intelligo locū oris internū, in quo ſimul cōeūt gulæ & gutturis partes extremæ. Altera, cùm nec fauces, nequè oris portio ulla, aut quid extimū cernitur inflammatū, ſuffocationis tamen in gutturę periculum ſeſe promit. Tertia, ubi extrinſecus in faucium ambitu oſtentatur inflāmatio. Vltima, ubi tùm extima, tùm intima gutturis afficiuntur.

Anguillæ, octonis uiuunt ānis: exanimes, piſcium ſolæ nō fluitant. Plinius lib. 9. cap. 21.

Anguineū cucumerem, multi eſſe arbitrantur cucumerem ſylueſtrem, qui erraticus uocat: ex quo fit medicamentum, quod Elaterium appellant, ſucco expreſſo ex ſemine: nec ullum ex medicamentis longiore æuo durat. Ānis ducentis ſeruatū eſſe autor eſt Theophraſtus. Columel. lib. 7. cap. 10.

Anguſtus pulſus, Lege, Pulſuum differentiæ.

ἀγκτῆρες, fibulæ, quibus uulnera ſuuntur. Gal. 3. Method.

ἀγγλίτες, τὰ μύξια τὸ σκοράδα τῆς κεφαλῆς.

Anima ſecundum Stoicos, eſt corpus ex ſubtiliſſimis partibus conſtans, quæ uoluntario ſe motu exercet iuxta rationem geniturę. Vel, Anima eſt actus primus, & perfectus corporis organici, poteſtate uitam habentis, ſecundùm Ariſtot. ſententiam. Gal. de Definit.

Animal eſt ſubſtantia animata, ſenſoria, quæ impetu ac uoluntate mouetur. Conſtat autem calido & ſicco, frigido & humido.

Animalia omnia habēt́a pulmonem, reſpirant. Ariſtot. de Animal. lib. 1. ca. 1.

Animalia cruſtis intecta, nomine communi. Ariſtot. lib. 1. de natura animal. cap. 6.

Animalium uarias differentias, uide apud Ariſt. de hiſtoria Animalium. lib. primo, cap. 1.

Animalium partes. Lege, Similares.

Animi pars princeps, quæ regit, gubernatq;, in profundo cerebri cōſtituta.

Animā Bitinus Aſclepiades eſſe pronunciauit, exercitationē quinq; ſenſuū.

Anicetum, Anethum apud Dioſc. lib. tertio, cap. 65.

Aniceton, Smilax aſpera, apud Dioſc. lib. 4. cap. 145.

Anicetum, item aliquib. Aniſum, obſonij genus, ἀνάκητον, inuictum, inuincibile.

Aniſum, nota herba, de qua Dioſcorides lib. 3. cap. 63. Teut. Eniß.

ἀνώδυνα φάρμακα uocantur, id eſt, indolentia: quoniam dolorem quidèm ſedant, non tamen diſpoſitiones penitus ſanant, ſed uim ſentiendi obtorpeſcere faciunt. Galenus lib. 2. ad Glauconem.

Anomiomeros, corpus diſſimilare.

Anonis, aculeatorum generis herba, apud Dioſcor. lib. 3. cap. 20. Ononis, aliâs, Arcutella, Reſta bouis, Remora aratri. Teuto. Hawhäckel/Stallkraut. Wychſen/Stachdorn. Vide Ononis.

Anonis uocata, à non iuuando. nam nullo iuuamine pollet, imò aratoribus inimica, fruges opprimit, ſuisq; aculeis nocet.

Anonium, Vrtica mortua.

Anonymos, quę & Enonymos, quod item Hermolao non diſplicet, non abſimile Punicæ arbori, interq; eam & Laurum, folij magnitudine, figura uerò & mollicie Punicæ flore candidior eſt, ſtatim peſtē denuncians. Plin. lib. 13. ca. 22.

ἀνορεξία, morbus, cùm omnia reſpuit ſtomachus, uel inappetentia, amiſsio appetitus, & auerſio à cibo.

ἄνοσος, morbo carens.

ἀνόστος, Polypus piſcis apud Heſiodū.

Anſatum, feſtiuiter Plautus appellat homi-

hominem, qui brachijs in ſpeciem anſarum deformatis, glorioſus inambulat.

Anſeres. Plinius lib. 10. cap. 22.

Anſeres σιτευτοί, id eſt, altiles, depaſti, ſaginati.

Antema, malua hortẽſis: quod nomen Pythagoras illi indidiſſe fertur.

Antepagmata, ualuarum ornamenta, quæ antibus adpinguntur, id eſt, affiguntur.

ἀνθηνοειδής, Gallica, Meſpili ſpecies, autore Theodoro.

ἀνθέμιον, herba Gith.

ἀνθηδόν, Meſpili ſpecies.

Anthemis, cognomentũ Argemonis.

Anthemum, Parthenium, apud Dioſcor. lib. 3. cap. 156.

Anthemis, Anthyllis, apud Dioſcor. lib. 3. cap. 154. Tanacetum, Reynfar.

Anthemis, Chamæmelon latinè, Camomilla officinis, Teut. Camillen.

ἀνθεμις, Chamomilla, Teuto. Acker Chamillen.

Anthera, confectio ex floribus, ni fallor, roſmarini, uel roſarum.

Anthera. De hac uerba ſunt Manardi Ferrarienſis lib. 4.

ἀνθερεὼν, locus ſub mento qui barba ueſtitur & effloreſcit: ſic dictus ab flore barbæ, quôd ibi maximè uigeat. Homero dicitur, περὶ ὃν ἀνθεῖ τὸ γένειον.

ἀνθέρικος ὁ τῆς ἀσφοδέλου καρπός ἧς τὰ φύλλα ὡς πράσου ἀγρίου, μείζω δὲ καὶ πλατύτερα, ὁ δὲ καυλὸς ἀνθέριξ καλεῖται ὅσον πηχυαῖος ὢν μείζων. Autor Theophraſtus. Alij aliter. Vide Theocriti commentarium in Edyllio primo.

Antheroma, tunicula aſt neruoſa, tuberoſum humorem habens.

ἀνθέριξ. Lege, ἀνθερικός.

Anthericos, Anteriſtos, idem quod Aſphodelus, uel Haſtula regia.

Anthilia piſcis, quare dictus ſit ſacer apud Homerum, require ex Cælio lib. 7. cap. 12.

Anthus, latinè florus aquatilis auis. Ælianus autor.

Anthia piſcis. Plin. lib. 9. cap. 59.

ἀντιβαλλόμενα, id eſt, æqualem uirtutem habentia: quæ noſtræ ætatis medici, Quid uocant pro Quo.

Anchilion, Auricula muris, apud Dioſcor. lib. 2. cap. 203.

Anthinum mel, quod ex ſolis floribus conſtat in Vere collectum.

Anthinum unguentum, intelligi poteſt omne quod ex floribus conſtat, lilio ſcilicet, roſa, narciſſo, uel iride.

Anthyllis, apud Dioſc. lib. 3. cap. 154. Teut. Reynfar. Tanacetum latinè.

Anthus. Citatur eius uiride Acopon ab Aëtio ſermone. 12. cap. 44.

ἄνθος, flos, & florus auis, teſte Theod.

ἀνθοσμίας, uinum odoriferum, ſiue odoratum.

Anthracides, Lege, Mænas.

Anthrax, ſiue uena minij, Queckſylberertz.

ἄνθραξ, carbo.

Anthracinus color, ab antiquis uocatur Ater.

Anthrax, Sacer ignis.

ἀνθρήνιον, fauus apum.

Anthrenæ, crabrones.

ἀνθρωπή, uel ἀνθρωπεῖν, pellis humana

Anthropomorphon, mandragora, apud Dioſc. lib. 4. cap. 79.

Anthycellion, & Anthyllis, apud Dioſc. lib. 3. cap. 154. Vide iſthic Barbarũ.

Anthyllion, Anthyllis, ibi.

Anthyllis quid ſit, ibi.

Antiades, quæ prominent carnes ab lateribus linguæ, ubi & pariſtmia. Subiacent rubedine quidèm conſimiles, uerùm auctiores, orbiculatioresq́;, quæ dicuntur μῆλα, id eſt, mala. Sunt & ἀντιάδες tonſillæ, duri tumoris, incremento, duricieq́; ſua, cibi, potusq́;, & ſpiritus iter impedientes. Vocaturq́; eodem nomine & morbus, & membrum cui accidit, ut inquit Paul. Ægineta.

ἀντιαγχὴ. Lege, συναγχὴ.

ἀντίας τῶν παρισθμίων, hoc eſt, tonſillarum durus tumor.

Antiades, tonſillæ.

Anticanthacos, Liliũ ſylueſtre, apud Dioſcorid. lib. 3. cap. 138. Teut. Weiſſʒ Dornungs blůmen.

Anticipantes, febrium figuræ uocantur, ubi febris ipſa horas anticipat.

ἀντικνήμιον, id eſt, cruris uniuerſi pars anterior.

ἀντικάρδιον, concauitas pectoris, quę & σφαγὴ καὶ ὑποχόνδριον uocatur.

ἀντίχειρ, id eſt, pollex.

Anticyricon, Seſamoides, apud Dioſcor. lib. 4. cap. 153.

Antidota uocantur, non ut falsô exiſtimant quidam, malorum omnium remedia, ſed quæ contra uenena ſolùm priuatim in uſu eſſent: quale laudatiſsimum quondam Mithridaticum fuit. Vnde

Antidotos uocabant ueteres, facultates quibus morbis ſuccurrebant, non quę extrinſecus apponebantur, ſed quę intro in corpus ſumerentur. Quarũ tres enumerant differentias. Quædam enim lœtalium medicamentorum gratia offeruntur. Quædam propter feras, ictu, morſuúe uirus iaculantes. Quædam uerò affectionibus quæ ex prauę uictus ratione proueniunt. Paulus lib. 7. ca. 11.

Antidotus ex uiperis, id eſt, Theriaca, Græcè ἀντίδοτον.

Antidotus Aromatica, optima apud Aetium ſermone. 13. cap. 103.

Antidotus Athanaſia, inuentum olim Ægyptiorum, paratur apud Aetium ſerm. 13. cap. 105.

Antydotus diſpoſynos, celebratur in fluxione alui. apud Aetium ſermone. 9. cap. 37.

Antidotum Hęmagogum, Electuarium ducens ſanguinem menſtruum: & deſcribitur ab Nicolao.

Antidotus Iſotheos, ex Bryonia, Philonis, Mattiani, Hadriani, Acheriſtos.

Antidotus Panchreſtus, ab omnimoda utilitate ſic appellata, apud Aetium ſermone. 8. cap. 65.

Antidotus Peonia, quę ſit, & quomodo conficiat, require ex Aetio, ſermone 13. cap. 102.

Antidotus ex duobus piperis generibus, cõficitur apud Aetiũ ſer. 13. ca. 104.

Antidotus Zopyrios appellata, pręſens remedium colicorum, apud Aetium, ſermone. 9. cap. 30.

Antilius Medicus, citatur ab Oribaſio lib. 2.

Antimaton, Græcum ſit, an Hebræum, ingenuè fateor me neſcire. Nicolaus interpretatur, contra mortem. Lege eius Antidotarium. Nec dubito, quin qui compoſita illa lepidiſsima ſcilicet, ad aſtra ferũt, ne ipſi quoque ἔτυμα rectè nouerint terminorum ſuorum.

Antimelon, Mandragora, apud Dioſcoridem lib. 4. cap. 79.

Antimnion, uel Antimion. Ibid.

Antiochi Medici ſenectã, & dietam, lege apud Galenum de Valetudine tuenda, lib. 5. fol. 189.

Antipater, Medicam artẽ Romæ profeſſus eſt, non ſine laude, etiam Galenô illi calculum adijciente: quem miro modo ſe dicit à febre liberaſſe, de Locis affectis libro. 4. cap. ultimo. Scripſit libros Epiſtolarum medicinalium ad Gallũ, ut inquit Cælius Aurelianus.

ἀντιπαθεία, frequens Galeno uocabulum, ad uerbũ ſonat, contra paſsionem.

Antipathes, Corallij generis, ſpecie tantùm diſtans, ut inquit Dioſcor. libro 5. cap. 131.

Antipharmacum, id eſt, Antidotum.

Antirrhinon Dioſcor. lib. 4. cap. 134. Teut. Orant / Kalbsmaul / Streichkraut / Sterckkraut / Kleyberkraut.

Antirrhinon alia ab Hippogloſſo. ut ibid. Dioſc.

Antiſpodion, præparatur apud Dioſcoridem lib. 5. cap. 77.

Antiſpaſis, ſecundùm Hippocratem, eſt auerſio materiæ morbi in contrariũ.

Antithesion, Xanthion, uel Lappa, apud Dioſcoridem lib. 4. cap. 139.

Antiſtius, olim Romę celebris Medicus, qui Cæſari iamiam uulnerato adhibitus,

bitus, nullum uulnus ab aduersarijs inflictum lethale indicauit, præterquàm quod haberet in pectore. Meminit Sueton. in Cæsare Iulio.

ἀντίτραγον. Vide, τράγος.

Antonius Musa, Augusti Cæsaris Medicus, & frater Iubæ Regis, ut adserit Plin. lib. 25. cap. 7. Themisonis imitator, cuius pleraq; etiam in sua transtulit, ut idem scribit.

Antonius Guanerius, Sanctus Pisaurensis, Benedictus Musinus, Apollinaris Cremonensis, Ioannes Horologius Paduanus, omnes ferè sub Eugenio. 4. & Francisco Sphortia Commentarios, & Practicas, ut uocant, reliquerunt.

Antonio Castori, ut inquit Plinius, in Herbaria autoritas fuit nostro æuo. Hortum enim plantauerat, in quo omnis generis herbas alebat. Centesimum ætatis suæ annum excedens, nullum corporis malum expertus est, nec ætate quidem memoria, aut uigore concussis. Plinius lib. 25. cap. 2.

Antonius Epicurus scripsit de propriorum affectuum ἰφιδ' ρὰκ, cui simili uolumine respondit Galenus, quem nuncupauit, de Propriorum animi, eiusque affectuum agnitione, & remedio.

Miræ experientiæ, & cùm hoc fortunatissimus Medicus Antonius Beniuentinus. Huius hodiè extat de abditis, ac mirandis morborum, ac sanationum caussis liber.

Antopyrites, panis, idem quod αὐτόπυρος.

Antyllus, insignis Chirurgicus, citatur ab Paulo lib. 6. & frequenter etiam ab Galeno.

Anubias, Coniza, apud Dioscoridem lib. 3. cap. 135.

Anus, Podex. Vide, Porus.

Anxietudo quid sit, require in dictione ἀλυσμὸν.

Anxios, ægros animaduertimus, qui accubitum non perferentes, figuras euariāt, quia semper præsens aggrauat eos.

Aparina, Xanthion, uel Lappa, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 139.

Apagma, est ossis præcisio in superficie apparens, uel ad imum pertingens, descendensue, in partibus ruptioni appositis. Gal. de Definit.

ἁπαλὸν ὠὸν, molle ouum.

Apanthropos, Stafisagria, apud Dioscor. lib. 4. cap. 158.

Aparine, Lappa uulgaris, & cognitu, & inuentu facilis, describitur ab Diosc. lib. 3. cap. 103. Kletten / Nabelsamen. Ob id Omphalocarpos uocata. Klebkraut item dicta, quòd uestibus prætereuntium hæreat.

Aparine, Arction, apud Diosc. libro 4. cap. 108.

ἀπάθεια, perpetua ualetudo.

Apalon uinum, id est, tenerum.

ἀπάρτι, & apud autores Atticos, & apud Hippocrat. pro ἀπηρτισμένως καὶ ἀκριβῶς, id est, exquisitè & absolutè accipitur. Gal. lib. 2. de ratione uictus.

ἀπήχημα, ubi quasi echo responsio resilit quædam. Ea est, ut inquiunt Græci, à contraria ictus parte facta caluę fractura, seu fissio. De qua Celsus lib. 8. cap. 4. Æginetalib. 6. Chirurgiæ. Lege, Fracturarum ossium.

Apella, græcè λειπόδερμος, qui in genitali glande cutem nō habet, ut Iudęi, à præputio præfecto.

Apepsia stomachi, id est, cruditas.

ἀπευθυσμένον, rectum intestinū, quod Longaonem uocant: quodq; Pollux. 2. Onomastici sui dixit, crassiori intestino, quod Græci κῶλον dicunt, subesse, excipereque illud, & in sedem, & in anum desinere.

ἄποιος, uel ἄποιον ὕδωρ, quasi sequalis, id est, qualitate omni carens, quæ nihil odoris, coloris ue, aut stuporis habet, & friget.

Aphaca, in aruis nascitur, altior lenticula, tenuioribus folijs. Siliquas maiores fert, in quibus, terna, quaternaue semina lente minora continentur. Teut.

Deckenwick/S. Chriſtoffelskraut. Os mundi,latinè. Differt ab Aphaica, quæ olus eſt,ut item Aphaca, florem edens cũ germine. Differt & ab Apharca,quæ arbor eſt Vnedoni ſimilis. Theophraſtus Aphacam modò inter legumina, modò inter olera commemorat lib.8.cap.2. Meminit & Plinius libr.27. cap.5. Dioſcor.lib.2.cap.165.

Aphaica. Lege, Aphaca.

Apharce, arbor biſera, æquè quoquè Adrachne. Plin.lib.13.cap.22.

ἀφασία, taciturnitas, defectio uocis, ſtupor, cùm quis non poteſt loqui. ab α, & φημί.

ἀφὴ, tactus ille propriè, qui facit διαστολὴ. Rectius uocaueris Tactum, ſimpliciter.

ἀφύη, Apina, piſcis genus, deſcribitur ab Athæneo in Nicomedis ἀφύη lib.1. Gymnoſophiſtarum.

ἀφήμων in Dioſcoride Caſiæ legitur eius altera ſpecies: quàmquam Vergil. in ibi legendum exiſtimat, ἀμφυσήμων. ob eam fortaſsè cauſſam, quòd tenui, & diſrupto eius cortice, tiliarum & fiſtularũ more inflare nõ poterat: id enim φυσᾶν Græci dicunt, & φυσιτήρια αὐλοῖς, id eſt, tilias uocant.

Aphenium. Lege, Caſia.

ἀφέψημα, decoctum omne, quicquid id eſt.

Aphia. Lege, Aphaca.

ἀφλεγμάντοις τραπεζαις, id eſt, menſis non tumefacientibus.

Aphonia, uocis priuatio.

Aphrodes, id eſt, Papauer ſpumeum, apud Dioſcor.lib.4.cap.70.

Aphrodytes, Cotyledon, apud Dioſcor.lib.4.cap.93.

Aphrogala, idem quod cremor lactis.

Aphron, cicuta apud Dioſc.li.4.ca.82.

Aphroſcorodon, genus allij grandioris incrementi: quòd quidam Vlpicum uocant. à ſpuma ſic dictum, à noſtris Allium putridum uocari conſueuit, ſed crudum, inter pulmentaria ruris, quę Myttota appellant, allio trito in oleo & aceto utuntur: ut mirùm ſit, quantùm increſcat ſpuma.

ἀφροσιδία, Acori cognomentum.

ἄφθα, hulcus, quod pueris accidit in ore, modò ſubalbidum, modò ſubrubeũ, nonnunquàm uelut cruſta nigrũ. Quod tamen ſi fuerit nigrum, peſsimum eſt. Paulus Ægineta lib.1. Gal. in Definit.

Aphthitis, ſemen Buphthalmi, apud Dioſc.lib.3.cap.157.

Aphus, piſcis. Plin.lib.9.cap.16.

Aphytocoræ arbores, quæ ſuccinum ſtillant, apud Hypobarum Indiæ fluuium. de quib. lege Pli.lib.37.cap.2. à fine.

ἀφύδρωσις, ſudorum affectio cõtraria.

Apianæ uuæ. Plinius. Apianis uuis apes dedere cognomen, præcipuè earum auidæ. meminit earum Col.lib.3.cap.2.

Apiaſtrum, Meliſsiphyllon, apud Dioſco.libro.3.cap.117. Ab apibus nomen ſortitum: quòd eius flore apes mirum in modum gaudeãt. Teut. Müterkraut/ Hertzkraut/ Frawenkraut/ Ymmenblatt/ Pfaffenkraut.

Apiaſtrum & ſylueſtre Apiũ, uel Batrachium, ſecundùm quoſdam.

Apium ſylueſtre, Ranunculus, Batrachium idem.

ἀπίκια πλακούντων γένη πολλὰ, ab Apicio plantarum genus ſic nuncupatum: ut ſcribit lib.1. Dipnoſophiſtarum Athenæus.

Apiciani dicti ſunt Romæ ab Apicio coco: qui inſignes habeantur coci, quadam philoſophorum imagine, ut inquit Septimius Florus.

Apices, ſtamina ſunt, quæ ueluti filamenta ab intimo floris ſinu proſiliunt: habent autem in ſummo quidpiam craſſiuſculi: à qua ſimilitudine nomen accæperunt.

Apica, ouis quę uentrẽ glabrũ habet.

Apicij θυττάας & luxum, require etiã apud Athenęum lib.1. Dipnoſoph.

Apicius. De hoc ſic Atheneæus. Noſtra memoria uixit, inquit, qui in ea urbe, ex

be, ex qua aliquando Philoſophi, uelut corruptores iuuentutis abire iuſsi ſunt, ſcientiam propriè profeſſus, diſciplina ſua ſeculum infecit: cuius exitum noſſe operepreciumeſt. Cùm ſeſtertium milli ès in culinâ congeſsiſſet, cùm tot congi‐ària Principum, & ingens Capitolij ue‐ctigal ſingulis comeſſationib. hauſiſſet, ære alieno oppreſſus, rationes ſuas tunc primùm coâctus inſpexit: ſuperfuturū ſibi ſeſtertium centies computauit: & ue lut in ultima fame uicturus, in ſeſtertia centies ſi uixiſſet, ueneno uitam finijt. Meminit & Seneca Epiſtolarum libr. 15. Et de Apicio ſcitu digna, lege apud Cęlium, lib. 5. cap. 3.

ἄπιον, quòd qualitatis expers eſt.

Apios, Radix ſylueſtris eſt, Dioſco. li. 4. cap. 187. Trago, Erdtnuſſz/ Sawbrot/ Grundeychelen/ Grundbyren/ Erdmandelen/ Erdfeigen/ ſchwartz Rüben / oder ſchwartz Rettich. De hoc lege, Cyclaminos. Eſt autem Api‐um domeſticum, aliud ab hoc Apio.

Apis, ægyptius bos, cuius deſcriptio‐nem uide apud Plinium, libro octauo, capite. 46.

Apium, apud Dioſco. lib. 3. ca. 72. Pli‐nium libro. 20. cap. 11. libro item. 19. cap. 7. 8. Columellam libro. 12. Teutonicè, Eppſſich.

Apium, Græci σέλινον uocant. Home rus, ἐλεόθρεπτον σέλινον cognominat, quaſi paludoſis enatum lætius exurgat. Ruel. Teut. Garten Epff.

Apium hortulanum, Petroſelinon, ſe‐cundùm Manardum.

Apium in ſaxis, Petroſelinum Mace‐donicum, apud Dioſco. lib. 3. cap. 75.

Apium Ruſticū, Ambroſia apud Dio ſcoridem lib. 3. cap. 127.

Apium item Ruſticum, Eleoſelinon, apud Dioſcor. lib. 3. cap. 73.

Apium Eleotrepton Homerus uoca‐uit, hoc eſt, paluſtre Apium, uel Eleoſe‐linon. de quo uide apud Dioſcoridem li bro. 3. cap. 73.

Aplophyllon, Alyſſon apud Dioſco. libro. 3. cap. 104.

Apluda, furfur.

ἄπνοια, ubi prorſus nulla, ut aſpiranti‐bus ei detur, fit ſpiritus exhalatio: atq; fe rè fit in morbo comitiali, ἀποπληξία, καὶ καταλήψια, & ſopore.

ἀπόβρεγμα, id quod uulgò hodie uocāt infuſionem myropolæ, medici barbari. De quo uide dictionem, Dilutum.

ἀπόχημα, ubi quaſi echo reſponſio reſi lit quædam: ea eſt, ut inquiunt Græci, à contraria ictus parte facta caulua fractu ra, ſeu fiſsio. De quo Celſus lib. 8. cap. 4. Ægineta lib. 6. Chirurgiæ.

Apochyma, à Paulo Hypochyma. Le ge, Zopiſſa.

Apochyma, reſina nauium.

ἀποκρουστικὰ, repercuſsiua.

Apocynon apud Dioſc. lib. 4. cap. 84. Hundstödl/ wylder Köl.

Apodes, aues quæ carent uſu pedum. Ab alijs Cypſeli appellati, hyrundinū ſpecie, toto mari cernuntur. Pli. li. 10. ca. 39. Pſellus in li. de Victus ratione, Tro‐glitas uocat, quia in foraminib. & cauis ferè latitent.

Apodyteriū, circa balneum locus, ubi balneatores ſe expoliabant. Pli. in Epi.

Apodyſterium, ſuperpoſitum eſt ſphe riſterio.

Apogei, uenti ſunt etiā qui à terra con ſurgunt, non quidem ſemper, aut quali‐bet, ſed ex madida & uliginoſa, nam qui è mari ueniunt per ſinus, Encolpiæ uo‐cantur Ariſtoteli. Vocantur & ijdem Tropęi, in Proble. Proble. 17. Verſari‐os exponunt interpretes.

Apogeon. Vide, Abſides.

ἀπογλουτοι, id eſt, nates. Sed & promi nentia in eiſdem locis, eodem cenſentur nomine, quæ & Ephredrana dicuntur, à ſedendi uſu.

Apoleguſa, cicuta apud Dioſc. li. 4. ca. 82. ἀπολεπτεθεὶς, deartuatus.

Apollinaris, Schyerling.

Apollinaris herba, id eſt, Hyoſcya‐

 mus,

mus, Bylsenkraut/Sawbonen/Schlaffkraut/Dollkraut.. Diosc.li.4.c.72.

Apollinaris minor, Solanum somniferum. Diosc.lib.4.cap.76.

Apollodorus, medicus Ptolomęi Regis: scripsit uolumen de uino, & usu eius, ad regem. Plin.lib.14.cap.7. Fuerũt autem Appollodori duo; ut etiam alibi testatur Plinius lib.20.cap.4.

Apolloniades, Medicus: citatur ab Aetio, sermone.8.cap.48.

Apollonij duo fuerunt, pater & filius, Serapionis sectatores, & asseclę. Celsus lib.1. Galenus libro Sectarum.

Apollonius Glaucus dedit libros curationum, quæ citantur ab Aureliano lib.4.cap.8.

Apollonius Citiensis, Medicus, citatur ab Cælio Aureliano lib.1.

ἀπουλωτικὰ, quæ ad cicatricem perdu- (cunt.

Apomel, Græci ex ablutis ex aqua fauis crementum uocant.

Apomeli, inter mulsam, et oxymel medium est, cuius plurimus circa Peloponnesum est usus: ut ait Gal.8. Method.

Apomelitis compositionem, Lege apud Gal.4. de ualet.tuenda.

Apona, remedia sunt, quæ non solùm morbum adimunt, sed citra etiam dolorem medentur.

ἀπονευρώσεις, eneruationes musculorum: atq; sic tendones uocat Galen. lib. de Motibus musculorum; quoniam musculi in his finiuntur.

ἄπονος, sine morbo.

Apophlegmatismi, uocãtur remedia, quæ in ore retenta, uel manducata, aut certè linguæ subdita, noxios quosq; capitis humores detrahunt, atq; expurgant. Nostri Masticatoria uocant.

ἀποφλεγματίζειν, est propriè retento in ore aliquid, uel commanducato, uelu ti sinapi, uel stafisagria, pituitas capitis per os ducere. Inde ἀποφλεγματισμός.

Apophyades, apud Aristotelem sunt intestinorum appẽdices. Sed & Ecphyades dicuntur aliquando.

ἀποφύσεις, uocantur curuæ explanationes ossium radij, & ulnæ quæ carpo inferuntur. Vocantur autem aliquando & capita, κονδύλοι: autore Gal.lib.2. de usu partium.

Apoplexia, morbus est obstupidæ mẽtis, & intellectus, cum insensibilitate & concussione corporis. Vel mentis oppressio, cum priuatione sensuum, & corporis resolutione. Fit interdum ictu fulminis. Aliquando ex opplentibus crassis humoribus capitis partes, per quas in totum corpus sensus & motus distribuitur: ideoq; sine sensu, sine uoce, et mo tu sunt. Differunt autem Apoplexia, & Paraplexia, uelut pars à suo toto. Qui enim Apoplexia laborãt, in toto & parte laborãt: qui autem Paraplexia, in parte tantum. Gal. Definit.

Apopleumonos, magicè Scammonia, apud Dioscor.lib.4.cap.182.

Apoptosis, cùm pili palbebrarum de- (cidunt.

Apopatoma, fimus.

ἀποπλήττω, significat esse attonitum, corporeq; & mente stupentem. Hinc dicta ἀποπληξία.

ἀπώρατα, quæ non durantur, nec con solidantur.

Aposceparnismos, ossis eiusdem abscisio cum uulnere. Gal. de Definit. Lege, Fracturarũ ossium. σκεπάρνον Grę ci eam securam significant, cuius ictu grauiore dissecta ossa dissiliunt.

ἀποσισυλημένος τὴν χαίτην, caluus. Pol. Apospasmata, id est, auulsiones. Apostematis quoq; species est, sed cuius nomen nunc non succurrit, ubi phlegmoni harena ĩnascitur, ligna, carbones, amurca, fęces, setæ porcinæ, calculi, quisquiliæ, & id genus alia quędam, quę malis medicamentis fieri, insana uulgi arbitratur crudelitas. Fit autem, ut inquit Gale. inueteratis abscessibus, ob uarias humorũ qualitates, materiam in huiusmodi quisquilias, & istiusmodi formas conuertentes.

ἀπόστημα, quod nos abscessum corpo-

Et est

Et est mutatio, seu transitus corporis ex inflammatione ad pus.

Apostemata quomodo caussentur, & de eorũ cura, methodus, genera & species, eius itẽ nomina diuersa uide apud Gal. lib. 14. Metho.

Apostemata intestinorum, & eorum curam uide ibidem.

Apostematũ cõtentá omnis generis, etiam monstrosa quæcq;, uide eodẽ loco.

Aposyrmata, desquamationes.

ἀποσύρματα, abrasa.

Apothecas. Corrigẽdus est obiter publicus error malè literatorũ, Apothecas dici tabernas, officinasue existimantiũ: sed qui purè & munditer loquunt, Apothecarum nomine significant quasdam quasi cellas uinarias, & ea propriè repositoria, quibus uina fumo uetustescunt. Hinc illud Plinij. Apothecas fuisse, & diffundi uina solita anno Dc.xxxiij. Vrbis apparet indubitato Opimiani uini argumento. Item uinum si sit fumo inueteratum, insaluberrimũ est. Mangones ista in Apothecis excogitauere. Infra præcipit Columella, Apothecas his locis esse superponendas, unde plærunq; fumus exoritur, cùm uina celerius uetustescunt, quę scilicet fumi quodam genere pręcoquem maturitatẽ trahunt. Id fumarium uocant. Vitruuius quoq; meminit Apothecarũ, ostendens eas faciendas magis esse ad fructus seruandos, q̃ ad elegantię decorem. Vlpianus elegãter inquit, & scienter: uina etiam quæ in Apothecis sunt, non cędent. Iulius Pollux in 6. Onomastici docet, ἀποθήκας οἴνου, id est, Apothecas uini dici, uocabulis Græcis οἰνῶνας ἀπυθῶνας.

ἀποθεραπευτική, pædotribarum ueterum scientia, & professio, qua circumfuso oleo, exercitatorum corpora fricabant. Paulus lib. 1. cap. 16.

Apotherapia, om̃is exercitatiõis probè peractę postrema pars est: quę duplici suscipitur consilio, & ut excrementa expurgentur, & ut corpus à lassitudine tutum reddatur. Austr.

ἀπόζεμα, id est, decoctum ex herbis.

Appuli Roseani bellis aptiss. equi, ex Tuni Africæ, ac Massylia, Numidiaq; cursu præstantes, quas uulgò Barbaros uocant.

Appetitus, est desyderiũ, seu appetentia; & inquisitio.

Appherema, furfur.

Appiosus morbus in pecudib. uocat, cũ noxius sanguis membranã cerebri, & ex una parte peruaserit, & eundẽ dolorẽ nimio cœperit prægrauare, eius & mens & usus hebetatur.

Apragmosis, coronariũ quoddã satiuũ apud Aristophanẽ poëtã, ut Grãmaticus Aristophanis interpretat, Athenis in Academia nasci solitum.

Apronia, uitis nigra apud Dio. lib. 4. ca. 195. ἀπραγμοσύνη, plantam fuisse in academia Platonis, meminit Aristoph. in Nubib. μίλακος ὄζων, καὶ ἀπραγμοσύνης, καὶ λεύκης φυλλοβολούσης, id est, betam olens, & herbam apragmosynen, & album ligustrum.

Apua piscis genus, qd' ferunt ex imbri enasci, unde et Gręcè dictus sit ἀφύη, sed q̃ uelocissimè quoq; desinere & perire: ut etiã in prouerbiũ abierit, ἀφύα ἐν πῦρ id est, Aqua in ignẽ. ἰδοῦσα γὰρ τὸ πῦρ μόνον ἕψεται, id est, spectãs em̃ ignẽ solum percoquit. Meminit eius & Apicius lib. de re coquinaria, & Plin.

Apuleius Celsus, si non fallor, præceptor fuit ille Scribonij Largi. Sic enim meminit Scribonius lib. de cõpo. medicamentis ca. 171.

Antitodus Apuleij præceptoris, quã quotannis cõponebat, & genere quodã publicè mittebat Centuripas, unde ortus erat. quia in Sicilia plurimi fiunt rabiosi canes. &c.

L. Apuleij Maudarẽsis philosophi Platonici de uirtutibus herbarũ quidã libellus hodiè in manib. habetur, quem à Chirone Centauro præceptore Achillis, & ab Æsculapio dicitur accepisse: an illi-

an illius qui Asinum aureum scripsit, minimè compertum habeo.

ἄπυρα, quæ igni non sunt admota & concocta.

Apyrinum, Malum Punicum appellant, cui lignosus nucleus abest, autor Plinius. Verùm Seneca tradit Apyrina dici, non quibus nulla sit duricia, sed quibus minima. De Apyrinis in Epigrammatis. Non tibi de Libycis tuberes, & apyrina ramis, De Nomentanis, sed damus arboribus. uide Colu. lib. de Arbo. cap. 23. de Apyrinis.

Apyrexia, febris remissio.

Aquæ Albulæ in Italia. meminit harũ subinde Galen. & Aëtius, sermone. 13. cap. 125.

Aqua oculi, oculorum uitium, ubi immodicè humores lenti defluunt, congelati, inter corneam & chrystalloidem.

Aqua pluuialis, qualia habeat iuuamẽta, uide apud Vitruuium lib. 8. cap. 2.

Aquarum calentium rationes, & naturas, uide apud Vitruuium, lib. 8. cap. 3.

Aquarum probationes, fluores, naturas, iuuamenta, & experimenta, uide apud Vitruuiũ li. 8. cap. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.

Aquosus, sanguis uocatur apud Gal. lib. 3. de Symptomat. causs. excrementi species, sanguis uidelicet similis aquæ, in qua ablutæ fuerunt carnes: uel similis aquæ cruentæ, quam hepar regurgitat.

Aquidiale, ἰσημερία Græcè. Æquinoctium.

Aquilegia, Teut. Agley, ueteribus ig- (nota.

Aqua benedicta. Sic aquam fontis uocare solitus est. D. Sebastianus. Hero Phrysius, medicam artem probè edoctus, Francisco Bertsch, pharmacopola Argent. referente. Deprehendit enim, quas hodiè in officinis aquas per alembica destillant, excoquuntq;, parùm uiriũ habere: proindè multos huiusmodi nauseare: haud rarò etiam exoletas esse & euaporatas: unde illis multis numeris prætulit aquam fontis, in qua decoctæ herbæ essent, quorum succu indigeremus. Et bellè quidem, mea sententia, Sed de hoc alias, & in Encomio Simplicium, quod Herbario nostro prætulimus.

Aquas calentes habet Caristos, ut inquit Solinus cap. 17.

Aqualiculus, id est, uenter.

Aquæ Sextiæ, olim acris caloris. Solinus cap. 8. à fine.

Aquæ commoditates & differentias, uide apud Diosc. lib. 5. cap. 11.

Aquę maris iuuamenta, uide apud Diosc. lib. 5. cap. 12.

Aqua cœlestis, aqua Chymistarum, ὕδωρ θεῖον Græcè.

Aqua dulcis, Mulsa, uel Melicratum.

Aquidura, ὑδρεγωγή.

Aqua mulsa, id quod Græci μελίκρατον uocant.

Aquarum calidarum, pariter & fontium rationem, require ex Aristotele lib. de Cœlo & mundo, & libris Metheoro (rũ.

Aquila barbata, id est, Ossifraga.

Aquila, piscis nomen. Plin. libro nono, cap. 24.

Aquilæ genera sex, scilicet Melœnętos, Valeria, Pygargus, Morphnos (quam Homerus Percnon uocat, aliqui Plancum, & Anatariam) Percnopterus quintũ genus. Gnesion sextum, dictum Haliæetus. Plin. lib. 10. cap. 3. 4. 5.

Aquilones, ijdem qui & βορέαι.

Aquilus color, fuscus & subniger: à quo Aquila dicta uidetur: quàmuis etiam ab acutè uidendo dictam uolunt.

A R

ἀράχνη, Araneus. Araneorum multa genera, uide apud Hermolaum Barb. in Corol. lib. 2.

Arachne, à quibusdam Spondilium appellatur.

ἀραχνοειδής, tunica tenuissima in oculo: ea media subsidet, eoq; cauo continetur quiddam, quod à uitri similitudine ὑαλοειδὲς appellatur à Græcis: id neq; liquidum, neq; aridum est, sed quasi concretus humor, ex cuius colore pupillæ color, uel niger est, uel cesius, cùm summa

ma tunica tota alba fit: id autem superueniens, ab interiore parte membranulæ includit: sub his gutta humoris est, oui albo similis, à quo uidendi facultas proficiscitur. χρισαλλοειδὴς à Græcis nominatur.

Arachinium, olearum morbus apud Theophrastum lib.4.cap.17.

ἀραιωτικὰ, habētia uim rarefaciendi.

Aracus, inter aphacas, ut inquit Theophr. siue lentem nascitur. Est et alia Aracus, de qua satis alibi egimus inter Tubera.

Araneus piscis. Plin. lib.9. cap. 48. Græcè ἀράχνη.

Arange, Spondilion, apud Dioscor. lib.3. cap.88.

Ararisa, Aristolochia, Clematitis, tertia eius species. Diosc. lib.3. cap.5.

Arabus, uel Arabicus lapis, de quo Dioscorides libro.5. cap.140. agit.

Arbilla, aruina, pinguedo corporis. Teut. Schmeer.

Arbor uocatur, quòd caudice simplici, ramosum, nodosum, surculosum, aut facilè dissolubile assurgit, ut olea, uitis, ficus. Aliàs à robore dicta. Theophr. lib. 1. plant. cap.5.

Arbor S. Mariæ, Tanacetū, Reynfar.

Arbor, piscis nomen, in tantum uastis dispansa ramis, ut ex ea caussa fretū nunquā intrasse credatur. Plin. lib.9. cap.4.

Arbores resinam sudantes, sunt sex. Pinus, Pinaster, Picea, Abies, Larix, Teda: quibus addi potest & septima, Pinaster in Hispania. Quarum singularum descriptiones lege in suis locis.

Arborum descriptiones item aliquot. Lege, Quercus.

Arbores lanigeræ, uide Plin. libro. 12. cap.10.

Arbores quando sint cædendæ, uide apud Vitruuium lib.2. cap.11.

Arborum aliquot temperamenta, scilicet populi, salicis, tiliæ, uiticis, esculi, quercus, abietis, alni, carpini, ulmi, cedri, iuniperi, sarycis, &c. require ex Vitruuij lib.2. cap.11.

Arborideus ramus dicitur, qui alitus ut arborescat, hoc est, ut arbor fiat, & arborea magnitudine adolescat. Col. libro 5. cap. quarto.

Arbustum. Veteres rei rusticæ scriptores Arbustum peculiariter appellant arbores uitibus maritatas. Vnde & arbustiuum uinum dictum, quod in arbusto progignitur. Plinianum uerbū est, Arbustare agros: quod significat, arbustum in agris facere, & arbores idoneas uitib. maritare. Aetio teste iudicatur, nobilia uina in arbustis gigni: & laudatiora in summis, uberiora in imis. Vites enim maximè gaudent arboribus: quia naturaliter in sublimè procedunt. Sicut territorium nostrum penè totum arbustis consitum, mira pulchritudine, nec minori uuarum largitate spectat. Colu. lib. de Arbo. cap.1. Hinc arbustiua uitis, quæ scilicet in arbusto ponitur, arborique copulatur. Col. lib.13. cap.16.

Arbusta, arbores in quibus extenduntur uites. Vel arbores uitibus maritatæ, atque uitiferæ, quæ in ordinem redigunt.

Arbustare. Lege, Arbustum.

Arbustiuum uinū. Lege, Arbustum.

Arbustiuæ uites, anadendrides. Lege, Arbustum.

Arbutus, nomen est arboris fraga gignentis: alio nomine Vnedonem appellant. Ex argumento, unum tantùm pomum eius edendi, duobus hoc nominibus appellant Græci Comaron, & Memecylon. Iuba autor est, quinquagenū cubitorum altitudine in Arabia esse arbutos. Col. lib.7. cap.6.

Arbutus. Lege, Vnedo.

Arca. Vide, Porcas.

Arcades. Lege, Leontomiges.

ἄρκευθος. Iuniperus latinè, Teutonicè, Wechholder/ Kranbör. Vide, Iuniperus.

Archagatus Peloponnensis Lysaniæ filius, primus è medicis Romam uenit, L. Æmilio, & M. Liuio consulibus, Anno Vrbis. 535. eique ius Quiritum datum,

datum, & taberna in compito Acilio data: ob id publicè uulnerarium tradūt uocatum, mireq́ gratum aduentum eius initio: mox à sæuitia secandi, urendique, transijsse nomen in carnificem, & in tædium artis omnes adeò etiam medicos. Plinius lib. 29. cap. 1.

Archelaus, Medicus, citatur ab Aëtio sermone. 13. cap. 133.

Archigenes, ni fallor, est de quo lusit poeta, Aduocat Archigenem, onerosaque pallia iactat, Quot Themison ęgros autumno occiderat uno. Mirum, quantum in hunc inuehit Gal. Libros Epistolarum medicinalium posteritati dedit. Item de oblesæ memoriæ instauratione 1. lib. De pulsibus, librum 1. De significatione febrium, librum unum. De musculis, librum 1. De longorum affectuū noticia, librum unum. Item libros regularum: autor Gal. de locis affectis, lib. 3. cap. 4. Method. lib. 8. de locis affectis. 2. Cælius Aurelianus ægritudinum tardarum, lib. 2.

Archontius, uulnerum medicus, sed planè impostor, & Gal. & Plinio teste.

Archibelion, Anchusa, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 26.

Archine, Mandragora, apud Diosc. libro. 4. cap. 79.

Arction, πιρσώπιον, ἢ πιρσωπίς, Personatia latinè, Bardana, seu Lappa maior est officinis, Teuton. Grosß Klett/ Brandlattich/ Brandlösch.

Arcophthalmon, Chrysogonon apud Dioscor. lib. 4. cap. 59.

Arcophyton, Tussilago, uel Bechion, apud Diosc. lib. 3. cap. 124.

Archezostis, uitis alba apud Dioscoridem lib. 4. cap. 194.

Arction, quòd ab urso nomē obtinet, in petrosis nascitur, apud Dioscor. lib. quarto, cap. 107.

Arcturus, sydus est, quod, autore Plauto, uehemens est, cùm oritur, cùm occidit uehementius. de quo Poeta. Sub ipsum arcturum tenui sat erit suspendere sulco. Autumat Plinius, Arcturum occidere tertio Idus Augusti, quo ferè tempore initium est autumni. Vide Colum. l. lib. 9. cap. 14.

Arcturos, Arction, apud Dioscor. libro quarto. cap. 107.

Arcula, auis quæ in auspicijs uetabat aliquid fieri.

Arcus, est species segmenti solaris, uel lunaris, edita nube humida & caua, & perspicua, quàm uelut in speculo intuemur, imagine relicta in speciem circularis ambitus.

Ardearum tria genera. Leucon, Asterias, Pellos. Plin. lib. 10. cap. 60.

Ardens febris, est feruor, qui cum inflammatione multa nullam quiescendi remissionem corpori præbet. Hæc linguam reddit aridam ac nigram, & frigidi cupiditatem, atq; sitim ingerit.

Area, est edita imago sidereę claritatis, undiq; illustrata: hactenus ab Arcu differens, quòd ille è regione solis & lunæ uisendum se exhibet; cùm area sydus totum ambitu cingere orbiculari soleat.

Aream in capite, & Celsus lib. 6. cap. 4. & Gal. Therapeu. libr. 2. Alopeciam uocant, & Ophiasim.

Arenarum quædam fossicia, quædam fluuiatica, quædā marina lota, apud Vitruuium lib. 1. cap. 2.

Arenæ fossiciæ genera: nigra, caua, rubra, carbunculus, de quibus uide Vitruuium lib. 2. cap. 4.

Arena nota satis, sed quæ sua tamen iuuamenta habet. uide Dios. lib. 5. cap. 158.

Arenidum, id est, furfurosum.

Aretæus medicus, citaт ab Aetio, sermone. 8. capite. 46.

Argagation, medicamentum, quo utebantur olim aduersus elephantiasim, autor Cælius Aurelianus lib. 4. cap. 1.

Argemonia, Argemone Dioscoridæ.

Argemone, haud dubiè id quod Agrimonia uulgò. Cæterùm, de controuersia inter Eupatorium, & Agrimoniam, consule Herbarij nostri Tomum secundum,

dum, editionem item Germanicã. Ab Dioscoride tractatur lib. 2. ca. 196. Plin. lib. 25. cap. 9. Tragus contendit Argemonẽ esse orcitunicã, & papauer Rhoeas, Teut. Clapper Rosen. die grossen roten Kornrosen.

Argemon, Plin. lib. 28. ca. 8. & Argemata plurali numero castigatius. Videntur aũt esse idem ferè quod Leucomata, id est, albugines. Quanq̃ in Loto herba Dioscor. uidetur seiungere: cùm et ad argemata, & ad leucomata pollere illam tradat. Nisi quis, nõ leucomata eo loco, sed glaucomata scribendũ censeat. Argemon certè à cãdore dicitur. In Pliniĳ quoq; 33. lib. ca. 5. Argena, spuma legitur: sed scribendũ tamen, argenti spuma. Quanq̃ apud Sex. Pompeium legatur & Argenitũ. Argentum eñ, inquit, percandidũ. Gale. uero lib. de Definit. ait. Argemon, exulceratio quædã, cùm circa oculorũ nigrum, alba appareat, circà album uerò subrubida.

Argemis, Argemonè. (μος.

Argema. Vide Argemõ, & ἐπάργε-

Argentum merum, foliatum.

Argenti folium, Geschlagen silber.

Argentum uiuum, Quecksilber.

Argentum rude, Silber ertz.

Argentum rude puniceum, Rotgulbin ertz.

Argentũ rude purpureũ, Braun ertz

Argentũ rude plumcei coloris, Glaß ertz.

Argentum rude nigrũ, Swartz ertz.

Argentum rude cinericeũ, Graw ertz

Argentũ rude ruffum, Rotbrennig ertz.

Argentum uiuum purum, Gedeyen quecksilber.

Argentum pastulatum. Lege, Pastillatum argentum.

Argenteus color, ab argento.

Argentum uiuum quomodo præparetur & fiat, uide apud Diosco. li. 5. ca. 101.

Argentifodina, locus & specus unde eruitur argentum.

Argestes, ad dextrum uentus flans circa Fauonium. Vitruuius.

ἄργεμ fuit uocatus Demosthenes de morum feritate, ac natura immiti. Nam ἄργεμ genus serpentis uocant. Dicitur etiam hoc nomine, qui præter annorum rationem sapit.

Argion, Capillus Veneris, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 137.

Argyros, Linozostis, uel Mercurialis, apud Diosco. lib. 4. cap. 201.

Aria, syluestris arbor, hyemis initio fructificãs, materie durissima, ut necesse sit antequã terebretur, macerari eam prius aqua. Quod & in Robore, Carpinoq; seruatur. Honos ei, ad carbones argentariĳs officinis, ut Robori, Vnedoni, Piceæ.

Arida, Echion apud Diosco. li. 4. c. 30.

Aridus sudor, ξηρὸν ὕδρως, qui nõ balnei prouenit ui, sed exercitatione, ut placuit Eustach.

Aries piscis grassatur ut latro. Occultè enim latitans, si quem nãdi uoluptas inuitat, rapit. Piscantium etiam nauiculas mergit. Plinius libro 9. cap. 44.

Arilaria, Chrysogonon apud Diosc. libro 4. cap. 59.

Arion, Xiphion apud Dio. li. 4. ca. 23.

Arisaros, & Arisaron, exigua herbula, cuius radix oleæ magnitudinem implet, longè maioris quàm Aron acrimoniæ describitur apud Diosco. li. 2. ca. 186.

Aristæ, partes in spica primæ, ut acus tenues. (lucey.

Aristolochia longa, Mascula, Osterlucey.

Aristolochia longa Clematitis. Teut. Biberwurtz.

Aristolochia rotunda nomen inde sibi uendicauit, quòd existimetur optimè puerperis opitulari, qui ἄρισα λοχίοις, id est, puerperis salutaris. De generibus eius uide Dioscoridem, lib. 3. cap. 5.

Aristolochia Cretica, tertiũ eius genus, radice longissima, flore purpureo, colore buxeo, bacculas ferẽs ut capparis.

Aristolochia. Lege, Cyclamini radix.

Ariston medicus citatur ab Gal. lib. 1. de ratione Victus in morbis acutis.

Aritrillis, Mercurialis apud Diosco. libro. 4. capite. 201.

Aristogenes duo fuerũt. Primus Thasius, qui plura admodũ Antigono Macedonum regi inscripsit operũ suorum. Alter Gnidius, seruus Chrysippi philosophi: inde maximè celebratus, quòd Antigonum aliquando curasset. Autor Suidas.

Aristophilus, Pharmacopola Plataicus insignis, autore Theo. de nat. Plant. libro nono cap. 19.

Aristotelis præconium & excellentiã, eius scripta & Bibliothecã, reliquũ item uitæ eius progressum, lege apud Theo. Gazam ad Nicolaum V. Pont.

Armatura conceptus, tertium inuolucrum fœtus in utero. quòd partum tuetur, aduersus suppsius lotium, & humores. Sic enim Albert. appellat. Auicen. uocauit Abgas.

Armeniaca, siue Armenia, prunorum generis sunt, peregrina & ipsa, ut ex nomine cognoscitur. Sola è prunis odore cõmendãtur. Armeniaca uocari desita, & Præcocia, & Præcoqua tantùm dici, testis est Gale. Palladio præcoqua differunt ab Armenijs.

Armiagrion, Draconcium maius.

Armoracia, genus Raphani syluestris. Lege, Raphanus.

Armenium, siue Armenius lapis, siue Armeniacus, inter colores floridos uocatus deponitur. Lapis est Chrysocollę modo infectus. Vide Diosc. lib. 5. ca. 96.

Arnabo, unguenti species apud Paulum & Aëtium, sed exoletum planè.

ἀρνακίδες, pelles agninæ.

ἄρνεια κρέα, ouillæ carnes, apud Lucianum in Ioue Tragœdo.

ἀρνίον, Plantago.

ἀρνόγλωσσον, quasi agni lingua interpretatur, Plantago.

Aromata, Scripserunt de Aromatis Plinius & Dio. decę regionib. ex quibus potissimũ probantur. Verùm secus hodiè nostrates, qui insulam Calechut nauigauerunt, in primis uerò Aloysius nauigationis suæ lib. 3. Eius igitur uerba sic habent cap. 83. Piper aduehitur è turri quadam, quę est ultra Calechut, secus littus, ad leucas ferè. 50. Cinnamomum mittit regio dicta Zalon, nec alibi inuenitur: ea est ultra Calechut, itinere leucarum. 260. Garyophyllum fert Meluza, quæ abest à Calechut ad leuces. 12. more Lusitano, in loco qui dicitur Canor. Nuces uer ò muscatæ, & Mastix, afferuntur ex Meluza, quæ abest à Calechut leucis. 740. Castoreũ uero, hoc est, Muscatum, uenit è prouincia quadã, quę dicitur Pego, distante à Calechut leucis. 500. Vniones uerò proceriores affert plaga Armuze, citra urbem Calechut leucis. 700. Spica nardi, & Myrabolani aduehuntur ex Combaia prouincia citra Calechũt leucis. 600. Cassiam in surculis, mittit urbs ipsa Calechut. Mittunt uerò sua Thura Sabæi, citra Calechut leucis. 800. Myrrham Fartica Regio, citra Calechut. 700. Lignum autẽ Aloë, Rheubarbarum, & Camphorã, Calingan mittit. Cardamomum maius, Canona mittit, oppidum Calechut, longè ab eo leucis. 12. Piper longè in Samo inuenitur, Benzui, & Zan, ultra Calechut leucis. 700. Thamarindum, & Zedouariã, mittit urbs Calechut. Lacham mittit oppidũ dictum Samoterra, ultra Calechut leucis. 50. Brasille fert regio Tanazar, ultra Calechut leucis. 50. Opium fert plaga Addæ, citra Calechut 700. Id quòd an ita reuera habeat, cum prę intercapedine locorũ immẽsa, & penè portentosa experiri non liceat, necessario scriptori fides habenda est: adulterari tamen per tanta locorum spacia, per tot maria, tot sinus, tot terras, quis non credat? Quanto integriores, duratiorescp fuerunt maiores nostri Germani, qui contemptis his peregrinis, suę tantũ terræ herbis & fructib. incolumes Nestoreos

ſtoreos penè annos attigerunt: cùm hodiè inter delitias illas, uix millesimus quisq; ad octogesimum pertingat annū: & tamen egregiè interim placent exotica, ſordent patria, & naturæ magis conuenientia quęq;. Attigimus de hac re & in Herbario noſtro nonnihil.

Aron, deſcribitur à Dio. lib. 2. cap. 185. Theophraſto lib. 7. ca. 11. Pli. li. 24. ca. 16. & lib. 19. cap. 4.

Aronia, uulgò Meſpila.

Aronyon, Semperuiuum, apud Dio. libro. 4. cap. 91.

Arquatum morbū ueteres dixere, qui alio nomine Regius uocat: eo quòd arcus cœleſtis ei cōcolor ſit in uirore. Teuton. die Gylbe. Græci ἰκτερὸν uocant, & uulgò Ictericiam. Icterici homines fiunt aureoli coloris, & lutei: unde & Auriginem appellāt. Cornel. Celſ. Æquè notus eſt morbus, quem interdum Arquatum, interdum Regium nominant: quem Hippo. ait, ſi poſt ſeptimam diem, febricitāte ægro ſuperuenit, tutum eſſe, mollib. tantūmodo præcordijs ſubſtantibus. Diocles ex toto, ſi poſt febrē oritur, etiam prodeſſe: ſi poſt hunc febris, occidere. Color autē eum morbum detegit, maximè oculorū, in quibus quod album eſſe debet, ſit luteum. Cur autem Regius morbus dicatur, docet Q. Serenus, ſic ſcribens. Regius à uero ſignatus nomine morbus, Mollitet hic quoniam celſa curatur in aula. Conſimiliter Celſus tradit, utendū eſſe in hoc morbo frigidis natationibus, lecto etiam, & conclaui cultiore, clauſo loco, ludis, laſciuia, per quæ mens exhilaretur, ob quæ Regius, inquit, morbus dictus uidetur. Plinius memorat, Icteron uocari à colore: quę ſi ſpectetur, ſanari id malū, & auem mori. Eſt & gemma nomine Icterias, lucido colori ſimilis, idcoq; exiſtimata ſalubris contra Regios morbos. Columella libro. 7. cap. 5.

Arquatus color, dictus ab arcu pluuiarum nuncio.

Arquatus morbus. Lege, ἰκτερὸς.

Arquati, id eſt, morbo Regio laborantes.

Ars, eſt ſimilium cōprehenſionum cōgeries, quæ ad finem quendam uitæ cōmodum referri poſſunt. Vel ſic. Ars eſt comprehenſionū ſimilium adiectio, quę ad finem unum referūtur. Gal. de defi.

Ars medica, ab Hippo. in li. de Arte, ſic definitur, Medicinā hoc nomine appellante, ut ſit, quæ à morbis & ægritudinib. liberet affectos, & laborantes grauiter, & uehementiores morborum impetus ſedat, & ne malè uictis admoliamur monet: ſcientes, hæc omnia Medicinam præſtare poſſe. Sunt & alij non pauci, qui ſic definierunt. Medicina eſt ars, non minus ſanitati iuuandæ, atq; morbis ſanandis accommoda. Galenus de Definition.

Arſacus, ramus Cancri.

Arſela, Argemones ſpecies ſecundā.

Arſemanthon, Glichon, uel Pulegium apud Dioſco. lib. 3. ca. 34.

Arſenicum, Operment.

Arſenote, Staſiſagaria. Dioſc. lib. 4. cap. 158.

Arſenicum, ſiue Auripigmentū quid ſit, uide apud Dio. li. 5. cap. 112

Artemedeion, Dictamum. Dioſcorides lib. 3. cap. 35.

Artemiſia, Buck/ Beyfuſſz/ Meyd kraut. Dicta ab Artemiſia Mauſoli Regis uxore. Genera eius tria. uide Herbarium Fuchſij. Nota herba, deſcribitur à Dioſcoride lib. 3. cap. 125. Plinio libro 25. cap. 7. & 10.

Artemon, Medicus.

Artemone, id quod Dioſcorides uocat Argemonem alteram li. 2. ca. 197.

Arteria, receptaculum eſt ſanguinis rarioris, & purioris, commixti cum ſpiritu naturali abundatiore. Eſtq; Arteria calidior, & ſiccior, magisq; ſenſu pręditā, quàm uena pulſatilis. Galenus dę Definition.

Arteriarum motus qui ſit, & qui ea-

rum fontes, uide Galenum libro. 1. de Motu musculorum.

Arteriæ Carotides, quas nos uocamus Subeticas uenas.

Arteriaci sunt, quibus dentes rheumatizant cum asperitate gutturis interius. Gariopont.

ἀρτηριοτομία, uenarum incisio, de qua uide Paulum lib. 6. cap. 4.

Arterfitte, lingua Pœnorum Coronopus est.

Artredones uocantur, quæ ex apibus sunt minores. Meminit Arist. qui inter crabrones collocat, etiamsi in ueteribus exemplaribus teuthedron corruptè legatur pro Artredron.

ἀρθριτικός, articulorum morbo laborãs.

ἀρθρῖτις, morbus articularis. ἀπὸ τοῦ ἀρθρῶ, id est, concinno, coniungo, siue ἄρθρον, quod significat articulum.

Artocopi, id est, pistores.

Artocopæi, id est, pistores, & panis cõfectores. Alias, Artocopi.

ἀρτοκόπειον, pistrinum.

Articuli sunt partes quę in nodos quosdam intumescunt, à quibus persæpe ramuli prodeunt.

Articularis morbus, est inflammatio articulis accidens, magnũ dolorem neruis patientibus adferens.

Artrare, est aratrare: & est, quando sata inarantur, postquàm & nata sunt, & excrescunt.

ἀρτηριοτομία, arteriarum sectio.

Aruina, durum pingue, quod est inter cutem. autor Seruius.

Arundo castratur. Plinius. reficitur ex sese, uetere arundineto extirpato. Inspice quid sit castrare animal, & id transfer tur ad arundinem, & plantas. Columel. lib. 4. cap. 32.

Aruncus, uillus ille, qui è mento propendet capræ. Geyßbart.

ἄρουρα, ager, uel cultus locus, apud Homerum tam frequẽs dictio, quàm apud Athenae noctuæ.

Asa quid sit. Vide, Laserpitium.

ἀσαμίνθους ἐσβησαν, Homerus balneatum genus quoddam facit, Odiss. ρ

Asarum. Haßelwurtz. Vide Dioscor. lib. 1. cap. 9. atq; ibidem Coroll. Barbari. Plin. item lib. 12. ca. 13. Sic uocata herba, quasi ἀσάρωτον, quòd in ornatum non ueniat, & quo ornari nequeamus. Marcel. Verg.

Asbolon, & Asbole, Fuligo pictoria, apud Diosc. lib. 5. cap. 173.

Asbestus lapis, apud Solinum cap. 12.

Ascia, tegmen laneum, è molliore lana confectum, ut à frigore fœtum foueat, & pregnantis calorẽ conseruet. Græcè σκέπαρνον. Austr.

Ascarides, sunt tenues quidã lumbrici, qui parte maximè inferiore intestini corrosi gignuntur: & plurimi apparent in iumentis malè cibum coquentibus: quorum malam coctionem fœtor indicat excrementorum. Galen. Apho. 26. libro tertio.

Ascis, Veratrum album, apud Diosc. lib. 4. cap. 151.

ἀσκίτης, genus Hydropisis utricularium, sic enim Græci ἀσκόν, id est, utrem uocant, quo liquores continẽtur, & quoniam in hoc aquæ plus, spiritus uerò minus sit. Neq; enim secus quàm in utre collecta in eo aqua seruatur.

Asclapon, Medicus Patrensis. Huius artem uehementer commendat Cicero Epistolarum familiarium lib. 13.

Asclepias, herba, Teut. Schwalbenwurtz / ab inuentore sic dicta Asclepio medico. quæ sit, uide apud Dioscor. lib. 3. cap. 105.

Ascyron, per se herba alia, Ascyrum dicta, cognomento Androsæmi. Vide lib. 3. Dioscor. cap. 174.

Ascyroides, Hyperici generis, apud Dioscor. lib. 3. cap. 173.

Ascyrum, Hyperici generis, apud Dioscor. lib. 3. cap. 173. Teut. Harthew. fœnum durum. σκῦρος enim asperitas est.

ἄσκιος χαλκός, id est, exumbratũ æs, uel

uel flos æris.

Aſchrion empiricus, medicamentorũ peritiſsimus, ſenex conciuis, & præceptor Gal. ut ipſe inquit lib. 11. Simp. cap. de Medicina cancrorum: ubi ſubindè meminit & Pelopis præceptoris.

ἄσαι, ſtomachi faſtidia, apud Galen. 4. de Valetud. tuen.

Aſelli. Lege, Onos.

Aſellorum piſcium duo genera: Callariæ minores, & Bacchi. Plin. li. 9. ca. 17.

Aſilus, inſectorum genus, quod ex rore naſcitur. Inſidet hic rhaphani folio primo uere, & ſpiſſatus ſole, in magnitudinem milij cogitur. Inde oritur uermiculus paruus. Plin. lib. 11. cap. 32.

Aſinariæ molæ, grauiores ſunt quàm tranſatiles, & immobiles.

Aſini piſces, qui per diminutionẽ Aſelli dicuntur.

Aſinus. Plin. lib. 8. cap. 43.

Aſia petra, ſiue Aſius lapis, apud Dioſcor. lib. 5. cap. 133.

ἀσιτία, ciborum abſtinentia.

Aſius lapis quales uires habeat, uide apud Dioſcor. lib. 3. cap. 133.

ἀσώδης, ex repletione cibi faſtidiens.

Aſonch, ægyptiacè Planrago.

Aſpalathon, niſi ſandali uocati ſpecies ſit, haud dubiè hoc tempore ignota eſt.

Aſpalatus in terra Beötiorum tantũ gignit: inde translatus perire dicit. Ælia.

ἀσπάλατοι, ſpinarum generis apud Theocritum Idyllio. Α. ἐν γὰρ ὄρα ῥάμνοι τὶ, κὴ ἀσπαλάθοι κομόωντι.

Aſphodelus, Albucus eſt, & Haſtula regula dicitur: noſtratibus Affodilus, & Bernardi teſticulus, item Centumcapita. Germ. Goldwurtz / Golzwybel. Aliquibus Heroion, ut Plin. lib. 22. cap. 22. teſtatur. Seb. Auſtr.

Aſphalathon, Hieronymus Herbarius pro Berberi ſpina interpretatur, non rectè. Non eſt enim noſtri climatis, aut orbis arbor, uel ſpina, ſed Rhodi, et Græciæ: nec uideo, cur hodiè uerã poſsimus habere Theriacam, cùm tamen de rebus ipſis quæ ingrediuntur, non cõſtet. Sic hic planè de Aſpalatho: quicquid randem ſomnient diuinatores, qui ex ſuis ſuſpicionibus hodiè docent cognoſcere herbas, & in ſuo ſenſu egregiè ſibi ſapientes uidentur.

Aſpalathus, hoc nomine & Cyperon Dioſcor. appellat lib. 1. græcè ἀσπάλαθος. Differt autem Aſpalathus ab Aſphalto: quia Aſpalathus odoratus frutex eſt, ut inquit Dioſc. ſurculoſus, multis ſpinis cohærens, plurimùm in Syria & Rhodo. Aſphaltus uerò Iudaicũ bitumen. Plin. lib. 12. c. 24. Theophraſtus lib. 9. cap. 7.

Aſpanas. Lege, Spinacium.

Aſparagos, Græci teneros cauliculos, erumpentes ad ſemen & fructus uocãt. Germanicè, Schoſſz / Schöſſzlin.

Aſparagus, ab aſperitate, ut inquit Varro, nomen ſortitũ eſt. nam herba in aſpero uirgulto naſcit. Teut. Spargen. Ipſum quoq; guttur, à quibuſdam Aſparagus uocat. Ab Appiano tamẽ Grammatico, nõ Aſparagus, ſed Spharagus. Corrudã appellant hodiè hanc herbam. Spinoſi ſunt ex toto Aſparagi, ut ſcorpius. unde Scorpiones à Col. fortaſse nominantur. Quanq; Aſparagus cognomẽto ſcorpius, ſiue ſcorpio, aliud genus eſt, ut de ſcorpio herba infra.

Aſparagi aliàs dicuntur, quæ primum in lucẽ prodeunt olerũ germina, priuſq; in folia explicentur, recentiſsimiq; turiones. qui edẽdo ſunt. ut in coliculis Aſparagi herbæ apparet prima eius germina

Aſpergo, inis, in gen. græcè (tione. ῥαντισμός. Vitruuius quoq; illo uerbo utitur. Redolẽt loca, inquit, ſenta ſitu, et humentia uligine, & quæ per flatũ non habent. Quod quidèm odoris genus imperita plebs Rheumaticum appellar.

Aſpidion, Alyſſon. Dioſ. lib. 3. ca. 104.

Aſpidion, Atractilis. Dioſ. li. 3. ca. 106.

Aſpis, quinum cubitorũ magnitudine iam inuẽtus. Color his niger, quandoq; cinereus, interdum fuluus. Ab ea ictũ

ultra quatuor horas uiuere negant. Ælian. Eius capitalis inimicus Ichneumon. Consule super ea Plut. lib. de Aspidib.

Aspidũ tria genera distinguit Barbarus. Primum, Chelidoniæ, ab hirundinum colore, iuxta ripas amnium, pauló cubitalibus maiores. Secundũ genus terrestre, subuiridi ferè, aut cineris colore, cubitorum quinum. Postremum, quæ dictæ sunt Ptyades, quibus idem color, sed & auro quoq; proximus. Ptyaden fuisse, quàm Cleopatra sibi admouit, Galenus autor est. Hæc ceruicem exporrigens, metitur ex interuallo quem feriat. Sclinus Hypnalẽ dicit appellari, necantem somno: qua uitam sibi Cleopatra in uiderit.

Aspidum uarias species & nomina, re quire apud Aëtium sermone. 13. ca. 20.

Asplenos, Hedera apud Diosc. lib. 2.

Asplenion, apud Diosc. lib. 3. (ca. 199. cap. 152. Trago, Hyrtzung / Mylt; kraut / Monkraut.

ἀσπλήνιον, sic in Galatia & Chalcide Acorus appellatur, teste Dioscor. lib. 2. Sic dictum, quòd splenem minuit.

Aspratiles pisces, squamati, duriorisq; carnis sunt.

Asphaltion, græcè ἄσφαλτος, dicitur bitumẽ. Vnde Asphaltites locus dictus, quasi bituminalis. Colum. lib. 6. cap. 16.

Asphaltitis, Asphaltion, Trifolium, apud Diosc. lib. 3. cap. 122.

Asphaltitis, Polygonum, apud Diosc. lib. 4. cap. 5.

Asphaltus, Lege, Aspalathus.

Asphodelus. Lege, Halimum, & Hastula regia. Diosc. item lib. 2. cap. 187.

ἀσφυξία, pulsus carentia, priuatioq;.

Assatio, concoctio est, quæ ab arido & alieno calore efficit. Arist. lib. 4. Meth.

Assipitium, id quod arabicè uocãt Ziribergi, dulcis cibus, factus de carnibus, speciebus, et melle, seu saccharo, sine aceto: etiam si addi id interdum posit. Vtitur eo uocabulo subinde in diætis suis autor Tacuinorum.

Assula, Plinio, Vitruuioq;, & alijs honesta uox est, qua primum significant, quæ marmorarij in cædendo marmore fragmenta dissecant, & quæ in frangendis alijs rebus in longitudinem magis quàm in latitudinem fragmenta disijciuntur. Idem quod σχινδάλμός. Vtuntur ea uoce Dioscoridis interpretes, significaturi radicum concisionem, quas interdum assulosè, & assulatim concidi iubent.

Astaci, Gammari, cancrorum genus. Plin. lib. 9. cap. 31.

Astalabites, id est, stellio. Lege, Stelliones.

Astaphelinos, Pastinaca syluestris, ab Diocle sic uocata.

Astaphis, Stafisagria, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 158.

Aster Atticus, seu Inguinalis, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 121. A foliorum in floribus figura nomen traxit. Teuton. Sternkraut / Wolffsbôz / Augenkraut / setwaug. Dictus aliâs Astericus.

Aster, pastillus, subuersioni stomachi ualens est apud Aetium serm. 9. cap. 10.

Asterchillos, Achillæa, apud Diosco. libro. 4. cap. 39.

Asteroion, Spondilion, herba, apud Diosc. lib. 3. cap. 88.

Asterion, satiua Cannabis, apud Dioscor. lib. 3. cap. 167.

Asterion, Aster, seu Inguinalis, apud Dioscor. lib. 4. cap. 127.

Asteropœus quis dicatur. Vide, Ambidextrum.

Asterias, auis in Ægipto, docilis humanæ uocis.

Astorgij, apud Pausaniam, quos Itali Astores uocant.

Astorgion, uel Asterion, ἀστέριον, genus aranei, quod latè pungit. Barb. in Coroll. suis

ἀστράγαλοι apud Homerum pro uertebris spinæ, quas σφονδύλους uocant.

Astragali, fuilli tali, quos in homine Malleolos appellamus.

Astragalus

Astragalus herba à Plinio describitur folio longo, incisuris multis, obliquis circa radicem, lib. 26. cap. 8. & apud Diosc. lib. 4. cap. 65. Nomen traxit à rotunda dura radice, animalium talo similis. Teutonicè, Erdmoren.

ἀστράγαλος, ὑός, suis talus, cuius uicẽ in homine malleolus appellatus implet.

Astrapæus dictus est Iupiter ab astrape, quæ est coruscatio.

Astringens febris. Lege, Febris est ex uberantia. &c.

Adstringo, propriè iuxta stringo, unio, coniungo. Columella lib. 3. Quùm omneis surculos, quos arbor patietur di miseris, libro ulmi, uel uimine arborem adstringito.

Astrion, Coronopus.

ἀστρόβλητον ἄστρον, uocãt Canem, quoniam frequenter terræ nascentia siccat, adeò ut perrarescant. Hinc Astroblites, siderati, cùm arescente corpore partes marcidæ sunt & sine sensu.

ἀστρόβλητοι. Vide Siderationem.

ἀστροβολισμός, ibidem.

ἆσθμα, cùm uehemẽtior est spiritus retentio, & cùm spuere æger sine sono nõ potest. Est enim anhelitus, siue anhelandi difficultas, infertq; dispnœam, putredinemquè affert: quosdam corruere cogit, & rursus resurgere.

ἄστομος, quod ori non conuenit.

Astomma. Lege, κόλπος.

Asturiones equi, qui ex Austria ueniebant. & Tollutarij dicti.

ἀσυλληψία, conceptionis defectio.

ἀσυμπλήρωτα, caua, quæ nõ implent.

Asyphylion, gramen, Dios. li. 4. ca. 33.

A T

ἀταναμίγρα, torpentia membra.

Ater succus. Sic ueterũ quidam atram bilem uocauerunt.

Ater color, horribilis dictus omninò, uelut Anthrax, id est, carbo. nam propriè est carbonis extincti. Quare scitè, ut omnia, Terentius: Tàm excoctam, inquit, reddam atq; atram, quàm est carbo. Et inde à Vergilio cinis dictus est ater, & fauilla atra. Sanguis præterea caloris, atq; coloris ignei particeps, effusus, ac frigefactus, amisso rubore, tanquàm in carbonem mutatus, ater ab omnibus uocatur. Dicitur & mors atra: quia cadauer extincto calore illo uitali, quo corpus alitur, atrum relinquitur, ut est carbo. Quæ mihi perquàm elegans uidetur similitudo. Quid, quod dies atri eadem de caussa dicti fuerũt? Qui enim luctum afferebant, carbonibus, ut contra dies læti gypsis signabantur gypsæis, ex quo Horatius ait: Creta, an carbone notandi. Differt in hoc à colore Nigro: quòd ut omnis ater est niger, sic nõ omnis niger est ater. Horrendus est hic, tristis, uisu iniucundus, lugentibus accommodatus: ille contra nonnunquàm lepidus ac uenustus. ut humani oculi sunt complures, quos nemo atros diceret, sed nigros, ijsq; tamen nihil maiori cum uoluptates pectamus. Vocabatur autem Ater ab antiquis etiam Anthracinus, idemq; Furnus. Quibus longè minus sunt nigri, liuidus, & fuscus. Alter ex graui corporis ictu proueniẽs deformitatem habet. Vnde inuidi aliorum bonis, uelut uerberibus laniati, & idcircò exangues, liuidi nuncupantur. Alter non insuauis, & in homine persæpè laudatur: qui tamen si modum excedit, ac maximè fuscus est, & quasi nigrescit, Pressus dicitur: ut quæ aliquandiu sub prælo uestis pressa nimium coloratur. Secus uerò fasciolæ Colorisçę dictæ fuerunt, quæ non saturatæ, sed uix colore aliquo illitæ è coronis dependebant. Est aut forma diminutiua, ut Lycisca, Syrisca. Aquilum ueteres hunc Fuscum à colore aquę uocarunt, qui inter nigrum est & album: id quod Plato etiam docet.

Ateramon apud Philippos quondam uocauerunt herbam in pingui solo Fabas necãtem. Quidam pro Ateramon, Ateramnon legunt apud Theophrastum & Pliniũ. Alij Aterama pro legu-

minibus interpretantur, inobsequiosis, & contumacibus. Quod genus seminis etiam Cerasbolon uocatur à Platone, superstitiosa origine, quasi sterilia & irrita prouenient, quæ per bòum cornua se renda cecidissent in terram.

ἀτεκνία, sterilitas, & liberos gignendi impotentia, mulierum inprimis.

ἀτενὰς, qui rigent nimium oculis.

Athanasia. Quemadmodum herbis à diuersis rebus, et euētibus imposita sunt olim nomina, ita ex compositis medicamentis: quemadmodum est id cernere in libro Compositionū Nicolai: ex quibus est & hæc Athanasia, ab immortalitate, quia perpetuò ualētes reddat ægros, sic dicta. Descriptionem eius lege apud Nicolaum. Vide, Tanacetum.

Athamanticum, cognomen μήκ.

Athanatos, Lychnis coronaria apud Dioscor. lib. 3. cap. 113.

Atharatrion, compositum uidetur ab athara, & trio, quod placentæ genus est apud Plautum: dictum à folijs uici, quibus circumdatur.

Ather, in hordeo, ut Galen. interpretatur, cuspis ipsa spicæ. Nam & menti inquit pars extrema hoc nomen habet, cùm aristam non habeat.

Athera, ex zea fit tenuissimè molita. Est autem sorbitio quasi liquida pulticula, infantibus conueniens, & cataplasmatis efficax, ut inquit Diosc. Aliter Plinius, qui ex olyra dicit cōstare. Et Aëtius, qui ex amylo. Non uidetur tamen à pulticula, nisi liquidiore habitu differre. Nec aliter quoq; Paulus Ægineta eam descripsit libro. 6.

Athera, idem quod Atheroma, tuber, cui pulticulæ simile quid inest. Vnde dicta, ἀθηρώματα, capitis quædam hulcera plantæ similia.

ἄθριξ, caluus, carens capillis. Pollux.

ἀθρώβολον, id est, crassioris glebæ. sic Bdellium improbat Dioscor. uidelicet, quòd est in offas conuolutum: quemadmodum Ruellius conuertit.

ἀθυμία, tristicia, dolor, angustia animi, animi deiectio, animi carentia.

Attilius, piscis ingens in Pado, inertia pinguescens ad mille aliquando libras. Catenato capitur hamo, nec nisi bòum iugis extractus. Plin. lib. 9. cap. 15.

Atinia. Plinius de Vlmo scribens, sic refert. Græci duo eius genera nouere, Montosam, quæ sit amplior. Campestrem, quæ fruticosa. Italia Attinias uocat excellsissimas: & ex his Siccanas illis præfert, quæ non sunt riguæ. Alterum genus Gallicas. Tertium nostrates, den siore folio, & ab eodem pediculo numerosiore. Et quartum syluestre. Inter quę Atiniæ non ferunt samaram (ita uocatur ulmi semen) omnesq; è radicū plantis proueniunt, reliquæ semine. Hactenus Plinius, lib. 16. cap. 17. qui semen ulmi uocat samaram, quę Amera uocatur à Colum. Proindè aut hic, aut illic dictio corrigenda: ne sit dissidium inter duos scriptores, quorum alter ex altero non pauca exscribit. Vide Col. lib. 5. cap. 34.

Atlas, ultima colli uertebra. Sic dicta, quia onus sustinet.

Atlas Pamphiliensis, ex priscorū Medicorum schola, citatur ab Galeno.

De Atlantis arboribus, & luxu mensarum, quæ fiebant ex eis, uide Plinium lib. 13. cap. 15.

ἀτμίδες, id est, uapores in corpore exhalantes.

Atocia, medicamenta apta faciendis abortiuis.

Atocion, Aranei genus lanuginosum, grandissimo capite, quo dissecto, inueniuntur intus uermiculi duo, ut inquit Plinius, qui ad alligati, ceruina pelle, ante solis ortum, dicuntur mulieribus præstare ne concipiant.

Atocion, Lychnis agria. Dioscorides lib. 3. cap. 114.

ἀτόκιον, non abortiuum medicamentum, ut quibusdam placet, sed quod sterilitatem facit. Manifesta significatione à partus priuatione, quæ in ea uoce est.

ἄτοκος, sterilis, aut quæ nondum peperit.

Atomos, Veratrum album, apud Dioscor. lib. 4. cap. 151.

Atomos, Hyoscìamus. Dios. lib. 4. ca.

Atomū thus, thuris fragmentū. (72)

Atomi, sunt sensu imperceptibilia corpora, uti in radio solis, sed grossiuscula uidentur.

ἀτονία, corporum defectio, uel debilitas, remissio, seu languor. Significat itē affectionem quandam stomachi, quando non est tenax cibi.

ἄτονον τῆς γεύσεως, quod gustu hebes atq; ignauum est.

ἀτονώτερα, minus ualentia.

Atos, Bunium, apud Dioscor, libr. 4. cap. 125.

Attonychon, Leontopodion, apud Diosc. lib. 4. cap. 132.

Attagon, maximè Ionius, celebratur, uocalis aliâs, quondam existimatus inter raras aues. Plin. lib. 10. cap. 48.

Attagon Ionium, uocauit Horatius, quem Attagena Martialis, & Attagan Aristophanes. Plinio, uocalis est, & captū obmutescere ait. Sunt qui has Starnas hodiè uocatas putent. Quibus repugnat, quod Starnæ uocales non sunt.

Attalum emplastrum, quod uulnerib. medetur, apud Celsum libro quinto, capite decimonono.

Attalensis. Athenęi sectatores (inquit Galenus) negāt, aut calidum, humidum uè statim uitio dandum, aut morbum ullum inueniri, qui calidus sit et humidus: sed omnino qui uel calidus sit & siccus, ut febris: uel frigidus & humidus, ut aqua intercus: uel frigidus & siccus, ut melancholia. Plura alia de temperamentis absurda statuerunt, quæ lege apud eundem lib. 1. de Temperamentis.

Attalus, medicus.

Attegia. Lege, Scænæ.

Attiuia, ulmi genus, procerius nostrate, frondemquè iucundiorem bubus præbens.

Attoniti, ijdem qui & Apoplectici, quibus mens & corpus stupet.

Attritus sedis, id est, παρατρίμματα, morbus quem aut Attrita, aut Intertriginem uocant.

Atrabilaria, id est, atræ bili obnoxia corpora.

Atractylis, Anemone. Vide Dioscor. de Anemone. Hac herba antiquę mulieres pro colu utebātur, unde illi nomen. ἄτρακτος enim Græcis fusus est. Aliâs, Cnicus syluestris. Teuton. Wylder feld Saffron. Vtitur Theophrastus ἀδυλλίνῳ. Vide etiam Dioscor.

ἀτράφαξις, id est, Atriplex.

Atramentum scriptorium, siue librarium. Lege Dioscoridem libro quinto, cap. 174.

Atramentum sutoriū, id est, Calchantum. Vide de eo Dioscoridem libr. quinto, cap. 105.

Atriplex, & Atreplexum, & Treplexum. Mylt / Mylte / Scheißßmylt. (nam his nominibus olim ueteres nominasse legimus) modò uidetur esse olus, quod nos Spinaciam uocamus, Græcè χρυσολάχανον dictum. Græcis Atraphaxis dicitur: quòd ἀδρῶς αὔξει, id est, statim in amplitudinē adolescat. siquidèm octauo die à satu prosilit, confestimquè increscit. d. in. t. mutata. Vide Manard. libro nono, Epistola tertia. De Atriplice etiam lege Dioscoridem libro secundo, cap. 132. Plinium libro uigesimo, capite. 20. Columellam libro. 12. Est & alterum genus Atriplicis fœtidum. Teuton. der kleyn stinckēd gůt Heynrich.

ἄτρητοι, quibus ani meatus cōaluit: & attretæ mulieres, quibus concreta sunt genitalia, uel morbo, uel natura.

ἀτροφία, tabis species, ut inquit Celsus, ubi corpusculum minimè alitur, & secundùm naturā aliquibus semper decedentibus, nullis uerò in locum earundem succedentibus, summa macies oritur: quæ cōficit tandē, nisi maturè illi occurratur. Et est nutrimenti indigentia, unde

unde uehemens ex defectu gracilitas: propter quàm nõ possunt crines crescere. ξηρασία autem est, cùm lanuginosa est crinium superficies, similis his, qui sunt puluere discissi & dissoluti. Lege, Tabes.

Atrophia oculi, uocatur, ut inquit Galen. in Definit. quoties ex longa ualetudine, aut incerta aliqua caussa, oculus quasi à sede sua motus, mox subsidens in radicibus eius, dolore minor fit, & minus, aut nihil uidet.

Athopria uocat etiã paruitas oculi totius, & pupillæ, cùm uisus imbecillitate.

Atrophia unde caussetur, et eius curã: uide apud Gal. lib. 34. Methodi.

Atrophia, insatiabilis fames, qua affecti cibum non sentiunt, sed tabe potius corpusculum consumitur quàm alatur. Paul. lib. 2. cap. 51.

ἀτροφοῦντες dicuntur Galeno de Valetud. lib. 5. quorum corporibus longo tempore nihil alimenti accessit, & omnes particulæ ex nutrimento nullũ fructum sentiunt.

ἄτροφον Græcis est, quod non nutrit, & quo in cibo utentes homines id non sentiunt. Plinius.

ἄγρωστις, Gramen latinè, Teut. Graß.

Atypus. Lege, Morbi.

Atycon, Pœnorũ lingua Plantago.

A V

αὔανσις, stirpium uetustas & senium. Galen. 1. de sanitate. Accidit autem ineuitabilis hæc corruptela stirpib. & plantis, longæuitate temporis, ut in tabẽ soluantur. In animalibus Senium uocatur.

Aubion, Chelidonia. Dioscorid. lib. 2. cap. 200.

αὐχὴν, αὐχένος, collum.

Auctoratus, uindemiator dicebatur olim, id est, ad periculum cõductus: qui operam suam in tàm altas uites elocasset, ultra constitutam mercedem. Id quoque stipulabatur: ut si deuolutus esset, funeris impensam dominus infunderet.

Auellanæ nuces, Iuglandib. multò minores sunt, leptocaryæ nũcupatæ, Ponticæ ab alijs. Germanicè, Haßelnüß.

Auena græcè, Bromos, uel Ægilops, apud Dioscor. libr. 4. cap. 140. Teuton. Haberen.

Aueruncare, auertere, depellere.

Auem, genus appellamus pennatum. Aristot. lib. 1. cap. 5. de Natura Animal.

Aues doctæ, ab aduentu earum: quia ueniunt unde quis non suspicetur.

Aues Memnoniæ, accipitrum specie, carne tamen abstinẽtes, in sepulchrum Memnonis apud Ilium quotañis aduolant: quasi iusta illius umbræ reddentes.

Aues Diomedis, in insula Apuliæ. dictæ & socij Diomedis: quarum naturas lege apud Solinum cap. 8.

Aues Carystiæ flammas impunè inuolant. de quibus Solinum uide cap. 17.

Aues externæ apud Plinium uocatæ sunt, lib. 10. cap. 49. sturnæ, ut uulgò hodie uocant. Locus Plinij sic habet. Aduenerunt, inquit, bellis Bebriacensibus ciuilibus in Italiam aues externæ, quæ adhuc nomen retinent, paulum infra columbas magnitudine, turdorum specie, sapore gratæ.

Aues tardæ, id est, Otides aues. de quibus uide Plin. lib. 10.

Auium nocturnarum genera. Nocticoraces, Bubones, Alucones, Noctuæ, Asiones, Vlulæ, Verspertiliones, Oti, Ciconię, Craprimulgi, Striges, Parę. de quibus Plinius, & Ælianus.

Auerrois, Auicennæ coæuus, multæ eruditionis Philosophus & Medicus, qui cum maxima laude & ipse Aristotelis libros est commentatus.

Augurium ex auibus futura prædicit: olim celebre, præcipuè Romanis.

Augustia, Leucoion, uel alba Viola, apud Dioscor. lib. 3. cap. 139.

Auiaria, auium receptacula, & gallinaria. Auiarius, dicitur pastor auium & custos, quem uulgò gallinarium uocant. Vergilius Auiaria ponit pro nemoribus, quæ ab auibus frequentantur. sic enim

enim inquit in Georg. inculta rubent à-uiaria baccis. Colum. lib. 8. cap. 3.

Auicenna, natione Arabs, patria Cardubensis, è stirpe regia. Vnde à Medicis Princeps uocatur. Extant eius hodiè opera quæ Canones & Cantica inscribuntur. Scripsit & Metaphysicen.

Aula, siue olla, arborum uicium quomodo contrahatur, uide Theophrast. lib. 4. cap. 16.

αὐλωποί apud Oppianum piscium genus, interpres exponit oculos habere oblongos, quadam tibiarum imagine.

Aura, Centaurea minor. Vide Dioscor. lib. 3. cap. 8.

Aura Crocodyli, Liliũ uulgare apud Dioscor. lib. 3. cap. 115.

Aurata, pallidior statua, apud Catullũ pro icterico, & regio morbo laborante legimus.

Aurea Alexandrina, Alexandri cuiusdam nobilis compositio, ab excellentia aurea dicta, describitur ab Nicolao Prepōsito, in Antidotario suo. Sunt qui ab loco sic inscriptam uolunt.

Aurara. Lege, Piscium ferè.

Aurelia quid sit, lege apud Dioscorid. Helichrysos.

Aureo, onis. Lege, Halimum.

Aureus color, ab auro nuncupatus.

Aures, neruis & cartilagine constant: habentq; uim percipiendarum uocum, & eorum quæ in eis sunt, differentiam assumunt.

Auricula muris, abundè depicta est à nobis in Germanico Herbario, & est apud Dioscorid. libro. 2. cap. 203. Meüßōrlin das grösst.

Auricula muris, Alsine, apud Diosc. lib. 4. cap. 89.

Auriculam muris pingit quoq; Plinius lib. 27. cap. 12.

Auricularis, Aizoūm maius apud Dioscor. lib. 4. cap. 91.

Auripigmenti tria genera lege apud Dioscor. lib. 5. cap. 112.

Auris, est pars capitis in qua audimus, ita ut nulla spiratio desyderetur. Arist. lib. 1. de natura animalium, cap. 11.

Aurora piscis. Lege, Piscium ferè omnium.

Aurum coctum.
Aurum malleatum.
Aurum bracteatum. Geschlagen
Auri folium. gold.
Aurum laminatum.
Sol laminatus.

Aurum obryzum à Græcis appellatur, τὸ πολλάκις ὀπτηθὲν, id est, multipliciter excoctum. Inde obryzati nummi.

Auruspicina, ex extis, & corporis interaneorum interaneis maioribus prognosticat: cuius repertor est Tagus Hetruscus.

Auspices, qui sint, require in dictione μαντικὴν appellant.

Austeritas, corporis qualitas.

Austeri colores uocabantur olim omnes præter Miniũ, Purpurissimum, Cinnabarim, Armenium, Chrysocollam, Indicum. nam hos floridos dixerunt.

Austri, Græcè νότοι.

Autogenes, Narcissus. Dioscor. lib. 4. cap. 164.

αὐτόπυρος, simila, cui nihil ademptũ est: panis qui ex omnibus farinæ suę partibus detractione nulla constat. Vel, ut alijs placet, ex quo nihil furfurum decesſit: quasi totum in se triticum, nihil inminutum habens.

αὐτοψία, propria cuiusq; inspectio. Sic Gal. uocat libro de sectis empiricorum theoremata & experientias.

Autumnũ quidam dictum existimāt: quòd tùm maximè augeantur hominũ opes, cöactis agrorum fructibus.

Aux quid sit. Lege, Absides.

αὔξησις, morbi ipsius augmentũ, apud Gal. lib. de temporibus morborum.

Auxiliaria signa sunt, quibus curationis ex ipsis obseruatæ, recordamur.

Auxilium est, quod ad hominis salutē constitutum est, compositum quantitate, qualitate, ordine, & tempore.

A X

Axillę, ſinus ſub ſummo brachio, Grę cè μασχάλαι, unde & ducitur, & ἀμφιμάσχαλος, id eſt, ueſtis manicata, uel ſeruilis.

Axina maior, Periclymenon apud Dioſcor. lib. 4. cap. 16.

Axinomancia, id eſt, per ſecures, dolabellasq́ facta diuinatio.

Axis, fera hinnuli pelle, pluribus, candidioribusq́ maculis, ſacra Libero patri. Plin. lib. 8. cap. 21.

Axillaris uena, iecorariæ ramuſculus.

Axos, flos eſt ſpinę eiuſdem nominis, uenenatus: de quo uide Dioſcor. lib. 6. cap. 33.

Axungia, adeps ſuillus.

ἀξύγγιον, Axungia.

A Z

Azimar, Spongeyen.

Azymus panis, panis nō fermētatus.

B A

Baccalia. Lege, Laurus Baccalia.

Baccaris, Nardum ruſticum. Plin. lib. 12. ca. 12.

Baccar, id eſt, Aſarum.

Baccæ ſunt fœtus minutiores herbarum fruticum, arborumq́: qui diſperſius, rariusq́ naſcitur. ut partus ſunt Lauri. In hoc ab Acinis differentes, qui denſius proueniunt.

Baccharis, herba fruticoſa, quæ in coronas additur. Dicimus & Baccar, falsò à quibuſdam uocata Nardum ruſticum: cùm Nardus ruſtica ſit Aſarum. Plura de illa lege apud Dioſcor. lib. 3. cap. 49. & inibi Barbari Corollarium. Baccharis, inquit Galen. Hippocrati quoddam unguentū Lydium eſt. Non defuerunt, qui genus floris eſſe uoluerunt, quem nos hodiè Gariophyllum uocamus. ſed de hoc abundè in Corollario.

Bachmindus, medicus citatur ab Gal.

Bachius, medicus citatur ab Cęlio Aureliano.

Badius color. Vide, Puniceus.

Baia, & Spadices, palmarum cum fructu termites. A quo & color equino generi Spadix, aut Spadiceus, & Phœniceus, hoc eſt, palmeus. Vnde uulgò quoq́ Baius. Alioqui Phœniceus propriè is eſt, qui uermiculus & puniceus uocatur, ab Euſebio, ſiue Hierony. in Chronicis: nomen habens à Phœnia illo, qui literas inuenit. de quo Plin. lib. 7.

Baius color. Vide, Balius, & Caſius.

Βαΐον, ramus, propriè autem palmæ. παρὰ τὸ βίᾳ τίλλεσθαι, quòd non facilè reuelli poſsit: quòd hæc arbor natura ſurſum nitatur aduerſus deprimētis malū.

Balanus, uocatur id genus alui ſubducendæ, quod clyſteris loco ſubditur. A ſpecie glandis. Id, ut ait Pollux, ex adipe ac nitro factitabatur parte plurima. Vtitur & βαλανίσαι uerbo Hippocr.

Βάλανος, glans, palmæ fœminæ fructus: ſicut maſculæ ψὴν. penis extrema pars, repagulum ferrę: quod etiam μάγγανον uocatur, clauis.

Βαλάνινον ἔλαιον, oleū, quod ſit ex unguentaria glande. Cæterùm Vnguentariam glandem Vergilius interpretatur Myrabolanon, & Myrepſicon. Serus ſcholæ, & uetus Pandectarum ſutor, illud interpretantur oleum de Ben, uel Behen.

Balanus Scordianus. Lege, Caſtanea.

Balanus Myrepſica, id eſt, glans unguentaria, apud Dioſcor. lib. 4. cap. 163. Plin. lib. 12. cap. 22.

Balaria, Lychnis coronaria apud Dioſcor. libro. 3. cap. 113.

Balaryis, Bryon Thalaſsion, apud Dioſc. lib. 4. cap. 100.

Balauſſus, herba non multum diſsimilis eſt Narciſſo.

Balauſtinus color dictus à flore Punicæ, autor Thyl. de coloribus.

Balauſtium, ſylueſtris Punicæ flos eſt, Cytinus uerò ſatiuæ. Vulgus indoctorū hodiè paſsim Balauſtia uocat, & Cytinos, cùm tamen & Dioſcor. & Galen. manifeſtè

manifeste Cytinos in satiua, priuatim ap pellauerint: Balaustia uerò in agresti. In quibus sciendum, Cytinos Punicæ flores, à tumore dictos Græcis fuisse. κύτος enim illi, quod ambitu & tumore suo aliquid capit, & in se claudit, dixerũt. Lege, Cytinus.

Balbi sunt, qui pronunciando, literam unam, uel syllabam exterunt, & præter mittunt.

Balbus. Lege, Morbi.

Balenæ ora habent in fronte: ideo summa aqua adnatentes, in sublime nimbos efflant. Plin. lib. 9. cap. 6. In mari Indico animal maximum, cap. 4.

Balineum, pro balneo dixerunt Plinius & Seneca in naturalibus Quæstionibus: fortasse à græca dictione βαλανεῖον, quod græcis significat balneum.

Balij, qui græcè Βαίοι, id est, Baij.

Baius color, id est, uarius, uel spadiceus, id est, palmeus, qualis est equorum quoque apud Maronem. Nam & Baius uulgò dicitur is, quoniam spadices, hoc est, palmarum cum fructu suo termites Græci uocant Βαΐα. Lege, Baia.

Balincium, uinum quod in Sicilia nascitur, saporem mulsi referens.

Ballarion, Lychnis. Vide Corollaria apud Dioscor. lib. 3. cap. 113.

Balneæ. De Balneis Galenus refert, Aliquas fieri studio nostro, Quasdam uerò sponte naturæ. Nostra opera fiunt balneæ ex Nepeta, Origano, Hysopo, Thymo, & huius generis, spasmo & doloribus multũ utiles. Balneæ uerò quæ sponte proueniunt, diuersæ sunt: nitrosæ, salsæ, surphureæ, asphaltidæ, στυπτηριώδη, ferri, aut æris naturam habentes. Quædam ex his compositę. Harum omnium uis exiccandi. Stipticę sunt omnes salsæ, & æratæ. Sulphureæ stomacho aptæ. Ferratæ lyeni conueniunt & stomacho. Sunt & frigidæ balneæ, quæ ψυχρολουσαι uocantur: & habent quidem illę iuuamenta sua: de quibus Galenum require. Nos quoque priuatim tractaturi sumus. Laconicũ hoc genus quondam appellabatur, quòd eo Lacones uterentur. Quanquàm & alius fuerit illis mos, qui & hodie quoque manet, ubi hypocaustula calefacientes, æstu exactum sudorem expellimus. Videtur notasse Marcialis, cùm dicit. Ritus si tibi placeant Laconum, contentus potes arido uapore cruda uirgine, marcia ue mergi. Sed & appellatur pluribus nominibus: Laconicum, Pyriaterium, Hypocaustum, Sudatorium, Sphæristerium. Cicero ad Atticum, Laconicum sibi parari petit. Et Columella. Quotidianam inquit cruditatem laconicis excoquimus, & exusto sudore sitim quærimus. &c. Vitruuius lib. 5. docet rationem Laconicorum fiendorum.

Balneæ. Lege, Thermæ.

Balneæ naturales. Lege, Thermæ.

Balloten, nomine alio Marrubium nigrum, à similitudine foliorum uocant. Plin. 27. scripsit alia appellatione à Gręcis uocari, ac folijs quàm Porri maioribus constare. Vide Diosc. lib. 3. cap. 115. Schwartzer Andorn / wyld Müterkraut / Hertzgespert.

Ballote. Schwartzer Andorn. De Ballote uide rixam Scriptorum in Herbarij nostri Tomo secundo, ubi singillatim opiniones cõaceruauimus. Egit de ea & Plin. lib. 27. cap. 8. Eum lapsum miror quàm nititur tueri Collinutius.

Balsamita, ut inquit Dioscor. albæ uiolę lyrij, aut pyracanthę magnitudine cõspicitur. Folium rutæ proximum, longè candidius, per petuò uirens, in Iudęa solũ quadam ualle & Ægypto nascens: his differens modis: scabricia, proceritate, gracilitate. Quod igitur tenui & cappillacea coma est, Theristũ uocant: quasi demessile. Fortasse, quoniam ob gracilitatem facile demetatur. Teut. Balsamkraut. Plura Plin. libro. 12. cap. 25. Theophrast. libro. 9. cap. 6. Eius genera duo uide in L. Fuchsij Herbario.

Balsami fructus, ligna, & succus an cõ

 modè

modę hodie à nostris haberi ualeant, & an in officinis uerè seruentur, uideant qui ea impudētēr ementibus obtrudūt. Nam nisi Plinius nos fallat, admodum, præter eius raritatem, in eo loco ubi pro uenit, etiam difficilè extra prouinciam mittitur, & supra modum adulteratur. Tamen monere Pharmacopolas libuit.

Balsamena, Buphthalmus apud Dioscor. lib. 3. cap. 157.

Balsamodes, Casiræ alterum genus, ab odore simili appellata, sed amara. Plinius lib. 12. cap. 19. Lege, Casia.

Balsamon ut seritur, colitur, metitur, & colligitur, uide apud Plinium libr. 12. cap. 25.

Balsamum uerum quid sit, quomodo colligatur, & de adulterio eius, require apud Theophrastum lib. 9. cap. 6.

Baltheus, in re medica pro farinæ massa accipitur, quæ alio nomine Conspersio uocatur.

βάνχος. Lege, Oniftos.

Barba Caprina, à florum nimirum figura, quæ capri barbam refert. Teuton. Wyld Geyssbart.

Barba Iouis, Semperuiuum. Lege apud Dioscor. Chrysocome, lib. 4. ca. 58.

Barbyla, Anemone.

Barbarum Rha. Rha barbarum.

Barbarum, & Barbara, emplastri nomen ueteribus in usu, & frequens medicis. Citatur eius iuuamentum ab Aëtio & Horatiano.

Barbula hyrci, Bockbart / Gauchbrot / quæ ab aliis Come uocatur, breui est caule, foliis croci, radice longa, dulci, supina, magno super caulem calice: cuius summo semen nigrum depēdet. Vnde nomen inditum est. Dioscor. lib. 2. capite 160. Theophrast. lib. 8.

Barbari equi. Lege, Appuli Roseani.

Bardana. Arction. Dioscorides libro 4. cap. 108.

Barrire, elephātorum proprium, sicut Hinnire equorum.

βαρύοσμον, quod grauiter olet.

βάρυτον, herba Sabina. Lege, Sabina.

Bardones. Lege, Inulum.

Bared, apostema durum ipsius oculi.

Basilion, Viola alba, uel Leucoion, apud Dioscor. lib. 3. cap. 139.

Basiliscus, nomine notius animal quā uisu, Cyrenaicæ potissimus prouinciæ, 12. non amplius digitorum magnitudine, candida in corpore macula, ut quodā diademate insigni. Sibilo omnes fugat serpentes. Nec ut reliqui serpentes corpus impellit, sed celsus & erectus in medio incedens. Frutices & herbas necat, non contactu solùm, sed & afflatu. Huic tamen tali monstro, mustelarum uirus exitio est. Plin. lib. 8. cap. 21.

Basiliscus, tanta fertur acuitate ueneni, ut quàmuis breuissimus (palmum enim non excedere dicitur) serpentem tamen, quantumlibet magnum halitu suo extinguat, Ælianus.

Basis interdum ipse uocatur pes.

Basilicon syluestre, Ocimastrum apud Diosc. lib. 3. cap. 48.

Basilica, uena Iecoraria.

Basilicon, Emplastrum nigrum, quomodo fit, lege apud Celsum lib. 5. ca. 19.

Basus, citatur eius unguentum arthriticum ab Aëtio serm. 12. cap. 44.

βαταλίζειν, turpiter, & effœminatè uiuere dicitur.

Batalus dicebat apud Atticos pudendorum pars, græcè βάταλος. Quidam τὸν πρωκτὸν, id est, podicem batalum uocant: & Cynedos quoque sic dictos, ἀπὸ τοῦ τυπῆναι ἐν τῷ ἔργῳ καὶ βαταλίζειν, id est, ab ictibus qui in re fœdissima inferuntur. Vide Chiliad Eras.

βάθυς, id est, profundus.

Bathypicron, Ahsinthium, apud Dioscor. lib. 3. cap. 25.

Bati. Lege, Crithmon.

βάτος Græcis, latinis Rubus est, Teuton. Brombeer. Fructus eius, mora uacinia, uel mora bati uocantur, dicti. Gal. 6. de compos. medic. secun. locos, cap. 1. à βάτου, βάτινα, καὶ βατινια.

βατὸ

βατὸς ἰδαία, id est, rubus idæus, Enula campana. Lege, Helenium.

Batrachion. Lege, *βάτραχος*.

βάτραχος, id est, rana, uulgò notũ animal, in ripis fluminum & paludum cõ ạ xans. Est & morbi genus Batrachos, in tumentibus sub lingua uenis. Cæterùm Batrachion partim herba Ranunculus: Hanenfüſſz, partim quod ex putrilagine diuini laticis nascitur, specie ranunculi: uenenum præsentissimum, quod uel solo halitu minus prudentes opprimit. quo utuntur Chymistæ. Hoc ab effectu quoq; Chrysocolla dicitur officinis.

Batrachium, Ranunculus. Lege, Ranunculus.

Batrachium dictum, quòd limitibus humidis, opacisq; ranarum more lætetur: aut quòd aquis ubi ranæ degunt potissimùm gaudeat: aut quia inter eius frutices ranæ frequenter inueniantur. Genera eius uide apud Leon. Fuchs. Herb.

Batrachus, Halica. Lege, Calamites.

βάτραχοι, ranæ.

βάτραχοι χλωροί, ranæ uirides.

Batrochos, linguæ tumor cùm inflammatione, maximè pueros infestans.

B D

Bdellion, arbor nigra, magnitudine oleæ, folio Roboris, fructu Caprifici, naturaq; Gumi. Plinius libro. 12. cap. 9. Lachryma est Saracenicæ arboris. Diosc. libro primo. Officinæ, Bdellium Iudaicum uocant.

Bdelyra, Chamelæa apud Dioscorid. lib. 4. cap. 182.

βδέλλα, Sanguisuga. Dicta ἀπὸ τοῦ *βδάλλειν*, quòd sanguinem emulgeat.

B E

Bebriacenses aues, turdorum specie, paulum infra columbæ magnitudinem, sapore gratæ. Plin. lib. 10. cap. 49.

βήξ, tussis, *βηχικός*, tussi laborans.

Bechicon, idem quod Bechion, apud Dioscor. lib. 3. cap. 124.

Bechion quid sit, uide Dioscor. lib. 3. capite. 124. Roſzhůb / Brandlattich / Bechicum medicamentum, quod tussientibus utile est. Eſzelshůff.

Belbiton, præter bubulum fimum, apud Galenum polyporum etiam carcinoma significat.

Beleci, legumina apud Aristophanẽ. Sic enim quidã interpretantur. *βελλίκοι* græcè. *βίλλος* enim legumen quoddam ciceculę non dissimile.

Belenion. Est in libro de Plantis apud Aristotelem, si modò nõ subdititius est. Belenium, inquit, delibutorium in Perside uenenum erat: & in Ægyptum, & Palestinam translatum, sine periculo mandi cœpit. Hæc commentatio Græcis perierat, ut inquit Barbarus. Habebatur in Arabico. demùm conuersa est in Græcum sermonem à quodam, ut fertur, Maximo. Propterea quædam in eo libro barbara fruticũ, & radicum leguntur nomina, ut sunt Benteli, Nenuphar, O pinais, & aliquot huiusmodi. Opinais quid sit, parum liquet: nisi quis pro Silphio intelligat: quoniam succum inibi ex eo manare lentiusculum scribitur, quem priuatim uocamus *ὀπὸν*. Benteolos autẽ initio spicata esse traditur, mox in arborem grandescere.

Belion, Polium montanum, apud Dioscor. lib. 3. cap. 122.

Belotocos, & Belouacos, Dictamum, apud Dioscor. lib. 3. cap. 35.

Bellaria, flos Lychnidis herbæ, apud Paulum lib. 3. cap. 24.

Bellis, latinam dũtaxat appellationem habet. Aliàs Bellius Plinio. Hortensis & minor. Teut. Monatblům / oder rote blůmlin. Media, Maſzlyeble / Kleyne Zeitlöſle. Maior, Genßblům uocatur.

βενρία, id est, Acorus.

Benteles. Lege, Belenion.

Benteli. Lege, Belenion.

Benedicta, à salubritate sic dictum electarium, ualet artheticis, & podagricis, ut dicit Nicolaus.

Berenices suffimentum, uide apud Aëtium lib.13.cap.119.

Berbena, aliâs, Verbena.

Berberion, uel Berberi, cōchę genus, ex qua uniones, & margaritæ uelluntur. Autor Barbar. in Coroll. Chamarion libro.2.

Berilion, Anemone.

Besasa, semen Rutæ, ut placet Aetio sermone.8.cap.47.

Bestiana, antidotus, hepatis scirrho cōueniens, describitur ab Aetio libro decimo, cap.6.

Beta duorum generum, notissima herba Domestica, Mangolt/Römischer köl. Syluestris Pyrola, Teut. Wynter grün. Sic dicta, quia depressa, figuram b, refert. Vide Dioscor. lib.2.cap.136. Plinium lib.19.cap.8. Theophrastum lib.8. Athenæum libro.3. Dipnosophist.

Betanomantia, ex herbis miracula facit, à Thessalis fœminis orta, quas hodiè sagas uocamus. Fuerunt Betanomantę, apud Vergilium Phurmacentria, apud Homerum Circe.

Bęticus color, uide Pullus.

Betonica, est apud Diosc. lib.4.cap.1. Plinium lib.25.cap.8.

Betonicæ quædam species est, quæ unum caulem habet, & in petris nascitur, teste Paulo Ægineta. Multum differt specie, non effectu ab alia Betonica, ramulos habens Pulegij minores, & gustu fatuas. Barb. Coroll.1. in librum.4.

Betonicæ species alias contendit Fuchsius. Vide in Herb. suo. cap.132. Lege, Cestron.

Betisalca, Vitis nigra, apud Dioscor. lib.4.cap.195.

B I

Biaron, Dracontium maius.

βίκιον Grecè, Vitia latinè dicitur. Teuton. Wicken. Dicta à uinciendo: quòd uti uitis capreolos habeat, quib. sursum serpit. Varro.

Bidentibus, ferramentis rusticis. Satyrographus. Vide bidentis amans, & cultì uillicus horti. Colum. lib.4.cap.5.

Bifida animalia uocantur τὰ δίχηλα, bos, elephas, capra, porcus, ouis.

Bigemmes, duarum gemmarum, sicut Trigemmes, trium gemmarum, id est, oculorum: sic enim in arboribus & uitibus nominantur. Vnde & gemmaterę, & gemmascere dictæ. Vide Col. lib.5. capite tertio.

Bihernij uocantur, quibus in utrisquè scroti partibus signa herniæ apparent. δικήλοι Græcè.

Bilis Crocea, eam quam uulgò Vitellinam uocant.

Bilis pallida, ea quam uulgò uocāt Citrinam, uel Citrinam choleram.

Bilagium medicamentum, id est, χολάγωγον.

Bipalio, genus est rustici ferramenti, ad fodiendum accommodati, cuius crebra mentio est apud scriptores rerum rusticarum. Colum. lib.3.cap.13.

Bipennula, id est, Pimpinella.

Bison, animal è boum syluestrium genere, cerui figura, media fronte inter aures unum cornu habens excelsius. Plin. lib.8.cap.15.

Bisonthes gignit Scythia, item Germania: uulgus hodiè Bubalos appellitat. Suspicatur Volaterranus doctiss. uir, alios esse Bubalos, quos hodiè sic uocamus, ab hijs, quos Plinius intellexit.

Bisamium, sic Romani γιγγίδιον appellant.

Bissinum, coloris species.

Bistorta, Tormentilla est. Germ. Tormentill/Rotwurtz/Blůtwurtz.

Bitumen Iudaicum, gręcè ἄσφαλτος. Juden lym.

Blacta, talpa, ἀπὸ τοῦ βλάκτειν. Quidam etiam aliud genus Blactarū faciūt.

βλάκτος μασιλήτις, species quædam Cassiæ. Lege, Casia.

βλακεύειν, id est, torpere, olim dicebantur, qui obeundis negocijs, nimio plus desidebant, quadamquè quasi mollice torpebant.

Blanca,

Blanca, existimo Italicum esse uocabulum, quod pro albore posit interpretari. Sic & Nicolaus interpretatur: quoniam albos purget humores. Habetur in Antidotario Nicolai.

Blapsigonia, morbus apum, quando fœtum scilicet non peragunt. Plin. libr. 11. cap. decimonono.

Blatta pistrinaria. Lege, σίλφη.

Blattaria herba, folijs minutis, & candidis, cauliculis plurib. flore luteo. Barbarus in Corollario existimat tertiã esse speciem Verbasci. locus est apud Diosc. libr. 4. cap. 105. Teut. Schabenkraut. à colligendis in se blattis.

Blattæ Bizantiæ quæ sint, lege apud Serapionem, cap. 94. & apud Galenum capite Ostracorum. In Officinis omnibus conspicuæ habentur.

βλαίσοι, uide, Varipedes.

βλάσ℘, id est, germen, ramulus.

βλάστησις, germinatio.

βλαστολογία, decacuminatio.

Blauus color. Lege, Ceruleus.

Blechnos, Pteris, uel Filix, apud Dioscor. lib. 4. cap. 196.

Blechon, Glichon, uel Pulegiũ, apud Dioscor. lib. 3. cap. 34.

βληχώνιον Græci uocant, quòd gustatum à pecore cùm floret, palatum concitet. Teut. Poley.

βλέννην, id est, mucum, phlegma uocauit Prodicus Medicus, præter morem omnium ante se. Galen. lib. 2. de Facult.

Blephara, flos Nympheæ alterę, apud Dioscor. lib. 3. cap. 150.

βλέφαρον, palpebra.

βλέφαρα Græci uocant, quæ nos Cilia, utrinq; oculum in somno, et in occursu noxæ alicuius claudẽtia, appellamus. Et βλεφαρίδας, quas nos palpebras, in extremo ciliorum margine natos pilos, quibus in uidendo lucis nostræ radij diriguntur.

βλεψιδαίμων, distortis oculis, ueluti ab dæmone percussus. Sic uerò nominari Socraticos, autor Pausanias est.

Bles, lingua Dacorum Blitum.

Blesi uocantur, qui literam aliquam exprimere non possunt, eamq; non quàm libet, sed certam.

Blesitas, non tàm linguæ uitium est, quàm eorũ etiam, qui oblæsum gressum habent, quę ratio uocabuli est apud Gręcos παρὰ τὸ βλάπτω. noceo, impedimento sum.

Blesi, quibus extrorsum sunt crura: sicut Rhebi, quib. introrsum sunt. autore Polluce.

Bletrus, eadem herba quæ & Pteris, & Blachnon, asperæ, & mordicantis naturę. Sic Scholia Nicandri. Fortè ea quę apud Diosc. lib. 4. Filix appellatur.

βλῆτον, Blitum.

Blininthes, Lumbrici, uel intestina terræ, uel uermes terrestres.

Blitum, uel Blitus, uel Bletum, indifferenter dicitur græcè & latinè: quasi iners & fatuum olus, sine ullo sapore, aut acrimonia. Teut. Maier. βλίτ℘, stolidos & ignauos Græci dixerunt, socordes & nullius momenti homines. Hinc Plauto in Trucul. blittea meretrix. Erũpit ocyssimè Blitum. Semen ut Betæ corticeum, copiosum, racemosumque ut atriplici. Radice non una, crassa, in rectum tendente, ut beta, & lapathon, & maxima pars olerum, sed continua, multiplici, ac prolixa. Insipidum, & sine acrimonia. Duorum generum habetur, rubeum, & candidum. Et quia stultum est olus, hodiè quoq; in prouerbium uenit, ut stupidos quosq; & hebetes, Bliteos uocemus. Blitea quoq; ingenia. Nullũ in morbis, aut sanitate usum habet. In aliquibus tamen locis uulgari plebeculæ edendo est.

βλῶμ℘, panis fragmentum. Vnde & panem ὀκτάβλωμον dixit Hesiodus, uelut octo fragmentorum.

☞ B O

βλυδι℘, humidus.

Böa, morbus est papularum: cùm rubent corpore, Sambuci ramo uerberatę,

Boa, ferpens aquatilis, quē grçci ὕδρον uocant. Crurum quoq; tumor uiæ labore collectus, boa appellatur.

BO

Bobinare, menftruo mulierum inquinari uocant.

Bolifmus, fames canina, infatiabilis.

Βωλοεργασία, glebarum inuerfio.

Bocas, genus pifcis: à böando, id eft, uocem emittendo dictus.

Βόλαι, dolores partus.

Βολβοφάκη, fic à Poeta quopiam cognominatur lens, eo quòd Bulbus illi mifcebatur.

Βολχόν, Bdellium.

Βολίταινα, polypi fpecies.

Bolitos, bouinum ftercus.

Bolon, Sparganion, apud Diofc. libro quarto, cap. 24.

Bombitatio, fonitus apum: ficut mugitus böum.

Bombochylon, Mandragora, apud Diofcor. lib. 4. cap. 79.

Bombyces, infectorū genus in Affyria proueniens. Nidos luto figunt falis fpecie: fed tanta duricia, ut fpiculis perforari uix pofsint. Plin. lib. 11. cap. 22.

Bombylis, generis Bombycis. Idem ibidem.

Bonaffus, Peoniæ beftia, equina iuba, cætera tauro fimilis: cornibus ita in fe inflexis, ut non fint utilia pugnæ. Plin. lib. 8. cap. 15.

Bonus habitus, eft fanitas quędam cōpofita, & conftituta.

Boös, ferpens immenfus, uictitans lacte böum, & bubulorum. Solinus cap. 8. Hos Plinius libro octauo, cap. 14. portentofæ magnitudinis in Italia quondā fuiffe fcribit.

Βορβόροπις, hortus: fed et obfcęna pars corporis.

Βορέαι, uenti Septentrionales.

Borion, Epipactis, apud Dio. lib. 4. ca. 110.

Βοσκάς. Lege, Palimpiffa.

Bofmorus, frumēti religiofi genus, tritico minus, ut inquit Strabo. Inter ames prouenit, excuffumq; torretur protinus. Iuramētoq; adiguntur meffores, nō abfportaturos fe id prius inde, quàm coxerint, ne femen in alias terras cōmunicari pofsit. In Diodoro Bofphoron, non Bofmoron, corruptis exemplaribus inuenias.

Βοτανισμός, runcatio, hoc eft, euulfio inutiliū aut noxiarū herbarum. Jetten.

Bothryon, oculi ulcus arctū & purū, grǽcè βόθριον, quafi foffulam dixeris. Auicenna annulum uocat. Eft autem in cornea oculi.

Botrys, fruticofa herba, lutea tota, & in multas alas fparfa: femen eius circa ramulos prouenit. Teu. Traubenkraut. Diof. lib. 3. cap. 128. Cappadoces & illam Ambrofiam uocant. Idem cap. 127. Alij Artemifiam.

Botryitis, prima Cadmię fpecies, apud Diofcor. lib. 5. cap. 75.

Bouinalis, Paronychia, frutex, apud Diofcor. lib. 4. cap. 57.

Bouina fames, βούλιμος græcè.

BR

Brabyla pruna apud Theocritum, id eft, Damafcena.

Brachium, fic dictum, quafi βραχύ, id eft, breue: eo quòd humeris ad manus breuiores funt quā à coxis plantæ. Grǽcè, βραχίων.

Brachium ofsibus cōftat duobus. Brachij prominens fummitas dicitur Acrocomia, aut humeri caput. Item Epomis, & Acrocalia, apud Iul. Pollucem.

Brachia plantarum, pręcipuè autem arborum funt ramuli: quòd inftar brachiorum in homine extendantur.

Βραδυπεψία, tarda concoctio, feu tarditas, concoctionis.

Βρογχοκήλας, Græci appellant etiam & in inguibus βουβωνοκήλας. Sed & in ceruice inter cutem & afperam arteriam βρογχοκήλη uocatur. Quo modò caro hebes, modò humor aliquis, melli, aquę uè fimilis includitur. Interdum minutis ofsibus pili admixti.

Βρόγχος,

βράγχος, raucedo, ubi in larynge & gutture fit fluctio, ab βραγχιάζω, id est, raucesco. Ægineta passionem uocat arteriacam, lib. 3. Præceptorum. à βραγχιάζω item, id est, raucesco.

Branchia, corpora cartilaginea, secundũ asperam arteriã, quæ cùm putrescũt, aliquãdo per sputum eijciunt, ut inquit Galen. lib. 1. locorum affectorum.

Branchiæ. Piscium alij branchias multiplices habent, alij duplices: his aquam acceptã ore remittũt: super qua re sic scribit Ambrosius in Hexametro. Pisces branchias habent, quas multiplicant & colligunt, nunc explicant atque aperiunt: in hac ergò collectione & apertiõe dùm suscipitur aqua, & transmittitur, ac penetrat, respirationis munus uidentur implere. Vide Colum. lib. 8. cap. 17.

Brassica, à præsecando dicta Varroni: quòd eius scapus minutatim præsecatur. Ruel. Teut. Kölkraut.

Brassica rustica, Apocynon, apud Dioscor. lib. 4. cap. 84.

Brassica syluestris, maritimis, præruptisque locis gignitur, satiuæ similis, sed candidior, hispidiorque, & amara.

Brassica petræa, Brassica syluestris.

Brassica rustica, Brassica syluestris uocatur: & nomine alio Capparis.

Brassica erratica, Brassica syluestris.

Brassica marina à satiua præcipuè abhorret: quòd folia ferat rotundæ Aristolochiæ prælonga, tenuia. Singula à ramis rubentibus exeunt, singulari ut Hedera stylo. Habet lacteum succum, sed paucũ, salso gustu, & aliquantũ amaro, pingui compage. Teut. Meerköl.

Brassica canina, Apocynon, apud Dioscor. lib. 4. cap. 84.

Brassica canina, item Cynocrambe, apud Diosc. lib. 4. cap. 202.

Brassica ingens, quæ arborẽ æquauit, uisa Manardo, de qua uide li. 9. Epist. 3.

De Brassicæ multis generibus, qui uolet consulat Dios. lib. 2. cap. 133. Theoph. lib. 7. cap. 4. Plin. lib. 20. cap. 9. Catonem de re Rustica, cap. 156. cap. 157. Comm. præterea Herm. Barb. & M. Verg. uix enim usque olus aliquod apud illos celebratius, maiorumque iuuamentorum.

βράσαι uocantur terræmotus, deorsum se ad angulos rectos iactitantes: à similitudine aquæ efferuescentis.

βράθυ, βράθυς. i. Sabina. Lege, Sabina.

Brechmasis, Indorum lingua, piperis grana uacua, & inania. Plin. li. 12. cap. 7.

βρεχὸν, Ægyptiacè Lupinus.

βρέγμα, anterior tantùm capitis capillata pars est, caluaria, guttur. Latini Sinciput uocant.

Brenthiæ, radices quædã, quib. mulieres nõnullę genas rubificãt. quas nõnulli fucum, aut Anchusas interpretantur.

Brephoctonos. Magicè Conyza, apud Dioscor. lib. 3. cap. 135.

Bretanica, apud Dioscor. lib. 4. cap. 2. Plin. lib. 25. cap. 3.

Brethyon, unguenti genus crassioris.

Brichilata, Onobrychis. Diosco. lib. 3. cap. 171.

Brion, pes galli. Lege, Caucalis.

Brisam. Videtur Brisa poni prò uinaceis. Nam Plinius hoc idem memorans de passo conficiendo, sic inquit. Quidam ex quacunque uua dulci, dum percocta illa, faciunt: siccantes sole, donec paulò amplius dimidium pondus supersit: tusasque leuiter uuas exprimunt: deinde quantũ expressere adijciunt uinaceis aquę, puteoue. Vt & secundariũ passum faciant, diligentiores eodem modo, siccatis acinos eximunt, ac sine sarmentis madefactos uino excellenti, donec intumescant, exprimunt: & hoc genus ante cætera laudant. Dispice, an ex hac Brisa deduci commodè posit Brisæus: propter illud Persianũ. Est nunc Brisæi quẽ uenenosus liber Acci. Quo in loco interpretes multi multa comminiscunt, pauci pauca benè. Nihil decerno ut dogmatistes, sed opinor ut opinator. Scio apud Macro. cognominari Bacchũ Brisęa. Quidam autumant Brissam uuam tunc

dici, cùm pedibus calcatur ad uinum exprimendum. Col. lib. 12. cap. 35.

Britanute, Ampelos Melæna, apud Dioscor. lib. 4. cap. 195.

Βριταννικὴ. Lege, Halimum.

Broci, dentes.

Brochos, id est, Bdellium.

Βρῶμα ὀδόντων, rosio dentium.

Βρομώδης, quod egregiè nutrit.

Βρομώδης ἐν τῇ γεύσει, gustu uirosum.

Bromos, alia ab Ægilope, etiam auenacei generis, apud Dios. lib. 4. cap. 141.

Bromus, Haberen / genicula quędam habet, ut inquit Dioscorides lib. 2. cap. 104. folio & stipula tantùm mutatur, & in cacuminibus dependentes paruulas, ueluti locustas gerit, in quibus semen cõtinetur, utile ad cataplasmata uti hordeum. Commentarij quidam pro auena interpretantur: & nõ admodũ abludit descriptio. Est & herba eius nominis, cuius mentionem Dioscor. facit, lib. 4. cap. 141. non auena quidèm uera, sed similis auenæ, & uiribus fortasse æquipollens.

Bromos Siphonion. Diosc. lib. 4. cap. 141. Teut. Haßenörlin / Haßenbrot / Gawzederen / Queckgraß mit den vßgespreyten zotten.

Βρογχοκήλη, in ceruice, inter cutem & asperam arteriam tumor, qui modò caro hebes, modò humor aliquis melli, aquæue similis includitur: interdum minutis ossibus pili admixti, Teutonicè, der Kropff.

Bronchocele, est tumor iuxta fauces, differens ab eo quòd in scroto nascit. Vel,

Bronchocele est tumor in collo magnus ac rotundus, ab interioribus partibus hanc appellationẽ sortitus. De speciebus eius uide Paulum lib. 6. cap. 38.

Βρογχοκοιλία, uitium procliue nostris conciuibus insulæ Rupertianæ. Teutonicè, Kropff.

Βρογχία uocantur à dissectoribus asperæ arteriæ, cartilagines, σ literę figuram referentes, pulmonis concauitates.

Βρόγχος, guttur.

Bronchion, itaquè cartilagineum corpus dicitur.

Brotion, Aizöum minus, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 92.

Brucia, liquor resinæ ambustæ secundus, post Cedrium, Pix dictus, lentore ab alia pice differens: item colore rutilante, & quod pinguior, è Plinio conijcere licet. Bruciam à Brucijs dictam, ubi nascitur, ad oppidum Mamernium, fera ci minore, ut Strabo inquit.

Bruchus, locustarum generis, alis carens, Græcè ὄνος.

Brustandula. Lege, Lupulus.

Bruscum, tuber in arbore, præsertim in Citro, & Acere.

Brucia pix. Plinius. Pix in Italia ad uasa uino condendo, maximè probatur Brucia. Vide de ea Columellam libro 12. cap. 19.

Brucula nobilis. Lege, Irion.

Bruma, à breuitate dierum sic dicta, quasi βραχὺ ἦμαρ.

Bruta, arbor Cupresso similis, ex albidis ramis, iucundi odoris accensa. Plin. libro. 12. cap. 17.

Bryodos, quod algæ ritu fragile est.

Bryon, Lichen, apud Dioscoridem libro quarto, cap. 56.

Bryon marinum, nascitur in scopulis, testaceisque, haud procul à mari, gracile, capillaceum, caulis expers. Diosc. lib. 4. ca. 100. Teut. Beerlapp / Teüfels klee / Gürtelkraut / neünteyl / neüngleych.

Βρύον, id est, muscus, à quibusdã σπλάγχνον uocatur: in Cedro arbore, Populo alba, & Quercu inuenitur. Dioscorid. libro primo. Barbarus differentiam facit inter Bryon, & Brion: ut Bryon quidèm aliarum arborum corni sint, Brion uerò Populi candidæ uua, circa Gnidũ optima, aut Cariam, in sitientibus, asperisque. Plin. lib. 12. capite uigesimotertio, & uigesimooctauo.

Bryon item quidam Amoschum intelligunt, ut ad Demetriadem diuus Hieronymus scribit.

Βρύον,

Βρύον Græcis, Lupus salictarius Latinis, Lupulus officinis, uulgò Humulus, Teuton. Hopff. à Bryoniæ similitudine sic uocata. Nonnullis lupus reptitius.

Bryonia, Vitis alba, apud Dioscorid. lib.4.cap.194.

Bryonia syluestris, Aiuga, uel Chamæpytis, apud Dioscor. lib.3.cap.176.

Bryonia nigra, Vitis nigra, apud Dioscor. lib.4.cap.195.

Βρύτιον, cortex uuæ, seu uinaceorum, illud scilicet quod remanet, ubi uinū fuerit expressum. Traberen.

Bryton. Lege, Lupulus.

B V

Bubalus. Lege, Bisontes.

Bubo, noctis monstrum, inauspicata auis. Plin. lib.10.cap.12.

Βουβῶνες, sic Græci uocant omnium generum præter naturam tumores, in quacunque corporis parte factos. Paulatim deinde ad certa aliqua genera contracta ea uox est: priuatimque Bubones dicti, qui aut offensa propinqua parte, aut ulceribus alijs, aut doloribus sine periculo plærunque adnasci consueuerunt. Aut qui per pestilentiam in febribus præsenti periculo ingruere solēt in femoribus, alis, colloque. Latini contra inguina sua ad certam femorum partem, angustius quàm decebat adhuc contraxerunt: quoniam scilicet frequentiores illic fiant tumores, & ueluti abscessus huiuscemodi.

Βουβὼν, pubis inguen, hulcus inguinatium inflatum, quod generatur ex aluo.

Βουβωνοκήλη, tumor testiculi ex inflammatione, ac febres afferens. Siue tumor in inguine ex repletione nerui, in quo testiculus dependet.

Βούμαστος, magnas mammas habens.

Βούπεινα, id est, magna fames.

Βοῶπις, magnos oculos habens.

Bubonion, Aster, uel Inquinalis, apud Dioscor. lib.4.cap.121.

Bupedes pueri, id est, prægrandes.

Buceras, uel ut Plinius, Buceros, Fœnugræcum: sic appellatum à Theophrasto primùm, in.4. lib. de Plant. hist. à bubali cornu, cuius figuram gerit.

Βούκερως. Lege, Buceras.

Bucephalus, Tribulus, apud Dioscor. lib.4.cap.17.

Buccina, à Græcis κήρυκες dicuntur. Sed tamen Muricum nomen generalius est, utpote quod & purpuram quoque comprehēdit. Muricum generis sunt, inquit Plinius, quę uocant Græci Colycia, uel ut alij legunt, Corycia, turbinata æque, sed minora multo, efficaciora etiam, & oris halitum custodientia. Athenæus hæc non muricum, sed cannarum generibus cōtribuit: eas quoque in Macedonia κωρυκὰς dici, Athenis uerò χρῦα, in cætera Grȩcia Tracheas, hoc est, asperas uocari prodit: quod & Plinius ferè alibi secutus uidetur. De Buccinis, & eorum iuuamentis lege Dioscor. lib.2. Plin. lib.9.cap.36.

Buccinum, minor concha: ad similitudinem eius Buccini, quo sonus editur: unde & caussa nomini, rotunditate oris in margine incisa. Plin. lib.9.cap.36.

Bucinus minor, Delphinium, uel Sena, apud Dioscor. lib.3.cap.82.

Bucolos, nouellos boues, & tirunculos, Græci βουκόλον uocant Bubulcum, & βουκόλιον armentum boum. Colum. lib.6.cap.2.

Bucranion, Vitis nigra. Dioscorides libro quarto, cap.195.

Buffo. Lege, φρῦνος.

Buglossa, Buglossos, & Buglossum, idem, Burretsch. Dioscorid. libro quarto, cap.129.

Buglossos, id est, Borrago uera, de qua aliâs in Herbarij nostri Tomo.1.

Buglossum, lingua bubula, apud Dioscoridem lib.4.cap.129.

Buglossum magnum, apud Diosc. lib. 4.cap.120. Lege, Crision.

Bulapathon, Lapathorum generis, radicis tantū altitudine differens à cæteris.

Bulbina, rubicundo radicis bulbo, folijs porraceis, ut ait Plinius. Manti uocant

cant Buberigi. Vide Corol. Barbari, in Bulbo cibario.

Bulbus. Cornelius Celsus in Bulbis numerat Allium & Cępam. Plinius discriminat, docēs quo modo serendi sint. Megaricos Bulbos laudat Cato. A Pöëtis optimo epitheto, salaces nominantur: quoniam stimulant Venerem. Verùm de hisce Bulbis nihil ad rem pręsentem. Sunt praeterea Bulbi in radicibus arundinum, liliorum, aliarumq; plantarum, à similitudine dicti. Hinc Plinius scribit, radicem Lilij unam, sępè Bulbos quinquagenos emittere. Item scribens de Asphodelo herba, sic refert. Radix eius Napis modicis similis est, neq; alia numerosior, octoginta simul aceruatis saepè Bulbis: & mox radicem, id est, Bulbos interpretatur. Idem Plin. scribens & ipse de Arundine, enarrat quid sit apud Columel. Bulbus in radice Arundinis. Plinij uerba sunt haec. Seritur Arundo Bulbo radicis, quam alij Oculū appellant, dodrantali scrobe. Ab eodem Plinio Bulbasæ, & Bulbaceæ radices appellantur, in quibus Bulbi tales conspiciuntur, quales in radicibus Arundinum. Columel. lib. 4. cap. 23.

Bulbos nominãt radices suis membranis tunicatas, siue pluribus capitulis coaugmententur, uno folliculo omnes ambiente: siue quadamtenus distinctę separentur.

Bulbus Cibarius, describitur à Diosc. lib. 2. cap. 189. & Plin. lib. 10. cap. 5.

Bulbus Hęmaticos, Lilium syluestre, apud Diosc. lib. 3. cap. 139. Teut. Weiss Hornungsblumen.

Bulbi Megarici, quòd è Megari ciuitate Graecię uenirēt: & genus est Cepę.

Bulbus Morbitarius, Emetius, Narcissus, apud Diosc. lib. 4. cap. 164. Teut. Zeitlösel / Hchtblum / Nackethür / Pfaffenhoden.

Bulbus syluestris, Ephemerum uenenum, apud Diosco. lib. 4. cap. 48. Feld / wyld / oder acker Zwybel.

Bulbus Vomitorius, uel Emeticus, idem. Meminit eius Diosc. lib. 2. cap. 181. Teut. Herbstblům.

Bulbus Vomitorius, folia habet leuiora, & longiora Bulbo cibario, de quo est apud Diosc. lib. 4. cap. 162.

Bulbi, quos sues, & agricolæ è terra eruunt, à magnatibus in precio habētur, quasi Veneris sint illecebrae: & in secundis mensis pro delitijs commanducant. Germ. Grebling / Erdtnuss. Austr.

Bulbus agrestis, Colchicum. Dios. lib. 4. ca. 87.

Bulimos, Βούλιμος, Graecè Βουλιμία, passio nominata stomachi, & casus appetentiæ, ex frigiditate exteriore, quià fame quidèm inchoauit, sed non habet eam amplius adiunctam. Et per hoc differt ab Appetentia canina, quæ contrarium operatur. Gal. libr. 2. Aph. Aphorism. 21.

Βούλιμος, id est, fames.

Bungæ. Lege, Mergum.

Βουνιας, Napum. Lege Napum.

Bunias, id est, Napum syluestre, secundùm Manardum Epist. lib. 5. Epistol. 3. Tom. 1. Teut. Steckrübē / Stickelrüben / Bottfeldisch Rüben / Baumholder Rüben. Sic dicta, quòd radix eius in amplitudinem excrescat, & in rotundum extuberet. Βουνός, cliuos, colles, uerrucosaq; loca uocant.

Bunion, apud Diosc. lib. 4. cap. 125.

Bupina, similis Bulimiæ, passio, qua immodicè siti excruciantur infirmi, da einer müss getrunckē haben wie ein Kühe. Sic enim Alexander Medicus appellauit lib. 3. Medicinæ.

Βουπρηστις. Lege, Buprestis.

Buprestis, natum in Italia animal longipedi scarabęo simillimum, fallit inter herbas bouem maximè, unde & nomen inuenit: deuoratumq;, tacto felle ita inflamat, ut rumpat. Non satis tamē ostendūt rustici eius animalis formam, diuersisq; appellationibus, diuersis locis, & diuersa forma describitur, et appellatur. Vide Plinium lib. 30. cap. 3. Dioscorid. lib. 2.

libr.2. & Nicandrum in Theriacis suis. Est & herba eius nominis, ut illud etiam obiter admoneam.

Buphthalmos, est apud Dioscor. lib.3. cap.157. Plinium lib.25. cap.8. Teuton. Gänßblům/ Kalbsaug/ Kůhe aug/ S. Johañs blům.

Buphthalmos, Semperuiuum. Diosc. lib.4. cap.91.

Buphthalmus, Cotulæ fœtidæ similis, flore luteo. Vocatur & Heluros. Vide Coroll. Barb. in diction. Buphthalmus.

Bursa pastoris. Teut. Deschelkraut/ Nyrtenseckel. Dicta à foliorum forma.

Burrhus color. Vide, Rufus.

Busycos, marisca, ficus insipida.

Buteo, genus auis, quæ ex eo se alit, quod accipitri eripuerit.

Butyrum, Græcè βούτυρον, spuma lactis est, concretius quàm quod Serum uocatur. Dicitur & hic Butyrus: & ab Hippoc. Picerion. Sic nominatũ est primum à boue Butyrum: ut miretur Dioscor. Galenus, quòd ex caprino, & ouillo confici lacte dixerit. Ex caprino tamen fieri solere, testis est Plinius: quod tamen antiquiores negauere, nomen magis, quàm rei naturam contemplati. Vide Dioscor. lib.28. cap.9.

Buxeus color est, qui pro pallido sumitur. Pollet enim præ ceteris buxea materia.

B Y

Byne, medicamentum quo tumores olim ponebantur: eo usus est Aëtius. Erat autem hordeũ madefactum, quod germen emisit: & deinde unà cum enatis ligulis torrebatur, tritumq́ue pro cataplasmate imponebatur. Aëtius libro.10. capite.29.

βυσαύχενα dicitur, cui ad collum humeri sunt contractiores, Quanquàm apud Pausaniam quoque eo appellatur uocabulo, qui collum componit, sursumq́ue protrudit humeros.

Byssinus color. à Bysso lini genere tenuissimo, fulget ut aurum.

C A

CAcabalum, Solanũ, uel Strychnon apud Diosc. lib.4. cap.74.

Cacabi, & Cacabides, à sonitu & stridore dictæ olim perdices sunt.

Cacabos lingua Pœnorum Solanum somniferum, apud Diosc. lib.4. cap.76.

Cacaliã, eam putãt esse, quæ apud Plinium margaritis minutis similis reddit, lib.4. Diosc. cap.124. Vide Cancamus.

καχεξία, malus corporis habitus, ubi ex mala corporis habitudine alimẽtum corrumpitur. Vide, Tabes.

Cachectici, quorũ corpus macie cõficitur.

Cachla, Buphthalmos, Diosc. libro tertio, cap.157.

Cachryes, oblonga sunt particularum modo nucamenta, quæ squamatim compacta propendent è ramis. Hyeme crescunt, uere dehiscunt in flauescẽtes squãmulas, & folio prodeunte decidunt: indicia quædam particularia arboris parturientis, quæ nec fructum, nec florem propriè dixeris. ut in Picea, & alijs permultis uidere licet. Plinius Pilulas uocat, urendi uim habentes.

κάχρυς, hordeum.

καχρυδίας, panis ex hordeo.

Cachrij, rosmarini semen, uel rosmarini herba. Sic Nicandri scholia. meminit & Dioscorides, Cachryos.

κάκοηθες, genus carcinomatis. Celso.

Catoblepa, modico corpore, scilicet cęteris membris iners, caput tantùm prægrauè ægrè ferens, id deiectum semper in terram: aliàs internecio humani generis, omnibus qui oculos eius uidere, confestim expirantibus. Plin. lib.8. cap.21.

κακοχυμία, malus succus. uitium id dicitur, quã corpus uel flaua bile, uel nigra, uel pituita, uel serosis humoribus refertum est. Austr.

κακοχροία, decolorata corporis species sine manifesta caussa. Paulus uocauit ἄχροιαν.

Cacoëthia,

Cacoëthia, malignitas.

κακοήθης, pessimū ulceris genus, quod sua ui grande, difficileq́ apparet, ignauum, & quod dolo interdum fallit. Paulus de ulceribus.

κακόναμος, malè suratus, malè tibiatus. Theophrast. πανίοις κακονάμοισιν ἐρίσδω.

Cacophonia, uocis uicium.

Cacos, Iris syluestris apud Diosc. lib. 4. cap. 25.

κακοστόμαχος, quod stomacho nō conuenit. Hinc

κακοστόμαχα, quæ stomachum lædunt.

κακόχυλα, quæ mali succi sunt.

Cadmiam, & eius usum, & genera illius, lege apud Diosc. lib. 5. cap. 75.

Calabrix, pro sentice, à græco fortasse. cùm Iulius Pollux inter uillarum septa maneret, genus unum quod καλάνρων inquit appellatur.

καλαβωτίς. Lege, Crommion.

Calamagrostis, gramen harundinum apud Dioscor. lib. 4. cap. 34.

Calamintha, Mentha, seu Hediosmos, apud Dioscor. lib. 3. cap. 39. Germanicè, Steynmüntz / oder Kornmuntz. Sic dicta, quasi bona, uel utilis Mētha. Sunt qui ab κάλον, id est, ligno deriuent: ut sit Mentha lignosa. Ruel.

Calamintha montana Nepffig/Nept en/Katzenkraut. Diosc. lib. 3. cap. 41.

Calamintha syluestris, Scordiū, apud Dioscor. lib. 3. cap. 123. Wyld Müntz/ Wyld Nept.

κάλαμοι. Lege, harundo.

καλαμίδας Græci propriè dixerunt acus ex harundine factas, quibus mulieres cincinnos & uelamenta capitis uelarent: quod nunc æreis, aut argenteis fit.

Calamites, ranarum species in harundinetis, frutetisq́ roris linctu uictitans, sine uoce, omniumq́ minima & uiridissima: quæ si fortè à bubus hauriatur, distendit eas. Hanc & Driopterem uocari credimus à Plinio: quia inter frutices & arbores uescitur. Teut. Laubfrösch. Est & genus uocalis, paruæ, scandentis arbores. Inuenitur & palustris, muta, inter uenena. Aristoteles ranas communes Tolmatiças, aut Lymnęas, hoc est, lutarias & lacustres nominat. Varro luridam ranam dicendo, pro Calamite uidetur dixisse: quamquā m epitheton hoc ranarum omnium faciant Poetæ. Habetur & Batrachos halica, hoc est, piscatrix rana, sed inter pisces, Aristoteli, & Gironi.

Calamus odoratus in India nascitur. Melior est fuluus, densè coloratus, & qui assulosè frangitur, plena areneorum fistula, albicans, lentus in mandendo, & adstringens, & cum aliquanta acrimonia amarus. Plin. lib. 12. cap. 22. Calamus odoratus in Arabia nascens, communis Indis atq; Syriæ est. Marc. Verg. Qui odoratus Calamus dicitur à Diosc. lib. 1. cap. 17. à Plutarcho in libello, Quòd Bruta ratione utantur, Arabicus dictus est: & quam natale solum Dioscor. adsignat, ille Arabiam decernit. Quod & Theophrastus indicat, & Plinius, qui et in Arabia nasci confirmant.

Calamus aromaticus. sic Officinæ hodiè uocant. Calamum odoratum: sed hodiè nullus habetur: & quod uulgus eo nomine uocat, radix potius est, quàm calamus, atq; uel acorus est, uel alia quædam res nobis ignota. Manardus. Videant igitur hic myropolæ, uideant Medici barbari, ne in perpetuum imponant uulgò.

Calamochnon, id est, harundinum lanuginem, Adarcem Græci uocant: eius meminit Diosc. lib. 5. cap. 128.

Calathus, est rectus turbo, id scilicet quod ex angustijs in latitudinem se diffundit, ut in floribus Liliorum patet.

Calcaneum, scelos, et pterna, quasi patera dicitur: quoniam πατῶ ἔραν, id est, procalcar: ut probat Eustachius. Vnde pterna ciuitatis, apud Lycophronem, pro basi.

Calcotar adustum, id est, ultriolum album

bum adustum.

Calculcræ, purpureæ, à calculo maris mirè apto conchylijs, & longè optimo purpuris. Dictæ & purpuræ calculosæ.

Calculus pultarius, oris compressio- ris. Interdum percommodè corpori ap- tatur uice cucurbitularum. Celsus lib. 2. capite decimo.

Calda. Cadmum ueteres dicebãt, nos calidum. Quod & Quintilianus adnota uit. Martialis. Iam defecisset portantes calda ministros. Caldor pro calore po- ni, autor Colum. lib. 6. cap. 29.

Calida membra in homine sunt, cor, sanguis, spiritus (qui etiam temperatus asseritur) iecur: exinde caro, musculi: de- inceps renes, & lyen.

Calidarium quid sit. Lege, Apnigēon.

Caluata uinea, teste Catone & Plinio, in qua uites quidẽm sunt, uerùm paucæ, rareq́, ut in caluitio capilli. Nam & Grę cis loca satis, fruticibusquè nuda, φαλα- κραι, quasi caluata appellantur: ut quæ nihil ferunt. Apud Colum. Glabreta.

Calicles. Medicus.

Calyx, folliculus, quo flos primũ, mox seminis fœtus clauditur.

καλλαί, latinè, genus intincturæ, uestes purpureæ.

κάλλαιοι, gallinaceorum barbæ.

Callirion, Lilium, flos, apud Dioscori- dem lib. 3. cap. 115.

Callias, Solanum somniferum, apud Dioscor. lib. 4. cap. 76.

καλλιβλέφαρα, uide, Circumlitiones. propriè autem sunt quæ honestant siue uenustant palpebras.

Callimerus. uide. Acetabula.

Callionius, piscis nomen, cuius fel in- ter alia probat Diosc. lib. 2. Quidam pro Accipensere accipiunt: alij pro Lyco, & sacro pisce.

Callistei, apud Ægyptios, olim in acu- tum reformati panes.

καλλίτριχον, qđ capillicíũ augmentat.

Callitrichon, Capillus ueneris, apud Diosc. lib. 4. cap. 137. A capillo dicitur, quẽ tingit, crispum, densumq́ faciens. Feldt Scharlach / od Feldt Andorn. Hieron. Trago.

Callitriches, toto penè aspectu differũt à simijs, barba in facie, cauda latè diffusa priori parte. Hoc animal negatur uiue- re in alio, nisi in Æthiopia, quo gignitur cœlo. Plin. lib. 8. cap. 54.

Callius mas, Tripolium apud Diosco- ridem lib. 4. cap. 136.

Callus, est substantia lapidosa, & rigi- da, compacta quædam, alba, atq́ exspira tione priuata caro. Vnde etiam dolorẽ non sentit. quippè cùm neq́ uena, neq́ neruus in ipsam pertingat. Curationem eius uide apud Paulum lib. 6. cap. 77.

Callytrychon. Lege, Struthium.

Calor totum occupans corpus, febris est. Gal. lib. de causis morborum.

Caltha, uel Calthula, Calendula est: quasi flos sit omnium mensium. Teuto. Ringelblům / ab intorto & in circulũ acto semine.

Caluã, eã pars capitis quæ capillis intẽ cta est: cuius prior pars synciput, posteri or occiput uocatur.

Calua, & Caluaria, idem. Sed & loca sepulturæ publica dicuntur Caluariæ, quæ Græci Polyandria uocant.

Caluaria, Calua, κράνιον, idem.

Caluitium, Ophiasis, & Alopecia, no- men latinum.

Caluitium, caniceì contrarium, per ino piam fit humiditatis, & radicis capillorũ marcorem.

Calx, ex quibus lapidibus debet para- ri, deq́ eius bonitate uel malicia, uide eti am Vitruuium lib. 2. cap. 5.

Calx colata, quæ uulgò liquefacta.

Calx Veneris, Gebrañt ertz.

Calx uiua quomodo paranda, lege a- pud Diosc. lib. 5. cap. 124.

Calycanthemon, Volucrum, apud Di oscor. lib. 4. cap. 15.

Calycãthemon, Periclymenon, apud Dioscor. lib. 4. cap. 16.

Camarus, Delphinium apud Diosco-

ridem lib.3.cap.82.

Cammaron, Mandragora apud Dioscor.lib.4.cap.79.

Cammaron, Aconitum apud Dioscoridem lib.4.cap.80.

Commori, sunt quos Græci quoque κάμμορος, hoc est, infortunatos, pœna affectos, cruciatos: pro κακόμορος appellant. Tanquàm ἀεὶ ἐν κακοῖς, multis scilicet lachrymis oppleti.

Camelopodion, Prassium apud Dioscorid. lib.3.cap.118. Andorn weiblin.

καμάρωσις, quasi testudinatio: caluæ ictus est, in qua ossis pars aliqua in testudinis & cameræ formam suspensa relinquitur, altrinsecus à reliqua calua separata. Lege, Fracturarum ossium differentiæ.

Camphora, ab Aëtio Caphura, in odoramenta adhibetur: uulgò omnibus notissima, Officinis præcipuè: frigida in quarto gradu, arboris cuiusdam gumi.

χαμψάντιμα, rosmarini species quædam, sed fertilior. Vide Dioscor.lib.3.

Camachirus, medicus, citatur ab Galeno libro Simplicium.

Campanula, à florum similitudine nomen traxit, qui campanam planè repræsentant. Germanis dicta Ceruicaria, hoc est, Halßkraut: quòd scilicet ad oris, & ceruicis, fauciumque mala mirificè conferat.

καμπή, suffrago, poples, nodus, flexura post genu. ὀλυγισμός.

κάμπη, id est, Eruca, uermiculus qui olera depascitur. Est aliud bestiæ genus, quod in Libya Liber pater sustulisse fabulatur, ad Zambirram oppidum, tumulo in monumentum eius facti condito. Insectum uillosum. Græcis à flexura nomen habet: quia in arcum arrependo curuatur.

κάμπαι. Lege, Erucæ.

Cancamus, herba à Galeno dicitur, ab Diosco. Cacalia. Nam Caucalis alia est. In quo etiam neoterici fœdissimè diffluctuant. Græci lignum quoque aridum Cancanon appellant.

Cancanum, secundùm quosdam Lacca, & longè alia quàm quæ de purpurarum floccis conficitur tinctoribus. Est & gumi quoddam genus, fluens ex arbore, Lacca dictum, tincturis utile. Barbarus in Coroll.23.lib.1. Diosc.lib.1.cap. Cyphi. Plin.lib.12.cap.20.

Cancer, est tumor inæqualis, asper, fœdus, subliuidus, dolore infestans, absque ulcere interdum: quem etiam latentem nonnunque appellauit Hippoc. qui scilicet curatione potius irritatur: interdum cum ulcere proueniens. Paul.lib.6.cap.45. Teut. Der Krebs.

Cancherinon Lapathon, Lapathi ea species quam Oxalida uocant, uerus Rumex.

καγχρυόφορα δένδρα, omnes arbores sic uocantur apud Theophr. quæ κάγχρυν ferunt: numerauitque in hoc genere idem scriptor, & Plinius abietem, laricem, pinum, piceam, tiliam, platanum. Plinius tamen pilulam interpretatur. Caret latino nomine κάχρυς hæc, quemadmodum & Libanotidis semen. quod unica interposita litera tantùm κάγχρυν uocant. Vocant & Canchryn, & Canchrydia idem Græci, molita primùm, mox frixa hordea, magna nominum similitudine, & ob id præsenti semper dubitatione, quid in ea uoce intelligendum sit. Sollicitè igitur agendum inter legendum. quoniam tàm procliuis est lapsus, ne unam pro alia usurpemus.

κάχρυς, quid differat ab κάγχρυς. lege, καγχρυόφορα δένδρα.

κάγχρυς, rosmarini semen, eius quæ inter fertiles & fructiferas recensetur. Diosc.lib.3. Teut. Roßmarin somen.

Candaulus, siue Candylos, mixtura ex carne cocta, pane & caseo Phrygio, ut inquit Athenæus: siue ut Plin. ex lacte & melle.

Candelæ sunt, quacunque constent materia, scirpis, tæda, seuo, cera: ut mirum non sit, libros Numæ candelis inuiolatos tradi.

Canella, uulgò Cinnamomum, idquè

Italico idiomate,& à mercatoribus.
Canes Laconici, Arcades, Argolici, Cyrenaici, Libyci, Molossi, Indici, Castorides, Bretrei, Cretēses, Celtici, Alani, Diaponi, Parippi, Meliteę, qui sunt, collige ex singulis nominibus sub sua litera. Autor uerò omnium Pollux.
Canina Brassica, Cynocrambe, apud Dioscor. libro. 4. cap. 202.
Caninum malum, Mandragora apud Dioscor. lib. 4. cap. 79.
Canica, Furfur. Teut. Klygen.
Canicaceus panis, panis furfureus.
Canicies, ut inquit Aristot. pili est ęgritudo, aliquando quidem uitio corporis: aliquando, cùm senio nimio corpus in frigiditatem prolabitur. Lege, Capillorum affectus.
Caniculę marinę. Vide Pli. li. 9. ca. 46.
Canis. Plin. lib. 8. cap. 40. Garamantū regem canes ducenti ab exilio reduxere, præliantes cōtra resistentes. Itē propter bella Colophonij, Castabalēsesque cohortes canum habuere, & primę dimicabant in acie, nunquam detrectantes: hæc erant fidelissima auxilia, nec stipendiorum indigna. Pugnasse aduersus latrones canem pro domino accæpimus. Fidelissimi, ut inquit Plin. ante omnia homini sunt Canes. Col. lib. 7. cap. 12.
Canum multa genera & nomina, require apud Cœlium, lib. 9. cap. 53.
Canina appetentia, insatiabilis cibi cupiditas, apud Paulum lib. 2. cap. 52.
Caninam mortem, Græci difficilem intelligunt: quoniam difficulter animum efflare deprehensum sit animal hoc.
Cannabion, Cannabis satiua apud Dioscor. lib. 3. cap. 166. Teut. Hanff.
Cannabis syluestris, apud Dioscorid. libro. 3. cap. 166.
Canocerſęa, Helxine, apud Dioscor. lib. 4. cap. 42.
Canopicon, Pityusa, apud Diosco. lib. 4. capite. 176.
Cantharides, uermiculi ficorum & pyri, & rosæ. Quidam scarabęos pilularios, qui & Canthari, accipiunt, & ab Hipocr. Capriones uocantur. Plin. Est, inquit, Cantharis scarabæus paruus, fruteta erodēs. Cantharidum uenenum qua in parte regnet, non constat apud medicos. Quidam enim in pedibus, alij in capite affirmant esse. De eorum iuuamentis lege Dioscor. lib. 2. cap. 65. Plin. libro 11. cap. 28.
Canthari. Lege, κανθαρίδες.
Cantharis, Fumus terræ apud Diosc. lib. 4. cap. 111.
κανθοὶ, duo anguli in oculis. Gal. in Isagogico. De ijs primo animalium, κοινὸν δ᾽ ἐ τῆς βλεφαρίδος μέρος τῆς ἄνω καὶ κάτω κανθοί, δύο μὲν πρὸς τῇ ῥινὶ δ᾽ ἐ πρὸς κροτάφοις, id est, pars communis superioris, inferiorisque palpebræ Canthus est: quem duplicem habet uterque oculus, alterū iuxta nasum, iuxta tempora alterū.
Canthi domestici. Lege, Oculorum anguli. Lege item ῥαντῆρες.
Canthi syluestres. Lege, ῥαντῆρες.
Cantherij equi sunt, qui à rusticis uocantur Caballi: quibus adempti sunt testiculi. Teut. Münch. Apud Columel. genus est simplicis iugi, siue iugatæ uineæ, porrecto ordine, quem Canterium appellant, meliorque ea uino est, quando scilicet ipsa non obumbrata, assiduóque sole coquitur, & afflatum magis sentit, & celerius rorem dimittit, pampinationi quoque omni facilior, super cætera deflorescit: utilius fit id iugum pertica, aut arundinea, aut funiculo. Colum. lib. 4. cap. 18. Hinc Canteriatæ uites. Columella lib. 5. cap. 8.
Canus. Lege, Albus.
Caper syluaticus, Ambrosia herba, apud Dioscor. lib. 3. cap. 127.
Caphura, id est, Camphora, secundùm Aëtium, arboris cuiusdam gumi.
Capidula. Vide, Capis.
Capidā à Catone dictā inuenimus, ad lotium mouendū, Iunipero similem: uerùm quę sit, dicere cōiectura nequimus.
Capillamenta, particulæ teretes & ob

longæ in capilli modum extenuatę.

Capillorum affectus nouem sunt, scilicet. Contorsio. Decoloratio. Quassatio, Fractio. Nutrimenti penuria. ἀτροφία, Canicies. Alopecia. Fluxio. Contorsio in extremitate est capillorum habitus, & connexio indiuisibilis, adeò, ut non posint augescere crines. Conquassatio autem hæc est, inæqualis crinium dissidentia, quæ fit forcipibus combinatis, aut tunsis non dissimilis. Atrophia, id est, nutrimenti indigentia, est uehemēs ex defectu gracilitas, propter quam non possunt crines crescere. ξηρασία autem est, quùm lanuginosa est crinium superficies: similis his qui sunt puluere discissi & dissoluti. Defluxio capillorum, est decidentia sequens plærumque deficientes: aut qui ex morbo longo conualescunt. Canicies, est mutatio crinium in alborem ante maturum ætatis tempus. Alopecia, mutatio crinium est in candorem, cùm crines ueteres radicitus excidunt. Ophiasis, est mutatio coloris, similis supradictis, in multo densior: etiam cùm tunc tortuosi fiunt, et caput dimidiť.

Capillaris, Trichomanes apud Diosc. lib.4.cap.138.

Capillus Veneris, Adianton apud Dioscor. lib.4.cap.137.

Capitis dolores ex spiritibus sunt. Hippoc. libro de flatibus.

Capis, idos, genus uasis. Inde Capidu-

Capitatæ uineæ. Quæ crescunt in (la. caput, & robur crassitudinis accipiunt in stirpe, dicuntur capitatæ. Quæ uerò brachiorum & ramorum incrementis adolescunt, brachiatæ nuncupantur. Columel. lib.5.cap.3.

Capitones. Lege, καυθαρίδης.

Capitulum Martis, Eryngion apud Dioscor. lib.3.cap.23.

Capnia uitis, quę uuam nigram ex candida, & candidam ex nigra sine prodigio ullo fert.

Capnitis, herba Fumaria, Dioscorides libro.4.cap.112.

Capnitis, præter herbam Fumariam, etiam Cadmiæ species quædam.

Capnium, Aëtius interpretatur Chelidoniam herbam, & quæ circa sepes nascatur: cùm uulgò, & testimonio etiam Dioscoridę, pro Fumaria, uel Fumo terræ omnes interpretētur. Vide Aetium sermone.10.cap.2.1.

Capnogorgion, Fumus terræ herba, apud Dioscor. libro.4.cap.111.

Capnos in hordeis, Fumus terræ, herba apud Dioscoridem libro quarto, capite centesimo undecimo. Erdtrauch / Taubenkropff / Katzenkörbelkraut. Fumaria dicta, quòd succus eius herbæ oculis inditus, ueluti fumus lachrymas mouet, oculosque mordicat.

Capparaulæ. Lege. Tellinæ.

Capparis, uel Cappar, Capreß (nam utrumque apud Palladium legitur) uulgaris, quotidianique usus in obsonijs: nasciť in Gallijs & Italia, in Germania non adeò. Pingitur pluribus à Diosc. lib.2.capite.192. Plin. lib.3.cap.23.

Capreoli, coliculi sunt intorti, ueluti cincinni quidam in ipsis pampinis tenerioribus apparentes, quibus uitis ueluti manibus quibusdam, adminicula complectitur, ac comprehendit. A capiendo capreoli dicti.

Cappria, Capparis.

Caprea. Lege, Dorx.

Capra. Plinius libro.8.cap.50. sic dicta, quòd uirgulta carpit.

Capreæ. Vide, φύσιγ.

Caprificatio, Erismasmus, Sycasmos, idem sunt.

Caprificus, ἐρινεός Gręcè uocata, quòd in Erineo Thessaliæ oppido primùm apparuerit, ut Phocioni placet: longè ualidior est quàm ficus, nullis ferè uitijs obnoxia.

Caprimulgi appellanť grandiores merulæ aspectu, fures nocturni. interdiu enim uisu carent. Intrant pastorum stabula, mulgentes capras. Plin. lib.10.ca.40.

Caprinæ baccæ, stercora caprarum, apud

pud Palladium.

Capros. Lege, φύσιγ.

Capsella. Lege, Thlaspi.

Capulam, & Cabellum, utrumq; pro uase accipe.

Capulæ. Vide, Capulatores.

Capulatores, qui capulis oleũ deplent. Sunt enim Capulæ ansata uasa.

Caput dici consueuit id, quod sursum, deorsumúe in globum extuberat, aut in orbem glomeratur: si à magnitudine cesserit, Capitulum. Ruell. Extremam tamen uitis partem Caput etiam uocant, id est, ultimum & productissimũ flagellũ.

καράβοι, locustæ marinæ, cancrorũ genus. Plin. lib. 9. cap. 31.

κάρος, crapula, sopor, ebrietas. Somnolentiæ genus. Politiano capitis grauedo. à κάρη, capite.

καραμβίδιον, id est, Radicula, siue Radix, uel Raphanus.

Caron, Athenæus Pastinacam maiorem esse putauit, & multò præstantiorem sapore quàm Pastinacam uulgarem, libro. 9. Dipnosoph.

Carbo. Vide Celsum lib. 5. cap. 28. Serenus. Horrendus magis est perimit qui corpora carbo. Vrit hic inclusus, uitalia rumpit acerbus. Lege, Exulcerationum quæ in oculis.

Carbones fissiles. Teut. Steynkolen.

Carbonatilia sunt, quæcunque terræ plus quàm fumi continent. 4. Meteor. Aristot.

Carbunculus. Vide, Anthrax.

καρχόδοντες, dẽtes asperi, et interiores.

Carcinethron, Polygonum apud Dioscor. lib. 4. cap. 5.

καρκίνωμα, est tumor malignus & perniciosus, prædurus quidem, & exulceratus, aut minimè exulceratus. Id uitium maximè fit in superioribus partibus, circa faciem, nares, aures, labia, mammas fœminarum. In iecore uerò, aut splene nascitur. Circa locum aliqua quasi puncta sentiuntur. Celsus libr. 5. cap. 28. Est quoq; oculi uitium eius nominis, in cornea oculi tunica rubens, & pinguis, incurabile frequenter.

καρκῖνος. Cancer.

Cardamine, uel Cardamina, olim Sisymbrium dictum, alio nomine Iberis uocatur, odorem ac saporem Cardami habet, hoc est, Nasturtij. Teut. Wylder Kressz/Gauchblům. Multa autem ubique nascitur, maximè tamen circa ueterа monumenta, murosq;, & circa uias, in locis incultis. Folia autem habet Nasturtij, uere quidem urentia, & nasturtio multo maiora. Longitudo uerò caulis cubiti parui est, aut paulò amplior. Æstate florem lacteum promit, & tunc efficacissima censetur. Semen fert quàm minimum, atq; idipsum pro totum caulem nascitur. Radix acerrimum habet odorem, & Nasturtio similem. Aëtius sermon. 12. cap. 1.

καρδάμιον, Sisymbrium.

Cardamomum Arabes Cordumeni uocant, de alia re sub Cardamomi nomine pertractantes. Quæ nam uerò res ea sit, Oedypo eget coniectore: quoniam nullum de ea scribentem Græcum autorem affert Serapion. Ex quo fit, ut existimem, uel rem esse nouam, hoc est, quæ post Gal. tempora in usum uenerit medicorum: uel errasse in ea non solùm interpretes, sed & ipsos autores. Nisi fortè quispiam putet, cùm Plin. quatuor Cardamomi species enumeret, de duabus, capite de cordumeni, de reliquis, cap. de cardamomo ab Arabibus scribi. Auerrois tamen. 5. lib. sui Colliget, quoddam Cardamomum inter medicinas post Galen. repertas connumerauit: cùm superius inter eas quæ à Galeno pertractant, de alio conscripsisset. Ego tria seminum genera uidi, quæ pro cardamomo feruntur, inter quæ nescio an unum sit quod uerè Cardamomum dici possit. Hæc Manardus. Vide Theophr. lib. 7. Gal. lib. 7. Plin. lib. 12. cap. 13.

κάρδαμον, aliis Cynocardamum, aliis Iberis, aliis Cardaminaca, Ægyptiis Se

meth, Romanis Nasturtiū dicitur. Nomen à narium tormento inuenit, uigoremq; uel prouerbio significat, iubente, Nasturtium edendum inertibus: quasi torporem excitet, animumque obacuet. De Cardamo uide Dioscor. lib. 2. Plin. lib. 20. cap. 13. lib. 19. cap. 8. Teut. Garten Kreſſʒ. Dictum Cardamon, ἀπὸ τῆς καρδίας, quòd cor foueat, & in syncopi quam Cardiacam uocant, plurimum ualeat. Vel καρηδάμον uocāt: quòd caput edomet.

Cardamomum, Geranij genus alterū, apud Dioscor. lib. 3. cap. 130.

Cardamomum ubi crescat, uide apud Theophrastum lib. 9. cap. 7.

Cardamomum quoq; uocatur Lepidium: de quo uide Manard. lib. 9. Epist. 3.

καρδαμάντικη. Lege, Iberis.

καρδία, uel Cardiaca passio. ἀπὸ τῆς καρδίας, sic dicta à corde: uel potius ab ore stomachi: non quòd illam quidèm passim sustineat cor, sed stomachus, & periculum sit, ne attingat cor. Nam Cardia, uentriculi pars est superior.

Cardiacā, Teut. Hertʒgespan / Hertʒ gespert. à Cardiaca passione, cui mirificè conferre uidetur, appellant. Veteribus ignota. Morbus, qui hominem ad tabem usq; perducit. A ustr.

Cardiacus morbus, est innati spiritus consumptio & remissio. Fit autem, ore uentriculi malè affecto, aut ipso stomacho cum sudoribus. Nonnulli autem putauerunt, corde inflammato hunc fieri affectum: hi Cardiacum affectū, uel syncopin, id quod contingebat, uocauerūt. Galen. de Definit.

Cardialgia, seu Cardiagmon, stomachi dolor est molestus, uterum gerentibus familiaris, à mordacib. succis ortus.

Cardos uocabāt antiqui pecorini generis, quæ post CL. diem in lucē edebant.

Carduelis, auium minima, imperata facit: nec uoce tantùm, sed pedibus & ore pro manibus. Plin. lib. 10. cap. 42.

Cardus fullonū, Dipsacos, apud Diosc. Carduus, Nasturtium, Kreſſʒ.

Carduus, qui Scolymos, pingitur ab Diosc. lib. 3. cap. 15. Groſſʒ dyſtel.

Carduus marinus, Chamæleon albus, Dioscor. lib. 3. cap. 9.

Cardus pineus, Chamæleon albus Theo. Gazæ: sed falsò, ut probat in Coroll. Barbarus.

Carduus Veneris, Dipsacus. Diosc. li. (3. cap. 12.

Carduus niger, Chamęleon niger, apud Dioscor. lib. 3. cap. 10.

Carbas, uētus ad dextrū Solani. Vitr.

Carex, qua mollissimę texuntur cathedræ, folio ferè harundinis, uliginoso & palustri solo plurima. Seruius Caricem describit acutam, & durissimam, sparto similem. Verg. Tu post carecta latebas.

καρηβαρικὰ, quæ caput grauāt. Hinc καρηβαρία, capitis grauedo, ebrietas.

κάρχος, genus leguminis.

Caricæ falsò à Barbaris fici sicci putantur: cùm sit fici potius species, ut inquit Plinius, idq; in Syria.

Cariosa, putrida, exesa, situ, senioq; corrupta. Caries putrilago est ex uetustate.

Cariosi dentes dicuntur putridi, foraminatiq;. Columel. lib. 4. cap. 26.

Cariosus, à carie. Est enim Caries putrilago & uetustas.

Carna, dea erat in latina historia, quā uitalibus humanis præesse credebant. Ab ea petebatur, ut inquit Macrobius, ut iocinera, & corda, quæq; sunt interanea omnia salua conseruaret. Huic templum dicauit Brutus, qui cordis beneficio publicum statum emendasset.

Carnosi generis plures sunt species. Prima quidèm, quæ propriè uocatur caro: quam scilicet nusquàm inuenies in corpore per se, sed est perpetuò musculi pars. Ab hac cuiuscunq; uisceri propria substantia est. Eam Erasistratus Parenchyma uocat. Vide Galen. de temperament. lib. 2. folio. 18.

Carnuiora animalia, quæ crudis carnibus uescūtur. ut hyena, crocodylus, leo, lupus, pardalus.

Carnopes,

Carnopes,locustę sic dictę ab Oetēsib.

Caro quidem ex sanguine est calida,& humida,molliciem corpori tribuens.

Caro arborum,id quod cortici subest.

Caro Arborum,omnibus diuidi potest dimensionib.quomodo terra,et quę ex terra cōstant.Et est media inter Neruum,& Venam.Ruell.ex Theophr.

Carobachates.Lege,Achates.

Caros,barbarè Cardamomū. Est autem καρὸς Dioscor.libro tertio, cap.64. Teut.Mattkümmel/Wyßen Kümmel.à Caria fortè regione,in qua optimum nascitur.

κάρος,à Caribus nomen inuenit,qui primum mercennarij fuere,& corruptionem,& mortis sortem arguit ubi incesserit hominem.

κάρος,id est,sopor,quando ita affectus est æger,ut neq; sensus,neq; motionis munere fungatur,spirandi tamen facultas haudquaquàm læditur. Fit autem, Hippoc.teste,musculis corporū affectis potissimùm in morbis acutis.Gal.de locis affectis.li.4.cā.2. Significat autē nō modò stuporē,sed & quamlibet capitis grauitatē.Sic eñ à capite κάρος Græci nominauerūt,in qua parte fit.Nihil autem differt à Lethargo;nisi quòd in Caro præcedit febris uehementior:in Lethargo ignauior sequitur. Præterea κάρος accidens est plęrunq; aliarum ægritudinum,ut comitialis,fractæ caluæ,uel febris:Lethargus uerò propriā caussam habet.Columella,Festus,& Vergilius etiam Veternum uocauerunt,ut Vergilius. Nec torpere graui passus sua regna ueterno.Colum.lib.8.cap.10. Hæc omnia Gal. Græcè, λήθαργος καταφορά ἐστι βαθέα καὶ δυσανάκλητος,id est,Lethargus est in somnium delatio profunda,& incurabilis.Lege,Veternosi.

κάρος item,crapula somnolentiæ genus,sopor.à κάρη,quod est,caput.

Carochymum ulcus,quod uinoso humore est obsessum.

Carotæ,Lege,Tenontes.

Caroticæ uenæ,quę in collo sunt,ut inquit Gal.lib.de Iuuamento anhelitus; quas si quis comprimat,corruit homo dormienti similis:sequiturq; corporis totius immobilitas.Earumq; item mentionem facit Aristot.lib.de Animalib.3.& quia scinduntur primùm,σφαγίτιδες appellari scribit,id est,iugulares.

Carpathon,Periclymenon.Dioscor.lib.4.cap.16.

Carpesia,herba uenenosa.Paul.lib.5.cap.44.

Carpheotum,Thus electum.

κάρπος.Lege,Carpus.

Carpus,alicubi Balsami,alicubi etiam pro Fenugræci semine usurpatur.

Carpos,finis ossis parapechij.Plin.uocat Brachiale,ossibus compactum octo. Cui quod præiacet,Procarpion uocant.

κάρπος ἄτοκος,semen stupidum,& imbecille.

κάρπος χλωρός,semen uiride.

κάρφος,stipulam,& eam quæ in frugibus aruerit herbam significat.Quidam pro fœnugræco accipiunt.

κάρταγμα,ossis fractura,uel disruptio membri.

Cartamus,Cnicus.Diosc.li.4.ca.100.

Cartilagines,sunt corpora terrestria sine sensu,ossiū imago,ossibus quasi similia.Adiacēt in ipsis articulis plęrumq;.

Carty,Tithymalus,apud Dioscorid. lib.4.cap.168.

Carum,siue Caros,siue Carium,uulgaris noticiæ,ut inquit Dioscor.lib.3.ca. 64. Teuton.Mattkümmy/Weisser Kümmy.

Caryota,pastinaca syluestris.Diosco.lib.3.cap.57.

καρύϊνον ἔλαιον,oleum nucū,uel è nuce Iuglande.Eandem uim habet,quam & Balaninum.

καρυκεία καὶ καρίκευμα,cibus cum aromatibus conditus,uel condimentum.

Caryon,Eryngion,apud Dioscorid. lib.3.cap.23.

Caryophyllatam,ab odoris suauitate,

quam radices de se præbent, nominant: uulgus Benedictam, & Sanamundam appellat. Teut. Benedictenwurtzel.
Caryota, pastinaca domestica Italicè.
Caryon regium, nux regia, persica, Iuglansq́ uocatur: à capitis grauedine sic dicta. nam folia eius grauem expirant halitum cerebro noxiū. Lege, Iuglans. Teut. Nuss.
κάρυα ποντικὰ, Auellana nux. Teut. Haselnuss. minor Iuglande, à Ponto in Græciam deuecta primùm.
Caryotidum, siue Caryotarū, hoc est, Palmularum, tria faciunt genera. Primas, quę uocentur Nicolai, sicciores, amplitudinis uastæ, ut quę cubitorum quaternum longitudinem compleant: ab Augusto ita primo nominatæ, in honorem Nicolai Peripathetici Philosophi, crebro eas ad se missitantis, ut inquit Athenæus. Alteras minus speciosas, sed sapore Caryotis proximę sorores. Postremas nimio liquore madidas, rumpente se pomo in parente ipsa.
Cæsale. Vocabulum id infrequens apud Scriptores, significatq́ locum, ubi purgamus uentrem. M. Varro decenter nominauit, sellam familiarem. Columel. lib. 1. cap. 15.
Caseum Græci τυρὸν uocant. Eius discrimina pulcherrimè Antiphanes Pöeta expressit. χλωρὸν, hoc est, recentem, atque mollem, qualis in fiscella fertur. Ob id fiscellis uocatis, quia inde caseum illiguriunt. ξηρὸν, id est, aridum, atq; ut Iulius Pollux interpretatur, macilentum. κόπτον, id est, prædurum, & contusum. ξυστὸν, id est, tensilem, atq; rasilem. τμητὸν, id est, scissilem. πηκτὸν, id est, cōagulatum, collustratumq́. Nam eum qui acescere incipit, & lacte ficulneo cōierit, Opian uocant. Dictus autem Caseus, à cōeundo.
Caseum Phrygiū, Aristot. ex equino & asinino lacte confici solitum scribit.
Caseus fumosus, fumo maceratus.
Caseorum uaria genera, uide apud Plinium lib. 11. cap. 42. Herm. Barb. in Coroll. lib. 2. & prox. supra.
Caseus Gallicus. Laus apud priscos erat pręcipua caseo Nemausensi (sic enim à ciuitate Galliæ nominatur) cuius meminit Plinius libro undecimo, qui scribit, Caseo Nemausensi fuisse commendationem, sed musteo tantùm, & recenti. Vide Columel. lib. 12. cap. 56.
Caseus ex quibus fit, deq; eius natura, uide Dioscor. lib. 2. cap. 79.
Casia, frutex, qui iuxta Cinnami campos nascitur, sed in montibus crassiore sarmento, tenui cute uerius quàm cortice. Amplitudo fruticis trium cubitorū. Plinius libro. 12. cap. 10. Genera eius plura scribit Dioscor. lib. 1. cap. 12. iuxta odoriferam Arabiam nascitur.
Cassum. Lege, Pectus.
Cassutha, Cuscuta dicitur, Teut. Filtz kraut/ Flachßseiden/ Todteren. Podagra lini etiam uocata, quòd quasi compedibus cui insederit illiget, nec uinctū facilè dimittat.
Casta, Pæonia, apud Dioscoridem libro. 3. cap. 158.
Castanea, Teut. Kesten / quam Diosc. Sardianam glandem, à Sardibus appellat, à Castano Magnesiæ oppido, uelut Stephanus docuit, in Apulia, non procul à Tarento. Castaneam quoq; Latini & Græci appellauerunt, & glandium generis asserunt. Eadem & Iouis glans, item λόπιμα, & Euboica nux, & Balanus Sardianus, nusq; Castanaica. Ex ijs Græci Pagonias appellant, quæ barbulas quasdam habent; nisi quis lanas potius earum intelligat. Sunt enim aliquæ pilis hirsutæ. Cæterū de Castaneis multò plura Diosc. lib. 1. Plin. lib. 17. cap. 20. lib. 15. cap. 23.
Castanea, Græcè, Διὸς βάλανος, hoc est, Iouis glans uocatur. A castitate Plinio sic uocata.
Castaneæ Pagoniæ. Lege, Castanea.
Castaneæ Tarentinæ, faciles, nec operoso cibo, figura planæ.

Castaneæ

Castaneæ Balanitides, rotundiores, purgabiles, maximè ac sponte prosilien-
Castaneę Salarianę, purę, planę. (tes.
Castaneæ Corellianæ, laudatiores.
Castaneæ Meteranæ, ex Corellianis factæ, rubenti cortice.
Castaneæ Triangulæ, & populares, nigræ, quæ uocantur coctiuæ, minima laude, patriæ commendatissimæ.
Castaneta caluescunt. Ex caluitio hominis cognosces, quomodo castaneæ, uineæ que caluescāt. Nam sicut in capite hominis calui, uel nullus, uel rarus est capillus: ita Castaneta caluescere dicuntur, quando raræ sunt arbores Castanearū, & sine stirpibus, sine fructibus loca nudata conspiciuntur. Hæc inter se opponuntur, caluata, & frequentia: ut pro raro & infrequenti caluum accipias. Vide Colum. lib. 4. cap. 33.
Castella quid sint in aquæductibus, ignorare potest nemo, qui Vitruuium, uel Frontinū legerit. Nec aliud sunt, quàm fluentis aquæ per formas & fistulas suas diuerticula, quibus aquæ decurrentis impetus edomatur, qui aliàs nimius, & grauis esset fornicibus.
Castinus Medicus, citatur ab Aëtio sermone. 12. cap. 44.
κάστορ, id est, Crocus.
Castor. Lege, Fiber.
Castores multi, & copiosi reperiuntur in Ponto. Solinus cap. 23.
Castoreum uocant Medici testiculos Castoris, uel fibri.
κάστορος ὄρχεις, id est, Castoris, uel fibri testiculi.
Castorides canes, id est, castore nati & uulpe: ex quo Homer. eos ἀλωπεκίδας alibi uocat.
Casus, est caussa per accidens eorum, quæ rarò contingunt, et aliorum gratia.
Catablepus, in Aphrica gignitur, tauro similis, aspectu terribilis, superciliis altis, atque extantibus, oculis in recessu sanguineis, aliquanto minoribus quàm boui, in terram semper aspicientibus: unde nomen illi datur, Iuba equinam: quam ad certamen arrigit. Si quando frendet, ore aperto, aera super caput haurit. Æl.
Catapotia, adipsa, quę sitim restinguūt, in ore uidelicet sub lingua detenta. Est eorum frequens usus apud ueteres Medicos.
Cataputia minor. Lege, Lathyris.
καθετηρισμός, urinæ prouocatio per καθετῆρα, id est, fistulam urinalem. Modum eius docet Paul. lib. 6. cap. 59.
κατιάς, instrumentum, quo Paulus iubet demortuum fœtum extrahere: uel Hydrocephalum, ut idem appellat lib. 6. cap. 74.
κατοκοιλία, aluus, inferior uenter, in quo excrementa diutius remorantur.
κατοχὴ, ueternosus morbus, uigilans sopor, ubi per soporem palpebræ clauduntur: At in Catalepsi manant apertę.
Catochitem lapidem primùm Corsica insula generauit. Solinus cap. 7. atque inibi de eo lapide multa.
Catochos, detensio, siue captio insensibilis animæ, cum punctione totius corporis. Species autē huius sunt tres. Vnà somniculosa, cui lethargus inest. Altera uigilans: huic adest tetanus. Tertia autē species, quam neque perperàm, neque inusitatè Catochon phreniticon aliquis dixerit. Fit autem ex mistione aggregationum catochi, & phrenitidis: quemadmodum Tiphonia: quæ aut lethargus, aut suffocans, aut lethargicus affectus dicitur. Galen. de Definitionib. Græcorū Medici uetustiores uocauerunt ἀπὸ τοῦ κατέχεσθαι, quod est detineri, & occupari: & in eo malo constitutos, κατεχομένους nuncupauerunt: recentiores uerò fœminino genere, sed non dissimili significato κατοχὴν καὶ κατάληψιν, quasi detentionem, & deprehensionem dicat aliquis, nominauerunt. Paulus libro tertio, cap. 10.
Cataclysmus aquarum illisio superna: Græcè, κατακλυσμὸς, id est, uehemens illisio aquarum.

καταγλισχραίνομαι, summè glutinosum humorem traho. frequens Hippoc. uerbum libro de ratione uictus, in morbis acutis.

Catagnomonicum, est interiorum & exteriorum significatio: signum ex quo cognoscitur effectus.

κατάγμα, fractura, uel ruptura membri, uel os fractum.

καταγματικά, ligamenta, & fasciæ, quibus rupturæ ligantur.

κατάληψις uocatur, quando cum uigilante sopore, posteriora cerebri magis molestantur.

Catangelos, Ruscus, apud Dioscorid. lib.4.cap.147.

Catanchusa, idem quod Anchusa, apud Dioscor. lib.4.cap.26.

Catanance, Thessala herba, de qua Dioscor. lib.4.ca.135. Teut. Ringelblům. Caput monachi. Trago.

Cataplasma, doctius quàm Emplastrũ, uocant & Malagma.

Cataplasma Diatrispermon, quod ex tribus seminibus constat, cymino, baccis lauri, & semine apij. Vsus eius in colica, apud Paul.

Cataplasmata, constant ex floribus ferè, eorumq́ surculis, & axungia.

καταπλασθέντα, Cataplasmata.

καταπασμός, parua atq; simplex defricatio mulcendi cum quadam lenitate, ut inquit Cælius Aurelianus.

καταπέλτης, Catapulta.

Catapiromãtia, per specula diuinatio, qđ genus ludibrij hodiè quoq; obseruãt.

Catapotiam, Pilulam hodiè Vulgus Medicorum uocat.

Cataputia. Lege, Ciri.

καταπότιον, Græcis dicitur, quod digitis, ori, & faucibus admotum, integrũ, & qualiter à Medico præparatum est, glutitur, & deuoratur.

Catapsyxis, Cicuta, apud Dioscorid. libro.4.cap.82.

καταφορὰ, delatio in somnum profunda & inexcitabilis: in qua qui constituti sunt, omnium quæ dicuntur, obliuiscuntur. Locus maliciosior est. Circa membranas tantùm cerebri fit. Caussa uerò, pituita, frigidum humorem, frigore, humiditateq́ sua in somnum cogens, quo continuè conniuent, nec nisi ægrè excitantur. Obliuiscuntur omnium quasi amentes. Oscitant crebrò: & oscitantes aperto ore aliquando sunt, quasi claudere id obliti. Gal. libro de Comate. In duas species partitur. Vtriusq; proprium, ut oculos surrigere nequeãt, sed grauentur, mox & collabantur in somnum. Verùm altera species profundum habet soporem, ac diuturnum, uerumq; dicitur Coma. Est itaq; καταφορὰ propriè, impetus, allisio uehemens: & priuato nomine, soporis uehementis impetus appellatur, inclinatio in somnium, principium infirmitatis, marcor, torpor, degrauatio, depresio.

Cataphoricus somnus, id est, βαθὺς, profundus scilicet.

Cataphysis, Psyllium, apud Dioscor. lib.4.cap.73.

Catharsis. Lege, Struthium.

Cataracta, fluuiatilis auis, apud Ælia.

κατάψυξις, extrinsecus, & sine febrè frigoris omnis noxa.

Catarcta, oculorum uitium, humorum effusio lentorum, inter corneam & chrystallidem congelatorum.

Catarrus, humorum multorum ex palati concauo in fauces defluxus. A ῥύω, quod est fluo, dictus.

καταστατικὰ, sistitiua.

κατασταγμὸς, id est, grauedo, malum quod nares claudit, uocem obtundit, tussim siccam mouet: sub eadem falsa est saliua, sonant aures, uenæ mouentur in capite, turbida urina est. Cels. lib.4. cap.2.

καταθετισμὸς, urinæ per fistulam urinariam, aut instrumentum detractio.

Cateron, Græcè κατέρων, id est, purgans. Atq; sic appellata est Illyrica Iris fortasse, quia ea olim usi in purgationibus ueteres sunt.

καθεκτικὴ.,uis retentiua.

κατοικίδιοι ὄνοι καὶ πολύποδες, animalia sunt, quæ tactu conduplicant se in orbem,pilulæ rotundissimæ similia. Teuton. Wand esel.

Catechomenion,Cicuta,apud Dioscoridem lib.4.cap.82.

Catellæ,diminutiuum à Catena.

Catholicōn, ab uniuersalitate sic dictū: quia indifferenter omnes humores euacuat. Habetur in Officinis sub nomine Diacathaliconis. Vide Nicolaum.

Catillones, uetusto uocabulo gulosi, & manducones.

κάττυμα.Lege.Corium.

καθαίρεσθαι,purgari,idem quod φαρμακεύειν.

Catulum sacrificaueris. Tradit Plinius Catulos lactantes adeò puros habitos esse apud priscos,ut placandis numinibus hostiarum uice Catulis uterentur. Genito mane catulo,res diuina fit. In Canario sacrificio rutilæ canes imolabantur, pro frugibus:ut ita deprecarentur, propulsarentq; sæuitiam syderis Caniculæ. Columella lib.2.cap.22.

Catulorum caudæ. Plinius mentionē faciens huiusce rei & loci,sic refert. Colu.autor est,Si quadragesimo die quando sit natus,castretur morsu cauda, summusque eius articulus auferatur,sequenti neruo exempto,nec caudam crescere, nec canes rabidos fieri.Columella libro 7.cap.12.

κατυμάτων παλαιὰ δέρματα,ueteres soleæ,uel coria duriora, quæ calceis muniendis subduntur.

Caucalis, est pes gallinaceus. Lege, Pes gallinaceus. Hanenfüss. Vide, Cacalia.

Caucos,idem quod Caucalis.

Cauda equina.Lege apud Dioscor. libro.4.cap.49.

Caudes, prima pars roboris, cui radices adhærent. Teut. Der Vnderstam.

Caulis uocatur in plantis, in quod alimentum defertur,id uidelicet, quod supra terram simplex assurgit: quod in arborum genere caudicem uocare solemus. Theophrastus.

Caudex fruticum est. Caulis uerò herbarum.

Caulis Iouis, Aizoum, apud Dioscor. lib.4.cap.91.

καύλιον,herba quam Diosc.καύκαλον uocat,nos Pedem Galli.

καῦμα, aliâs Siriasis, infantium nunc distillatio, nunc adustio. Nomen id habet uel à Sirio astro feruentissimo: uel à Siris,ut Aëtius refert,hoc est, cauernis: quoniam inflammatio fit circa cerebrū, & tuniculas eius. Consequitur uerò cauitas oculorum,cum pallore, & corporis siccitate. Euenit interdum etiam non pueris. Est & Cauma, auis nocturna.

Caussa coniuncta. Lege, Caussarū alia est procatarctica.

Caussarum alia est procatarctica,id est, euidens:alia synectica,id est,coniuncta, siue continens:alia præcedens,siue interna. Procatarctica est, quæ dum aduersam ualetudinem creauit, separatur, ut canis mordens,scorpio pungens. Causa coniuncta est,quę cùm præsens est, eius quoq; effectus adest: cùm uerò desinit,etiam effectus euanescit, ut lapis in uesica,unguis in oculo. Præcedens causa est, quæ à procatarctica præparatur,& adiuuatur. Vel est, qua aucta augetur, & qua sublata aufertur effectus. Perfecta,quæ eundem in seipsa finem facit.

Caussæ abditæ in medicina uocantur, in quibus requiritur, ex quibus principijs corpora nostra sint,quid secundam, quid diuersam ualetudinem faciat. Celsus libro primo.

Caussæ euidentes in medicina uocantur,in quibus quæritur initium morbi, calor attulerit,an frigus,fames, an satietas,& quæ similia sunt.

Caussas omnium morborum, lege apud Hippocratem libro de Flatibus.

Caussæ morborum sunt, spiritus, & aër,eodem.

Caussæ

Caussa est, ad quam aliquid sequitur. ad eam uerò aliquid sequi, est ex ea, per eam, ab ea, aut eius gratia aliquid fieri.

Caussa in actu, quæ simul cum ipso effectu existit.

Caussa in potentia, quę non simul cum potentia existit.

Caussa efficiẽs uocat, à qua aliquid fit.

Caussa finalis est, gratia cuius aliquid (fit.

Caussa formalis est, per quam res habet esse. Nam dat esse rei, & eam conseruat in esse. Ipsa namq; præsente res est, & ipsa fugiente perit.

Caussa per se uocatur, cùm aliquid suapte natura fit, caussalitatis nomine pariter est expressa.

Caussa per accidens, quæ ad effectum eum non ordinatur, aut caussalitatis nomine minimè est expressa.

Caussa materialis, ex qua cum aliquo aliquid fit, uel ex qua cum forma fit compositũ, uel in qua aliquid fit, ut in subie(cto.

Caussa propinqua est, quæ particulari nomine designaт: aut inter quam & effectũ haud multæ interiacẽt caussę.

Caussa remota, quę nomine communi designatur: aut inter quam & effectum multæ interiacent caussæ.

Causus, à quibusdam Dipsas, sic uocatus est, ut inquit Aetius serm. 13. cap. 22.

καῦσος, febris, quę cum multo ardore, nullam corpori remissionem adfert, linguam siccat, nigro colore reddit, ingentemq; frigidi appetitum facit.

Cauteres, eadem quæ & Cauteria.

C E

Cęcias, uentus. Vide, Thrascias.

κεκαυμένα, combusturę, uel ambusta.

Cecilia, nomen est serpentis. Quidam apud Plinium mendosè legunt, cæcos serpentes: cùm legendum sit, Cecilias. Columella libro sexto, cap. 16.

κηκίς, id est, Galla.

Cedrelate, id est, Cedrus magna.

Cedræleon, id est, oleum ex Cedro.

κεδρία, pix Cedrina. Optima est, ut inquit Dioscor. quæ crassa, perlucida, ualidi odoris, quę dùm effunditur guttatim, modò dessipata coit. Vide Dioscor. lib. 1. cap. 105. Significat & Cedri resinam, à Cedro magna.

κεδρίδες, Cedri fructus. Excalfactoriam uim habens. Lege Diosc. lib. 1. cap. 106. dicti. Cedrus.

Cedrium, succus Cedri è tæda eius cõcisa furnis, qui primus aquæ modo fluit in cañali. Nam sequens liquor, pix iam, non Cedrium est. Sed confundunt autores, nunc pro resina, nunc pro sudore tædarum, nunc pro pice, Cedrium & Cedriam uocantes. Cedrio inuncti libri, à tineis & carie uindicantur. Damnat eius usum Plinius: propter ancipitem eius proprietatẽ, uiuentia perimendi, & perempta custodiendi. Cedrio nanq; tanta uis est, ut in Ægypto corpora defuncto rũ eo perfusa seruẽtur. Plin. lib. 16. ca. 12.

Cedrinus liquor, qui ex distillante arbore quasi resina destillat. In qua appellatione uariant magnoperè Veteres. Nunc oleum liquorem hunc, nunc Cedriam, nunc Cedręam, nunc genere mutuo Cedrium appellantes, liquoremq;, siue resinam hanc, & ex ea factum oleũ, communi appellatione miscentes. Sunt tamen qui Cedriam fœminino genere, & Cedrium neutro, sic discernunt: ut illam crudam ex arbore lectã intelligant: hoc uerò ex cedri materia concisa, & in furnis accensa, picis modò defluens, & exceptum.

Cedrinus liquor, liquor Picis, quia quæ modò fluit ex tæda dùm coquitur, Cedrium uocatur. Est etiam & oleum Cedri, quo peruncta materies nec tineam, nec cariem sentit. Hinc illud Epigrammatarij. Cedro nunc licet ambules perunctus. Cedriam quoq; accepimus appellari humorem manantem ex ambusta picea. Col. lib. 7. cap. 12.

κεδρίδαι, fructus Cedri.

Cedromælon. Lege, Malus medica.

Cedrosus, uitis alba, apud Dioscor. libro. 4. cap. 194.

Cedrus,

Cedrus, Cederbaum, arbor magna, si milis Iunipero, nisi quòd folium Iunipe ro acutum, spinosum & durum, Cedro simplicius & mollius. De Cedro plura Dioscor. lib. 1. cap. 4. & seq. Plin. lib. 13. cap. 15. Theophr. lib. 4. cap. 6. Lege, Ma lus medica.

Cępus, facie satyro similis, cætera in ter canem & ursum: nascitur in Æthio pia. Autor Strabo, lib. 17.

Cæetha, Calamintha, secundùm Stra bonem: qui nonnullos existimare uult, Lacedæmonem ab Homero non Cæto essam à magnitudine, sed à Calaminthæ copia uocari.

Cele, tumor comprehendens aliquem in scroto tumorem. Omnis equidem tu mor in scroto, Cele appellatur.

Celeres equi qui fuerint, lege in dictio ne Desultorij.

Cælius Aurelianus Siccensis, medi cus, scripsit libros Responsionum. De Morbis Mulierum, Celerum & tarda rum Passionum, Adiutoriorū, & Phar macorum, & Epistolarum Græcarum ad Prætextatum.

Cęloma, ulcus in oculi cornea tunica, latius quàm bothrium, sed profundum minus. Auicen. Lilimie uocauit.

Cęllarij dicuntur, qui ex cella promp tuaria, siue ex cellario promunt necessa ria familiæ: uocabulo Plautino promus & candus nominantur. Colu. lib. 11. ca. 1.

Celticum nardum, uel gallicum, Offi cinæ uocant Spicam Celticam.

Celtici canes, ex Gallia, Britanniaque uenientes, odoratu & cursu præstantes.

Celtis, arbor, quæ & Faba græca, uel Syriaca: quæ autore Theophrasto, fru ctū fert magnitudine fabę. Lege, Lotos.

κήμαι, conchulę quædam marinę, quę uocantur hiantes.

Cemas, Græcè κέμας, Hinnulus, cer ua, siue quod idem νεβρός. Quamquàm κεμάδα nolunt progredi in pascua. Da mam græcè πρόκαν, Aristoteles, & ido nei ferè omnes à ceruo non distinguūt. Alij primogenitum tantùm ceruos Pro cas uocant. Ab hoc animali Proconne sos quoque appellata est. Nam Ophion, quod Sardinia quondam ferebat, inter ille creditur, ceruus non erat, sed animal pilo ac denti simile, ceruo minus. Bar.

Cementum, unde Cementarij parie tes, Vitruuio et Plinio lapidis genus est uulgarij, quo cùm alibi, tùm Romæ u tuntur, exciso monte aliquo, uel effosso. Fodinas quoque ipsas rustici Cementari as uocant.

Cemos, Leucopodion apud Diosc. li bro. 4. cap. 132.

Cemos, Hedera. apud Dioscor. lib. 2. cap. 199.

Cemphos. Lege, φινίς.

κεγχραμίδες, minuta grana in ficis.

Cenchris, auis. Plinius lib. 10. cap. 51.

Cenchrites. Lege, Acontia.

Cenchros Græcis, Latinis est & Offi cinis Miliū, Teut. Hyrß. à miliaria sum ma Festo deriuatū. Lege, Miliū græcè.

κεναγγία, uasorum inanitio.

κενεών, uētris pars quæ est inter latera.

Centaurium maius. Centaurium no men traxit, à Chirone Centauro, qui ea, armis Herculi uulneratus, sanatus est. Vnde & Chironion quoque dicitur. Euri cius Cordus doctus homo, in libello suo de Theriaca, existimat esse eam, quam hodie impostores illi agyrtæ pro Rha pontico diuendunt. Quod si ita habeat, nō admodum difficilis esset paratu, non minoris precij quàm etiam uerum Rha ponticum. Laus eius est apud Plinium lib. 25. Vide nostrum Herbarium. Tra go teuton. uocatur Bigley.

Centauria, & Melampodion, idem.

Centaurium minus, satis uulgata her ba, describitur ab Diosc. lib. 3. ca. 8. **Tausent guldin/ Erdtgall/ Febenkraut/ Aurinkraut.** Dicta Febrifuga, quòd fe bribus medeatur. Fel terrę, ob eximiam eius amaritudinē. Lymnesion & Lym neum, quòd secundùm aquarum scate bras ac paludes, quas Græci λίμνας di

cunt,nascatur.

Centipes marina,Scolopendria ipsa.

Centipedes.Lege,σκολόπενδρα.

Centipeda.Lege,Onos.

Centonalis,Ruta syluestris apud Dioscor.lib.3,cap.51.

Centones,ex pannis,uel lanis diuersorum colorum in unum condensatis,uel consutis fiebant.

Centonica. Wurmkraut.

Centonicum,id est,Absinthium marinum,apud Dioscor.lib.3.cap.26.

Centrinæ,culices in ficub.fucis apum ignauia,malicia'q; similes.

Centumcapita, Eryngion Hispanicæ, apud Dioscor.lib.3.cap.23.

Centummorbia, Egelkraut. Dicta, quòd plurimis ulcerum uenenis prosit. Sunt qui à foliorum similitudine uocāt Pfennigkraut. Alij Hirundinariam. quòd passim terræ,hirudinis (Teuton. Eglin) instar affixa sit. Alij Serpentariam,kleyn Naterzung nominent: quòd compertum sit, serpentes hac herba, si uulnerentur,sibi mederi.

Centunculus, Gnaphalium apud Dioscor.lib.3.cap.131. Prolixè admodum de ea Leonicenus,libro de Errorib.Medicorum: & nos in Herbarij nostro To mo secundo differuimus. Teut. Matten woll/Mattē flachß/ Wißē woll.

Cepa,uel Cepe in neutro,à capitis magnitudine dictum uolunt.Græcè Crommion: quòd oculi pupillam comprimi cogat.Lege,Crommium.

Cepa muris,Scylla,uel Squilla.

Cepæ Ascaloniæ,uelut steriles sunt ab radice,nec parte alia crassescunt.

Cepæ Creticæ, dubitatur an eædē sint quæ Ascaloniæ: quia satis capitari soleant,sed distant sapore tantùm dulci.

Cepæ Fissiles:quæ sic appellātur, quia hyeme cum sua coma inertes relinquuntur,& folia uere detrahunt,ijs deniq; diuisuris alia parte inferiore subnascunt.

Cepæ Getaniæ,omnium minimæ,sed prædulces.

Cepa Pompeia,& Cepa Morsia simplex,quam uocant Vnionem rustici, ea est quæ non fructificauit, nec habuit soboles adhærentes.

Cepæ Samothraciæ,albissimæ.

Cepe Sardiæ,albæ.

Cepę syluestres nullæ reperiūtur. Vnde errant, qui apud Aristoph. Thymū, pro cepa syluestri interpretantur.

Cepa mentem lædi,scripsit Hippoc.& conspectu potius, quā esu cōmendauit.

Ceparum diuersa genera alia, uide apud Plin.lib.20.Theophr.lib.8.

Cepæa,Portulacæ similis herba, apud Dioscor.lib.3.cap.169.

Cepina,id est,Cepa,satioq; ceparū: eo inclinamēto Cepina dicta, quo Rapina pro satione raparū. Colum.lib.11.cap.3.

Cepos,Cotyledon apud Diosc. lib.4. cap.93.

Cepphos.Lege,φινίς.

Cepulæ,idem quod Cepe.

κεφαλὴ.caput.Idem κεφαλίς.

κεφαλοκρασὶν appellatum, quòd uidelicet capiti molestius, ut opinor, instrepat.

κεφαλαλγία,κεφαλῆς πόνος ἢ ὀδύνη,id est,capitis dolor, qui aliquando in nobis est,ex solo malo temperamēto corporis: aliquādo ex nimia humorū copia:aliquando ex primitiua & foris accidente:ut sole,frigore,ebrietate,ictu.

Cephalæa, dolor capitis, qui multum temporis durat,non recens, sed diuturnus,non plus, non minus. Morbus inquàm capitis dolorem intolerabilē per circumitum redeuntem gignens; ita,ut qui sic affecti sunt, tinnire aures sibi putent.Oculi eorum rubescunt, eminentioresq; apparent:extenduntur'q; cum ijsdem quæ in fronte sunt uenis, ac facies tota rubet.Græcè κεφαλαία.

Cephalicum medicamētum,quod carnem producit.

Cephalęponia,dolor est capitis cōmoto cerebro ac tempore: aliquando magnus: aliquando paruus. Qui cognoscitur ex tardo dolore capitis, temporum, ac frontis:quem Græci uocant κεφοτάφαγ,κεφ-

ον, κρόταφ@ enim pars capitis, tempus dicitur. Galen.

Cephalicum emplastrum, sic dictum, quod capiti fracto conuenit. Celsus. lib. 5. cap. 19.

Cephaline, linguæ portio qua gustus potentia inest.

Cephalos, Daphnoides apud Diosc. lib. 4. cap. 149. Weissʒwurtʒ.

Cephalotos, Thymus apud Dioscor. lib. 3. cap. 42. Teut. Pimenkraut/welsch et Quendel/Römischer Quendel.

Cephalotus, Porrum capitatum. sic dictum, quod maiorem uim habet. Est & quod sectiuum Porrum uocant.

Cepheus. Inter sydera Cepheus, quē Æthiopum regem fuisse tradunt, Andromedæ patrem: quæ Ceto proposita, à Perseo liberata est: qui omnes inter sydera recepti esse memorantur. Cepheus, ut ait M. Cicero, sequitur manib. passis terga septentrionis. lib. II. ca. 2. Colu.

Cephus, posterioribus pedis humanis, prioribus uerò maioribus humanis. Plin. lib. 8. cap. 19.

Cera, radicis nomen, de qua in rebus gestis à Cæsare mentionem facit Horatius. Hæc lacti admixta leuasse dicitur inopiam, similitudine representata, panis. meminit & Plutarchus, sed nomen herbæ non prodit.

Cera Græcè κηρος, Teut. Wachß. fit expressis fauis, sed ante purificatis aqua, & triduo in tenebris siccatis, quarto die liquatis igni nouo fictili, aqua fauos tegente, cum sporta colatis. Rursus in eadem olla coquitur cera cum eadem aqua: excipiturq; alia frigida, uasis melle circumlitis. Optima quæ Punica uocat.

Cera addito chartarū cinere, nigrescit.

Cera commixta cum anchusa, rubet, et idonea redditur ad reddendas ueteres similitudines.

Cera alba, recens inuentum, nec ultra quinquaginta annos durauit: ut adserit Medici. Olim ea magno in precio fuit: nunc in fanis & delubris Deorum passim aduritur.

Ceram cādidam facere, nihil aliud est, quàm facere Punica ut sit. Hæc medicinis utilissima.

Cerago, liquor, uel succus qui in fauorum reperitur concauitatib. amari saporis, sed plenus humoris cibus. Erithicen uocant Græci.

Ceraitis, uel Ceratitis, Fenugræcū: sic dictum ab eodem etymo quo Buceros & Ægoceros. Lege, Telis. Teut. Kühhorn/Bockshorn/Kriechisch Hew.

Cerasa Apromana, quæ maximè rubent.

Cerasa Actia, nigerrima.

Cerasa Ceciliana, rotunda.

Cerasa Iuniana, sapore tantùm grata, sub arbore adeò tenuia, ut gustu marcescant.

Cerasa Putacina, Campanica.

Cerasa Pliniana, Campanica.

Cerasa Laurea, id est, Lauro primum insita, non ingratæ amaritudinis.

Cerasa Amarasia, id est, amara.

Cerasium, inquit Seruius, antequā è Ceraso urbe Lucullus aduceheret, erat in Italia, sed durum: & Cornu appellabat: quod postea mixto nomine Cornucerasum est appellatum. Sunt autem Cornu cerasia idem cum Duracinis genus. An uerò Seruio credendum, qui Cornum in Italia Cerasium fuisse prodat, cùm alia res sit Cornus, alia Cerasus, omnino satis ambigimus.

Cerasus arbor, à Cerasunte, Pontica ciuitate: unde Lucullus eam primus in Italiam intulit. Ruell.

Cerasa Visula, Germanica, & Gallica.

Cerasa Macedonica, paruæ arboris, raroq; tria cubita excedentis, χαμαικέρασοι uocatæ. Pomum hoc, ut inquit Barbarus, primam colono ferè gratiam uertentis anni refert, primo candidum: mox rubescit: deinde nigret, septentrione frigidisq; gaudens. Siccatur sole, conditurq; ut oliua cadis. Suspicor esse quæ nos hodiè uulgò Amarellas uocamus.

Cerasum, unà cum fructibus, & multis suis generibus prosequitur latè Plin.

lib.13.cap.25.lib.23.cap.7.lib.16.cap.18. Theophrast.lib.3.cap.23. Dioscor. lib.1. Paulus Ægineta libro.6. Serapion cap. 145. Galen.7. simplicium cap.18. & Alimentorum lib.2.cap.11.

Cerascomion, Oenanthe, apud Diosc. lib.3.cap.134.

Cerasta, arbor, quæ sit, require ex Theophrast.lib.4.cap.16.

Cerastis, serpens corpore eminens, ceruicula sępè quadrigemina, quorum motu reliquo corpore occultato, sollicitat ad se aues. Plin.lib.8.cap.23.

Cerasconia, Pastinaca syluestris, Dioscor.lib.3.cap.57.

κερατία. Lege, Siliquam.

Ceratis, corniculatum papauer, apud Diosc.lib.4.cap.69.

Ceratoides, extima oculi tunica, albês, & solida, nec scissuram facilè recipiens, neruosa Chondrodes crassior, pellucida.

Ceratonia arbor.lege, Siliqua.

Ceratũ, & Cerotũ, utrumq; rectè dicit.

Ceratura. Lege, Gummitione.

Ceraunia, Aizoum minus apud Dioscor.libro.4.cap.92.

Cerceraphron, Anagallis, ab Dacis sic uocata.

Cercopithæi, hi maximi magnitudine sunt, cauda quinum cubitorũ, unde nomen traxerunt: barba propensa, coma humana, alba facie, reliquo corpore nigrantes. Require Strabonem lib.16.

Cercopithæcus, nigro capite, pilo asini no animal. Plin.lib.8.cap.21.

κέρκος, penis, cauda reptiliũ propriè, & deinde omnis animalis. Aristoph.

κερκωσις, id est, caudatio, caruncula quædam est, ab orificio uuluæ exorta, totumq; genitale muliebre replet: adeòq; interdum crescit, ut adinstar caudæ ad exteriorem partem promineat. Quomodo incidi debeat, uide apud Paulum lib. sexto, cap.70.

Cerdon. Lege, Struthium.

Cereas, antennas nũcupant, supremas uteri quasdam portiunculas obliquatas: item Plectanas, id est, retia. Vtrinq; uerò habetur ὦμοι, siue humeri: postea est collum, uel trachelus, cuius os uocatur, porus primus. Celsus canalẽ interpretatur.

Cerebellum, Cerebri portio posterior. Aristoteles lib.1. de natura animalium.cap.16.

Cerebrum, album & molle, tanquàm ex spuma quadam concretum, humidũ & frigidum.

Cerefolium duplex. Lege dictionem, Myrrhis, lib.4.cap.117. Diosc. Coroll. Barb. ibidem.

Ceruleus color, à Cera.

Ceria Cuspia, Semperuiuum apud Dioscor.lib.4.cap.91.

Cerina Pruna. lege, Prunorũ genera.

Cerinthus, apum cibus repositus. Plinius lib.11.cap.7.

Cerion, achori simile ulcus, maioribus foraminibus, in quibus sanies melli similis continet, uel ad instar faui apũ. Vel, κηρίον, id est, fauus, hulcus cõtinuis per forationibus terebratum, ex quibus mellis crassitudine humor excernit. In hoc differens: quòd Achores unam tantùm cauernam habent, & aquatiorem humorem egerunt Cerione.

κηροειδής, humor mellis.

κηρονοής, ceræ similis, cerei coloris.

κηρῶμα, tabula cerata, in qua Antiqui scribebant.

Cerotum Thaidis, extat apud Paulum lib.3. ad rubicundum uultũ faciendum.

Ceroma, & Cerotum à cera. Nam & Græcis quoq; κηρῶμα ϗ κηρῶτν dicuntur. Sed Ceroma etiam πάτος appellatur: estq; oleum id, quo luctaturi se profundunt. Quanq; πάτος propriè cœnũ est atq; lutum ceromati permixtum: cui si sudor accesserit, Consalos appellatur atticè. ut Galen. ait. A cera & Ceramentum, quis deductum putet.

Ceromata, ficciora unguenta.

Cerotarium, idem quod Cerotum, uel Ceratum.

Cerotum, siue Ceratum, est aggregatũ ex li-

ex liquoribus & puluerib. grosſis: tùm reſina, aut cera ad formã ſolidam & denſam redacta. Emplaſtri genus, ſeu paſtilli potius. Conſtat enim ex rebus ſicciori bus, ut igni appoſitum molleſcat, poſtea corpori applicatum dureſcat, ac pertinacius hæreat.

Cerri, piſciũ generis. de quib, Dio. li. 2.

Cerrini, Smaragdini generis, Plin. lib. 37. cap. 5.

Cerris. Inter arbores glandiferas eſt Cerrus ex glande Cerrea, ut Nigidius tradit. Porcina caro fit ſolidior. Autumat Plin. Cerrum ne Italiæ quidem maiori ex parte notam eſſe. Columel. libro (7. cap. 9.

Cerrus. Lege, Quercus.

Ceruleum, Laſur.

Ceruleus Color dictus quaſi Cælluleus, ut ex uoce ipſa apparet: propriè color eſt cœli, ſed ſereni: Teuto. Blaw. id quod Ennius reſpiciẽs, Cœli, inquit, cerula templa. Atq; inde ab omnibus mare appellatur Ceruleum. refert enim illud eundem quem ab ipſo ſupernè accipit cœli nitorem. Quare ex antiquis nõnulli, ut alteras Homeri opes, propter cædes, de quibus illic Poeta loquitur, colore exornabant ſanguineo: ſic Odyſſeã ubi Vlyſsis idem maritimes ſcribit errores, membrana cõtegebant cæ ulea. Sed quoniã Cærulei quædam ſpecies eſt penè nigra, ut quod Indicum dicitur, eoq; olim ueſtitu Græcæ mulieres amictæ producebant eorum funera, quorum in cœlum animas migraſſe cæruleũ exiſtimabant: idcircò pro triſti nonnunq; capitur. ut apud Vergilium puppis cærulea Charontis, imberq;, & ſol cæruleus. Cucumis autem cæruleus, nam id quoque legitur, Melopeponem ſignificat, qui inter Cucumeres (multa enim ſunt eorũ genera) pulcherrimus eſt. Nec tantùm Cærulei uidetur particeps, ſed ipſius quoq; mundi gradus introrſum uerſus, attenuatos oſtendit: ut hoc olim de eo luſimus. Quis neget è cœlo miſſum? formamq;, coloremq;, Atq; gradus cœli, Nectaris atq; refert. Eſt enim ſapore ſuauiſsimo. Sine ulla dubitatione, quod nos Cæruleum, Græci dicunt Cyaneũ: in quo ũ etiam commentarijs Lazurion inuenio. Aſcribitur huic generi qui Venetus olim, nunc uulgò Blauus nuncupatur, color ex factione Circenſi ualde nobilitatus. Fuerunt autem colores in Circo, præter hunc Venetum, Roſeus, Albus, & Praſsinus: quibus Auratus poſtea, Purpureus, & Luteus additi ſunt. Autor. Thyl. de coloribus.

κήρυκες. Lege, Buccina.

Cerui ocellus, Elaphoboſcos, apud Dioſcor. lib. 3. cap. 78.

Ceruicaria. Lege, Campanula.

Ceruicula. Lege, Ionia.

Ceruorum naturas, uide apud Pliniũ lib. 8. cap. 30.

Ceruum Græci ἔλαφον, & Poetæ βρέ(δον, alij caput ipſum ſic dici malũt βρέν

Ceruix, uuluæ ualua, cannalis (δον. & principium.

Ceruix, pars illa à capitis radicib. prodiens, prælonga, tereſq;. Dicta, quod in colli ſpeciem figuretur.

Cæruleũ, ſiue lapis Cæruleus, hoc eſt, Cyaneus, à Theophraſto, Galenoq; Cyanos Maſculino & Fœminino genere pronunciatur, in argenti & auri metallis fit. uide Dioſcor. lib 5. cap. 97.

Ceruſſa, hoc eſt, Pſymithion, color eſt candidus. Vſum eius, & conficiendi rationem, uide apud Dioſcorid. lib. 5. cap. 94. Plin. lib. 34. cap. 18. Vitru. lib. 7. commentariorum.

Cæſius color ſi dictus eſt, ut doctiſsimi uiri monumentis olim tradiderunt, qua ſi Cælius à Cœlo, eadem foret in Cælio & Cæſio diphthongus. Conſtat autem eſſe in ijs uocibus diuerſam, nihil præter ea differre à Cæruleo: quãdo id, ut oſtendimus à cœlo deductũ eſt: differt autem ſine dubio, uel ex ipſius M. Tullij autoritate, cuius hæc ſunt uerba in primo de Natura Deorũ libro. Cæſios oculos Mineruæ, cæruleos eſſe Neptuni. Ad hæc,

non quemadmodum legimus cœlum, mare, uestem, florem: cæruleum ita legimus cœlum, mare, uestem, florem cæsium: sed oculos tantùm cæsios, ueteres dixerunt, quibus inest fulgor quidam uisu horrendus. Vnde existimo, sicut Cęsar & Cæso dicuntur à cędendo, ita Cęsium à cæde nominatum esse: ut qui cæsius sit, cædem quodammodo oculis minari uideatur. qualis prælio gaudens, & cæde dicitur fuisse Minerua, ex quo illa ab antiquis uocata fuit, ut ego arbitror, Cæsia. Significat hoc M. Cicero, ubi de Catilina ait. Notat & designat oculis ad cædem unumquemq; nostrum. Hic, qui oculis ad cædem senatores designabat, cæsius erat. Cuius etiam oculos Salustius insignis historicus, fuisse tradidit fœdos, id est, cæsios. Cuiusmodi memoriæ proditum est Neronis quoq; oculos fuisse: quod ipsum non leue fuit argumentũ tyrannicæ crudelitatis. Quin à Terentio Cæsij hominis facies, dicitur cadauerosa, hoc est, immanis, & sæuitiam arguens: qualem Sicarij præ se ferunt, & carnifices: quàmuis alij parum eruditè cadauerosam, pro sublicida exposuerint. Enimuerò Leonis oculos si quis inspexerit, qualis sit hic color, intelligit. Micant illi, ut studiosè ipsi propè consyderauimus, uelut ignis penitus flagrans. Dicitur color hic Græcè ab omnibus Glaucus: quod uerbum longo iam usu latini Poetæ suum fecerunt. Latius tamen patet Glaucus. nam præter oculos Noctuinos, quos, ut auis ipsius Græcum nomẽ declarat, omnes Glaucos esse confirmãt. Multa quoq; dicuntur glauca, ut Vlua palustris herba, ut Salix, cuius cùm frondes, tùm multò magis cortex in ramis, præsertim anniculis, nitet hoc colore. Quod laudat Vergilius in equis, eosq; noto carmine glaucos appellat, communi Italorum lingua Baios nominatos. Nam Spadices honesti ab eodem Pöeta ibidẽ uocati, illustriores sunt aliquanto, Baij & ipsi, sed clari, uulgò nuncupati: atq; ij duo aliorum omnium maximè probãtur colores in equis. Vlua igitur, Salix, quas idem Vergilius glaucas dixit, equi item species optuma. Castaneæ etiam nucis tunica, aliaq; multa, præter Leonis ac noctuæ oculos, colorem glaucum ostendunt. Sed ut unde discessi, redeam: quando Cæsius color tantùm est oculorum, uidendum est, ne is sit potius quem Aristoteles Charopon uocat. Sic enim ab illo dicitur leo, ab oculorum sęuitia: quem Catullus poeta doctissimus, Cæsium appellat. Vnde Hercules cognomento dictus fuit Charops, quasi iracundè intuens. Nam χαρὰ græcè, ira dicitur latinè. Et ex eodem, ut puto, horrore, Charybdis nominata est, & Charon: de quo canit Vergilius. Stant circum lumina flammæ. Cæsium uoluit senem illum horribilẽ ac dirũ significare. Quam uis non nesciã, Charopon ab alijs aliter quoq; reponi. Autor Thyl. de colorib.

Cestron, Betonica, apud Dioscoridem libro. 4. cap. 1. Plin. lib. 25. cap. 8. Teuton. Betonien. Vetonica latinè. quòd à Vetonibus Hispaniæ populis primum inuenta Betonica. Dicta Cestron, à uarietate & copia remediorum.

Cestron, Thymelæa apud Dioscoridem libro. 4. cap. 183.

Cestron, Lonchitis. Dioscorides libro 3. cap. 161.

Cesyphum, uerum Ladanum, quod ex hyrcorum barbis corraditur.

Cetus dicit̃ piscis maior, errore Grammaticorum manifesto, qui pluraliter & neutro genere tantùm dici autumãt Cete, ex Græca declinatione. In cœlo inter signa est Cetus: cuius meminit Higynius, Columella lib. 6. cap. 31.

Chada. Lege, Sutura.

Chalacium, siue Chalacia, morbus oculorum Crithi non absimilis, quando tuberculum album grandinis modo innascitur.

χαλασμοὶ τῶν ἄρθρων, hiatus dicitur membrorum.

χαλάσις,

χαλάσις, tensiuæ lassitudinis relaxatio, Hippocrati.

καλάζια, & ipsa in palpebris κρίθη, nõ dissimilia chimosi nascuntur: sed cum frigore eiusdem. Accedit, quòd mobilia sunt, & digito huc, illucq; impelluntur. Lege, Palpebrarum uitia.

χαλάζιυ ἀργῦ σύστασις, id est, ociosi humoris multitudo, uelut grando peruia. Curam eius uide apud Paul. lib. 6.

Chalbana, Syriacè ferulæ succus. Officinæ hodiè & neoterici Galbanum communiter nominant. Dicitur & Chalbanum in neutro genere. Vide, Galbanũ.

Chalbanum quale probetur, & quid sit, require apud Theophr. lib. 9. cap. 7.

Chalchantũ, aut Chalchantes, Atramentum sutorium. ut est apud Dioscor. libro. 5. cap. 105.

Chalcidica lacerta, dicta est à maculosis lineis quas in tergo gerit, colore æris, quod græci χαλκὸν uocãt. Vnde à Vergilio Chalcis, uel Chalcidica exponitur, quasi ænea, non à Chalcide Euboiæ, ubi ab alijs plurima dicitur euenire.

Chalcidice, una species lacertæ, Græcè σαύρ. Chalcis, an idem sit cum Chalcidica, quod lacertam significat, à plærisq; dubitatur. Chalcidis meminit Aristot. lib. de Animal.

Chalcis, piscis de genere Rhomborũ.

χαλκὶς, auis accipitrum generis, rarò apparet, et montes incolit: colore nigro, magnitudine accipitris, forma tenui & oblonga, Homerus uocauit κύμινδιν in Iliade. χαλκίδα κικλήσκουσι, θεοί ἄνδρες δὲ κύμινδιν.

Chalcitis, id est, lapis ærarius, ita uocatur: quoniam ex ipso æs coquitur. de qua uide Dioscor. lib. 5. cap. 106.

χαλινὸν, desinentia labiorum quæ respicit ad maxillas.

χαλινός, sinistra compago.

Chamæ, à Græcis χῆμαι, species sunt concharũ. Aliud in mari uidetur piscis esse genus Chamæ, quas Hiatulas quidam interpretantur, habentes uuluã, sicut qui & Erithyni, hoc est, Rubelliones dicũt. Chamarum duo redduntur genera: scilicet. Trachee, hoc est, asperæ, mali succi: quas & Ostrea cognominãt, & in Macedonia Corycos, & Athenis Crios. Alterum leues, multò meliores & crassiores: ob id & Pelorides, & Pelorinæ à quibusdam, & Basilicæ uocãtur: & ab Helio Sparciano Liostria, id est, si Lithostrea mendosè legatur.

Chamæacte, Sambuci genus alterum, id est, Ebulus, apud Dioscor. lib. 4. cap. 185. Teuton. **Attich.**

Chamæcyparissus, **Cypreſſz.**

Chamæcissos, Hædera non attollens se à terra. de qua uide apud Diosc. lib. 4. cap. 127. Teuton. **Gundelreb / Erden krentzlin.** quasi humi repens Hedera.

Chamedaphne, Vinca peruinca, apud Diosc. lib. 4. cap. 150. Aliàs, Daphnitis. Peruinca, quòd semper floret. lege, Clematis daphnoides.

Chamædrys, Scordium apud Dioscoridem lib. 3. cap. 123.

Chamædrys quæ sit, uide apud Diosc. lib. 3. cap. 111. Teut. **Kleyn Bathengel / Gamanderlin.**

Chamædrops, Chamædrys apud Dioscor. lib. 3. cap. 111.

Chamægiron, Tussilago, apud Diosc. lib. 3. cap. 124. **Roſſzhůb.**

Chamelæa, frutex petrosus de. quo uide apud Diosc. lib. 4. cap. 181. Vide Granum Gnidium. Teut. **Kellerßhalß.**

Chamelæa, alia ab Coccognidio, Thimelæa apud Diosc. lib. 4. cap. 183.

Chamæleon albus, Carduus suarius: quòd sues si in polenta exhibeatur, perimat. Teut. **Eberwurtz.** Diosc. lib. 3. cap. 9. Plin. lib. 2. cap. 18. lib. 21. cap. 16.

Chameleõ niger, Carduus niger, Teuton. **ſchwartzer garten Dyſtel.** q̀ duntaxat in hortis culta proueniat: niger à colore radicis. Diosc. lib. 3. cap. 10.

Chamæmelon, Parthenium apud Dioscor. lib. 3. cap. 156. **Die edel wolryechend Camillen.**

Chamęmelon, inter alia lingua Siculorum cognomentū tertiæ speciei Aristolochiæ, ut inquit Dioscor. lib. 3. cap. 5.

Chamęmelon, Anthemis est. Teuton. Camillen. Dicta, quòd odorem mali referat. Sunt eius tria genera Primū, λευκάνθεμον, folijs albis, Camillen. Secundum luteis folijs, χρυσάνθεμον Græcis, Germanis, Goldtblůmen / Geel Camillen / Streichblůmen. Tertium purpureis florib. Consolida regalis est. Teuton. Ritterspoꝛen.

Chamæmilla. Lege, Cunicula.

Chamæmyrte, Rubus, uel Ruscus apud Dioscor. lib. 4. cap. 147.

Chamæpeuce, Laricis folio similis ostenditur, apud Dioscor. lib. 4. cap. 128. quasi Larix pumila dicta.

Chamæpitys, Ruta syluestris, apud Dioscor. lib. 3. cap. 51. Wyld Raut.

Chamæpitys, Hypericū, apud Diosc. lib. 3. cap. 172. S. Johañskraut.

Chamępitys, Onobrichis herba, apud Dioscor. lib. 3. cap. 171.

Chamępitys, Aiuga dicta herba, apud Diosc. lib. 3. cap. 176. Teu. Ye lenger ye lyeber. Dicta, quòd humilis & breuis sit picea, ut cuius folia piceam oleāt. Aiuga uerò seu Abiga, ꝑpter abortus, quos educendis his quæ in utero sunt, excitat.

Chamæpitys uera, describitur ab Dioscoride lib. 3. cap. 176. & ult. (re solet. lib. 3. Erdtweyrauch / Kleyn Cypreß.

Chamæpitys, Ruscus, uel Myrtus syluestris, apud Dioscor. lib. 4. cap. 147.

Chamæleon, Dipsacos. Diosc. lib. 3. capite. 12. Cur autem sic dictus, prouenit ei à foliorū uarietate. mutat enim cum terra colorem.

Chamæleuce, Chamæcissos, uel Hedera, apud Dioscor. lib. 4. cap. 127.

Chamęleuce, Tussilago, uel Bechion, apud Dioscor. lib. 3. cap. 124.

Chamæleon, animal, figura & magnitudine Lacerti, nisi crura essent recta, & excelsiora. Latera uentri iunguntur, ut piscibus, & spina simili modo: eminet rostrum, ut in paruo haud absimile sit suillo. Plin. lib. 8. cap. 33.

χαμαίπλιον. Lege, Irion.

Chamæplatani, coactæ breuitatis Platani. Plin. lib. 12. cap. 2.

Chamæraphanos, eadem quæ ἀγριοραφανος.

Chamæropis, fortè id quod apud Dioscoridem Chamędrys, & Chamędropis. Vide Vergilij commentarium.

Chamærhyten. Lege, Struthium.

Chamæsyce, Astragalus. Dioscor. lib. 4. cap. 65. Erdtmoꝛen.

Chamæsyce, Papauer satiuum, apud Dioscor. lib. 4. cap. 65. Magsor.

Chamæsyce, pumila ficus, latinè, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 181. Erdtfeig.

Chamæzelon, Gnaphalium, apud Dioscor. lib. 3. cap. 132. Mattenwoll.

Chamsæ, Crocodili apud Ægyptios uocantur.

Chaös, animal affigie lupi, pardorum maculis. Plin. lib. 8. cap. 17.

Charadrius, id est, Rupex latinè, ut placet Gazæ, auium generis.

Characatę uineę, id est, pedaceę, à Grȩco. Nam χάραξ fœm. generis duntaxat, pedamentum uitis significat.

χάραξ fœminino genere, pedamentum uitis. Vnde uites Characatæ dictæ, pedaminibus adnixæ. Prouerbium Græcorum est, χάραξ τὴν ἄμπελον, id est, palus uitem ἐξηπάτησεν accæpit. Colum. lib. 5. cap. 3.

Characias, Tithymalus masculus, apud Dioscor. lib. 4. cap. 169. Teutonicè, Mylchkraut mañlin / Kressenkraut.

Charandrius, fertur ictericium morbū sanare solo suo conspectu, ut inquit Æl.

Charatim quid sit, apud Auicennam, require in dictione, Oniscułos.

Charisiū, placentæ putāt esse speciem.

Chariton Medicus, citatur ab Aëtio sermone. 13. cap. 18.

Charixenus Medicus, citatur ab Aëtio sermone. 8. cap. 52.

De chartarum generibus, & earum inuentoribus.

uentoribus,ac usu, lege Plinium lib.13. cap.11.& 12.

Chartilago,ex nerui,ofsisq; natura cõstat,Polluce & Galen.testibus,in quam omnia fermè ossa desinunt.

Chasam,est defectus odoratus : & fit à mala complexione incensa, aut opilatione,aut apostemate.

χασματίαι, uocantur terræ motiones, quæ labes relinquunt, & in caua subsidunt:ab hiatu sic dictæ.

Chastanon,Xanthion, uel Lappa, apud Dioscor.lib.4.cap.139. Kleyn Kletten/Betler leüß.

χαυλιόδοντες,exerti dentes aprorum.

Chedra,Hippuris altera.Diosc. lib.4. cap.quinto.

χελιδόνες,Hyrundines.Tria eorũ genera.De quibus uide Dioscor.lib.2. Plinium lib.10.cap.33.Paulum Ægin.lib.6.

Chelidoniæ ripariæ,quæ in riparũ cauis nidificant.

Chelidonia, Schölwurtz / Goldtwurtz/grosß Schwalbenwurtz.describitur à Dioscoride lib.2.cap.200. Theophrast.lib.7.cap.14.Plin.lib.25.cap.8.

Chelidonia,Hyrundinaria maior.Barbar.in Coroll.Dicta,quòd hyrũdo Grçcis χελιδὼν est.uel quod hanc primũ inuenerit hyrundo.uel quòd earũ aduentu floreant,discessuq; commarcescant.

Chelidoniæ minoris descriptionẽ,Lege apud Dioscor.lib.2.cap.201.Teuton. Fygblateren Eppich / Fygwartzen kraut/meykraut/Schorbockskraut/ Biberhödlin/Ramenhödlin/Pfaffenhödlin.

Chelidon,& pisciculus,& salsamentũ, Polypo similis.

Chelidonium,id quod Chelidonia.

Chelidonion, Vitis alba, apud Diosc. lib.4.cap.194.

Chelidonion,præter uulgarem ac notam significationem, cognomentũ Ana

Chelidonion micron,Cap (gallidis. nos,uel Fumus terræ,herba apud Dioscor.lib.4.cap.111.

Chelonion,Cyclamenos.

Chelones.Lege,Oniscos.

Chemosis, inflammatio palpebrarum nimia,qua utraq; palpebra in tantũ peruertitur,ut uix oculos operiant : & albũ oculi supra nigrum ita extollitur, ut id in pluribus locis operiat. Vel,

Chemosis oculorum morbus, quando ex tumore uehementi utræq; palpebræ conuertũtur,ut uix liceat cõniuere,& albũ supra nigrum attollitur,ac rubescit.

Chenalopex, ansere minor, ex uulpis & anseris forma, audax, paratusq; tùm aquilæ,tùm feli resistere. Præterea fœtus tanta charitate cõplectitur, ut more perdicis ultrò aucupi obuiã eundo, spaciũ pullis ad euadendũ tribuat. Ælian.

Chenoboscia. Loca in quibus anseres aluntur, Chenoboscia græco uocabulo appellantur.Nam χὴν græcè anser dicitur, βόσκω,id est,pasco.M. Varro. Vbi anseres aluntur nomine Chenoboscion appellatũ. Columel.lib.4.cap.14.

Cheredramon,Hippuris, apud Diosc. lib.4.cap.49.Grosß Schaffthaw.

Cherephyllon, Myrrhis,apud Diosc. lib.4.cap.117. Ideò sic dictum, quòd luxuriosa foliorum fœcunditate uirescat, & largiore coma uirescat.Ruel.Fuchsius contendit Gnidion dici, Teut. Körbelkraut. Vide,Gingidium.

Cheradolethron, Xanthion,uel Lappa,apud Dioscor.lib.4.cap.139. Kleyn Kletten.

χερσαῖος. ἐχῖνος,terrestris Echinus.

Cheria,syluestris Raphanus.

Cherias Atheniensis, herbarum scriptor,celebrator quoq; spinarum generis, & carduorum.Eius meminit Gal.

Chia,ex Lẽtisco traditur gigni modo.

Chia terra. Dioscor.lib.5.cap.165.

χιασμὸς,capitis diuisura.

Chiræ,in pedibus quæ fiunt rupturæ. Vnde ita affecti Chiropodes nuncupati,uelut Rhagopodes.

Chiliophyllon, Achillæa. Dioscorid. lib.4.cap.39.

Chilio-

Chiliophyllon, Polygonum, apud Dioscor. lib. 4. cap. 5.

Chiliophyllon Stratiotes. Dioscor. libro. 4. cap. 104. Teut. Garb.

Chilo uocatur, qui prægrandia habet labia. χίμαιραι, Capræ.

Chimerine, Aizoum minus, apud Dioscor. lib. 4. cap. 92.

χίμετλον, ulcus ex frigore, & quod fit in pueris præcipuè, maximè uerò in pedibus & digitis, ruber uidelicet cum inflamatione mediocri. Celf. lib. 5. cap. 28.

χεὶρ, manus.

χειράγρα, morbus articularis.

Chiron, et Melampus Medici præstantissimi, à quorum nomine herbæ quoque dictæ sunt. Fuit Chiron in medicina probatus homo: cuius & Lucianus meminit in Dialogis, & in Fabulis Poetæ, inuentor, uel potius monstrator Centaurij, & Chironij. Hic olim cùm Herculē suscepisset hospicio, atque arma Herculea pertractaret, sagitta forte fortuna incidit in pedem: unde uulnus suppuratum est, atque ita obijt mortem. quia fuerat uulnus mortis. Factus est inde locus prouerbio, ut inquit Plin. in χειρώνειον ἕλκος. De ulceribus insanabilibus, lege Plinium libro. 25. cap. 6. quanquàm inibi Centauria reualuisse à ueneno existimet Plinius, quæ subinde dicta est Chiron. Secus uisum Ouidio, qui è contactu dicit eum perijsse, atque subinde in cœlum subuectum. uersus eius τὰ ἴσια αὐτοῦ ἐστί. Ex Fastis,

> Dumque senex tractat squalentia tela uenenis,
> Excidit, & læuo fixa sagitta pede est.
> Ingemuit Chiron, traxitque a corpore ferrum.
> Et gemit Alcides, Hemoniusque puer.

Erasmus in Chiliadibus, ex Zenodoto dicit in bello aduersus Centauros ictum ab Hercule, uulnus immedicabile in pede accepisse, unde & perierit. Vide quoque Higinium. Vnde corrigendus est Auicennæ locus, qui pro Chironijs ulceribus, legit Charonijs. haud dubium, quin Librariorum, aut oscitantium Interpretum culpa euenerit.

Chiromantia, ex manuum lineis futura prophetizat.

Chironia, idem quod Chironion, uel Centaurium.

Chironion, Centaurium magnum: sic dicitur, quia eo curatus est Chiron Centaurus, ut inquit Plin. lib. 25. cap. 6.

χειρώνιον ἕλκος, ulcus magnum, quod habet oras duas, callosas, & tumentes: exit sanies non multa, sed tenuis. Sic dictum putant, quòd Chirone Medico indigeat. Idē & τηλέφιον uocatur, ab Telepho quopiā, qui huic uitio fortasse obnoxius fuit.

Chirurgia, est manuum intremulantū diligēs cum experientia motus. Vel sic. Est operatio manuum artificiosa, ad cōmodum finem pertinens. Galenus de Definition.

Chirurgia uocatur, ut inquit Vegetius. 2. Mulomedicinæ, quodcunque secatur ferro, uel cauterijs uritur. Vel,

Chirurgia est scientia, medicinæque altera pars, quæ per consuetas, tùm sectiones, tùm adustiones, & quæcunque alia manu fiunt, humana corpora restituit.

Chirurgiæ, & pharmacorum differentiæ, & diuersi fines. 14. Method. lib.

χειρουργικὴ, quæ manu medicatur. De tribus illis partibus Medicinæ, uide latissimè Celsum differentem lib. 1.

Chirurgia cùm sit uetustissima, magis tamen ab illo parente omnis medicinæ Hippocrate, quàm à prioribus exculta est: deinde posteaquam deducta ab alijs, habere professores suos cœpit: in Ægypto quoque increuit, Philoxeno maximè autore, qui pluribus uoluminibus hanc partem diligentissimè comprehendit, Gorgias quoque, & Sostratus, & Hieron, & Apollonij duo, & Hammonius Alexandrinus, multique alij uiri, singuli quædam reppererunt. Ac Romæ nō mediocres professores: maximeque nuper Tryphon pater, & Euelpistus, & ut ex scriptis eius intelligi potest, horum

rum

rum eruditissimis, magis quibusdam in melius mutatis, aliquantum ei disciplinæ adiecerunt. Hactenus Celsus.

χειρουργία, manutigiũ, manuũ operatio.

Chitones, oculorum tunicæ.

χολάδες, intestina dicũtur crassa. quòd in ea χολὴ fundatur. Vide, Lactes.

Cholagoga, quæ bilẽ prouocant pharmaca.

χολὴ, fel.

χολὴ μέλαινα, atra bilis.

χολὴ, ad bilem, quæ in multis partibus corporis inuenitur, & ad fel, quod propriam habet sedem in folliculo iecoris, ęquiuoca & communis uox est. Neq; in Græcis, nisi ex necessitate eorum, quæ pro ea scribuntur, aut dicunt, discerni eius ambigua significatio potest: id quod tàm certum in Græcis est autoribus, ut probatione non indigeat.

Chlydion, epithematis cognomen. eius usus est in dysenteria apud Aetium serm.9.cap.49.

Cholemasia, uomitio biliosa. Vtitur ea dictione Paulus lib.2.cap.56.

Choleram Galenus in Diffinit. suis diffiniuit, acutissimum esse malum, quod cum multa decoctione & uomitu bilis fit: in quo contrahuntur suræ, extrema algent, fiuntq; exigui & incerti uenarum pulsus.

Cholera plurali numero, item Cholerae, morbi genus est pręcipitis, in quo & uomitus, & deiectio simul fiunt. Galen. uerò in lib. Definit. ait: Cholera est passio peracuta, molesta, atq; grauis, quę statim hominem ad catarrhũ adducit, cum uomitu & uentris deiectione multa: & in tormina, intestinorumq; dolorem, de inde in febres recidit. Vel sic. Cholera est passio acuta cum uomitionibus uitiosis, atq; immodica uentris exinanitione, uel curuatione: & etiam contrahuntur suræ crurum, infrigidanturq; corporis partes extremæ: pulsus in ipsis minores fiunt, & imbecilliores.

Cholera quid, & quottuplex. Gal. de atra bile, fol.313.

Cholera rubea, tenuem propè sanguinis substantiã ostendit: & quia non concrescit, bilis quoq; uocatur. Gal. eodem, fol.114.

Cholera cyanea, id est, Cęrulea.

Cholera Bode, id est, uirens.

Cholera Phęon, quam nos subnigram dicimus.

χολῶδες, quod in homine biliosum est.

Cholopœon, Abrotonon, apud Dioscor. lib.3.cap.27.

κολοποιία, bilem contrahentiã.

χυλὸς, succus, siue ex herbis, siue ex alimentis. Passim utũtur hac dict. Medici.

Chondrylla, admodum paucis cognita: alioqui Cichorio similis, et pro Cichorio usurpatur. Aliqui Cichoriũ, alij Serin appellant, caulem, flores, & folia habet Cichorio similia. Qua ex caussa non nulli syluestris Intubi speciem esse pronunciarunt. Verùm tenuior tota est, in cuius ramulis gumi mastichæ similimũ, tuberculo fabę inueniri solet. Dicitur & Chondryllon. In Theophrasto Andryala. In Plin. Condryala, pro Chondrylla deprauatè legitur. Hanc Galen. speciem unam Seridis facit. Iulius Pollux autor est, appellatione Cichorij, ueteribus syluestria olera uenisse duntaxat: quę & gracilia, et tenuia appellabantur. Ab rei euentu nomen inuenit: quòd callũ quendam tuberculo fabæ, gumi, mastichæ, aut nucleo thuris similem (quem Græci chondrum nominant) imis ramulis ostendat. Ruel.

χονδρίζοντας uocãt, cùm in grumos lac densatur. σπαργῶντας uerò, quando impetu quodam lactis natura in eam partem facto, tument, inflammanturq; mulierum mammæ, nec possunt copiam lactis perferre.

χονδροπτισάνη, alica ptisanæ modo confecta.

χόνδρος, Cartilago.

χόνδρους, Græci dicunt in sale exigua frusta, & quasi quantum summis cõtractis in unum digitis, capere quis possit.

Chondros, uel Xiphondes, super pręcordia

cordia est os pectoris, uel carthilago, à si militudine capitis gladij, ut Galenus interpretatur. Vocant & malum punicũ, ex corticis imagine quadam. Prominet super os stomachi propugnaculi uice. Lege, μάλος χόνδρος.

Chondrosyndesmon, uocant constitutionem illam, quæ est ex ligamentis, & cartilaginibus in homine. Gal. 1. de Temperam. à fine.

χόνδρος, Halica: fit ex ea Zea, quam Dicoccon uocãt. plus alit quàm Oryza.

Choramos appellant utrosq; linguæ sinus & cauitates.

χόρδαψος, pecudum morbus: cùm uidelicet præclusa intestina uiscerum, uento, fumoq; urgente se colligũt, usq; adeò, ut aquam, & cibum animalia reuomere cogantur. Præterea ad similitudinẽ hominum, propter inflationis iniuriam, coli quoq; dolore uexantur: propter quam necessitatem animalia sępè rumpuntur. Vegetius lib. 1. cap. 41. Vide Colici.

χορδαψὸν alij uocant, cùm se tumor ostentat aliquis in tenuium intestinorum portione: ut uideatur spicæ imaginem præferre intestinum. Est enim intestinorum emollitio accidens: quam Voluulum uocat Aëtius serm. 9. cap. 28.

Chordum, fœnum dicitur, quod serò nascitur. Lege, Fœnum Chordum, & dictionem, Crithmon.

Choria, ex melle, et lacte cibaria fuere.

χόριον, fœtus ipsius inuolucrum: ideò sic dictum, quôd χάρημα, locum scilicet, & spaciũ fœtui dat: uel quod nutrimentum fœtui subministret. Constaiq; duabus uenis, & totidem arterijs, et quinto, quod οὐραχὸν uocant. Lege, ὑστέρα, & Embrion.

Chorodanon, Sphondylion, apud Dioscor. lib. 3. cap. 88.

χέρωνο, summa ipsius colis pars, à nobis Glans dicta, per similitudinem glandis arboreæ.

χορὸς ἀφροδισιάς, id est, Acorus.

Chloros color, id est, uiridis. Veteres assueuerunt ita uominare etiam pallidũ colorem. Interdum etiam plęriq; Brassicam, & Lactucam Chloros, id est, uirides nominant: qui quidèm color nigrior est quàm rubidus. Est etiam tanquàm initium quoddam nigri, liuidiq;, quem frigus perindè quasi nigrũ effecit. 1. Prędictionum. Aphor. 10.

Chlounion, Eryngion, apud Dioscor. lib. 3. cap. 23.

χνοάδην, Theophrastus appellat Hederæ florem.

χοιράς, ein Trüß. struma sicca, & quæ difficillimè disijcitur caro. Nascitur potissimùm in collo: nec una tantùm, sed altera, pluresq;, singulęq;, priuatim proprijs tuniculis: non aliter quàm in abscessuum genere steatomata, & atheromata suis inuolucris seorsim adconciñantur. Eas autem à strophis, quæ Græcis sues sunt, gentes aliquot Strophas, & Strophulas uocant.

χοιράδες, durati adenes, circa collum, alas, & inguina, præcipuè concreti, & surgentes, qui plærunq; eodem modo, quo reliqui corporis duricies discutiuntur, & curantur. A suibus, quos χοίρους Græci appellant, dicti. quòd frequentes circa ceruicem & collum eius animalis inueniuntur.

χοίρος, sus, porcus.

Chöetas, id est, struma.

χροᾶ, Buccina.

χρησμολόγοι qui sint, require in dictione, μαντικὴν appellant.

Chrisma, seu Clirima, deliciarum unctio: Alima, palestritarum, tanq; palestris dicatũ. Hinc ἄλιμα φάρμακα, quæ famam obrepere prohibent. apud Plutarch. in Symposio. 7. Sapientum.

Chrite. Lege, Palpebrarum uitia.

Chromes, Pisces.

Chrysalis, Erucæ genus, uermiculus insectus. Plin. lib. 11. cap. 32.

Chrysanthemon, Aizöum, apud Dioscor. lib. 4. cap. 91. Teut. Daußwurtz.

Chrysanthemon, Chrysocome, apud Dioscor.

Dioscorid. lib.4.cap.58. Trago Roß-blům / Dotter blům / Geel Wißen-blůmen/Schmaltzblům. à pinguedine, quæ cõtriiis digitis flosculo apparet: & quòd flosculi splendorem auri præ se ferunt. Dicitur & Chrysitis. Diosco.

Chrysitis, Semperuiuum. Dioscor. libro quarto, cap.91.

Chrysitis, Mercurialis. Dioscor. libro quarto, cap.201.

Chrysippus Philosophus & Medicus, Hippocratis, & Prodici placita primus mutauit, tumultuaria quadam, ut inquit Plinius, garrulitate. Scripsit autem de animæ ægritudinibus. Item de Ratione curandi. De Logicę quæstionibus. meminit Galen. de locis Affectis lib.3.cap. 1. & Plin. lib.29. cap.1.

Chrysisceptrum, Chamæleon albus. Dioscor. libr.3. cap.9. Mergendystel/ Feldystel/ vnser Frawen dystel.

Chrysoberillus, Smaragdi secunda species paulò pallidior, in aureum colorem exeunte colore. Plin. lib.37. cap.5.

Chrysocalis, Parthenium, apud Dioscoridem lib.3. ca.156. die wolryechend Camillen.

Chrysocarpos, Hedera.

Chrysocome, sine folijs, sine semine, solo scapo, comas, fulgore auri splendẽtes habet. unde illi nomẽ. Diosc. li.4. ca.58. Teut. Fortzwang/ Fortwein/ Sumpẽkraut/ Bruchwurtz/ Wundkraut/ Bonenblatt.

Chrysocome, Iouis barba, herbæ nomen.

Chrysogonon, describitur ab Dioscor. lib.4. cap.59.

Chrysolachanon, Atriplex. de qua lege dictionem Atriplex.

Chrysolectrum, Electri quædam species, aurei coloris, & matutino gratissimi aspectus. Plin. lib.37. cap.3.

Chrysomela, poma aurei coloris, Citonia.

Chrysoprasus, uicinum genus Chrysoberillo, smaragdino pallidius, & à quibusdam proprij generis putatur. Vide Plinium lib.37. cap.5.

Chrysospermon Semperuiuum, apud Dioscor. lib.4. cap.91.

Chrysospermon, Chrysogonon, item apud Dioscor. lib.4. cap.59.

Chrysocolla, Berggryen/oder Schyfer gryen. Lege, βάτραχος.

Chrysocolla, humor est in puteorum scrobibus, per uenam auri canaliẽsis defluens, crassescente limo rigoribus hybernis usq; in duriciam pumicis. Vide Dioscoridem lib.5. cap.95.

Chrystalion, Psyllium. Dioscorides libro.4. cap.73.

χρυσαλλοειδὴς, nominatur gutta humoris oui albo similis, à qua uidendi facultas proficiscitur.

χοῦς, liquidorũ mensura duodecim cotylas continens, hoc est, heminas octo. Tertia pars χοῦς, quatuor cotulæ.

Chymosis. Lege, Exulcerationũ quæ in oculis.

Chymistæ, aliàs, Alchimistæ.

χυλός, humor primæ digestionis. Est autem substantia liquida, ptisanæ in spissitudine similis, quæ in prima fit digestione. Auicen. lib.1. Fen.1. Doct.5. cap.2.

χυμός, humor secundæ digestionis.

Chyliodynamis, Polemonia. Diosc. libro quarto, cap.10.

χυλός, succus, ῥόφημα, χύλισμα, siue ex herbis, siue elementis passim extractus.

κιονίς, columella græcè, siue uua. à similitudine columnæ. cùm ex reumate oblonga fit.

Cibus appellatus à græca dictione κιβώτιον, quod peram significat in qua cibum recondunt.

Cibum uocat nõnunq; Hippocr. quod ex edulijs in intestinis ipsis continetur excrementum: quod Græci σκύβαλον uocant, & κόπρον. Hippoc. lib.1. de ratione uictus. Quibus cibus statim inclusus, si quis non uacuato eo sorbitionem dederit. &c.

Cibi qui olim in luxu ueterib. fuerunt, lege apud Cœlium lib.5. cap.31.

κιβώριον. Lege, Faba Ægyptiaca.

κιβότιον, Ibidem.

Ciborum uarietas uehementer obest, & omnium morborum caussa. Hippoc. libro de Flatibus.

Cibus Saturni, Magicè Equisetū, uel Hippuris, apud Dioscor. lib. 4. cap. 49.

Cibus Italicus, secundùm Innocentiū Capparis.

Cicadæ. Plin. libro. 11. cap. 26. Hæ apud Rheginenses mutæ: quia illis silentium indixit Hercules, cùm illic dormiret. Solinus cap. 8.

Cicatrix, carnem ad cicatricem ducere, & eam naturali aliquo tegumento tegere.

Cicatricare, cicatricem inducere.

Cicatrix oculi, idem quod oculi albugo, & nebula.

Cicatrix oculorum. uide, Albugo.

Cicatrox, Romanè Coronopus: fortè quia cicatricem facit.

Cicer inter legumina numeratur, non inter olera: existimo legendum Siseris. Est autem Siser herba hortensis, Sißer erbßen. cui generositas præcipua est in Germania: inest lōgitudine neruus, qui indecoctis extrahitur, amaritudinis tam en magna parte relicta: quæ mulso in cibis temperata etiam in gratiam uertitur. Siser nobilitatum est à Tiberio Principe, id genus oleris mirè expetente. De hoc intellexit Vergilius in Moreto scribens: Hic Siser, & capiti debentes nomina porci. In codicibus impressis uulgò legitur Cicer, sicut hic quoque: cùm utrobique Siser legendum sit. Vide Col. libro 11. cap. tertio.

Ciceram Colum. non tàm leguminib. quàm pabuli quoque generibus annumerat.

Cicer Columbinum, Venereum orobæum, & Puniceū, Ciceris differentiæ: quæ tamen pro eodem accipiunt sæpè.

Cicer arietinum, aliud à satiuo uulgari. Teut. gemeyn Erbßen. Trago. Vide Diosc. libro. 2. cap. 114. Plin. lib. 18. Theophrast. libro. 9. Galen. lib. 6. Paul. lib. 6.

Cicer erraticum, Serpillum.

Cicerculam Theodorus existimauit esse, quàm λάθυρον Græci uocant, folio nō rotūdo, ut plurima legumina, sed oblongo: caulis humi serpens, ut piso: quaterni, et inæquales grano sunt anguli, ut Plinius inquit. Col. similem piso facit.

Cicerbita. Bynetsch. Cicerbitam bellissimè omniū deliniauit. Nicol. Leon.

Citharon, Hædera. Diosc. lib. 2. ca. 199.

Cichorium. Lege. Chondrylla.

Cici quid sit, uide apud Diosc. lib. 4. ca. 167. & infra Ricinus.

Cici herba, ex qua Ricini semen. Autor Aëtius sermone. 10. cap. 26.

Cicinon. uide, Ricinum.

κίκινον ἔλαιον, Cicinum oleum ex maturis ricinis, è Cici arbore (ut inquit Plinius libro. 15. cap. 7.) quę Ægypto est copiosa, alij Crotonem inquit, alij Trixon, alij Sesamum syluestre nominant. Confectionem eius lib. 1. Diosc. docet. Quem locū latè explicat inibi Marcell. Verg.

Ciconiæ. Plin. lib. 10. cap. 23.

Cicum, membrana tenuis malorum punicorum.

Cicures animātes. lege, Cytinus. Sunt autem domestici, & contrarij feris.

Cicuta, apud Diosc. lib. 4. cap. 82. Teutonicè, Schyrling / Wytscherling / Wüterich.

Cicutaria, id est, Myrrhis apud Diosc. lib. 4. cap. 117.

Ciere urinam, urinam propellere.

κοιλία κατώ. Aluus.

Cilia uocantur, quæ à palpebris prominent, folliculi quibus oculus integitur. Inde Supercilia.

Cilo, sine aspiratione, cui frons est eminentior.

Cimbium, idem quod Sisymbrion.

Cima, est quidam cauliū delicatior, tenerior que cauliculus, Col. lib. 11. cap. 3.

Cimices. Lege, κόρεις κλινικοί.

Ciminus. De hoc lacu Vergil. Ciminicum monte lacū. Colum. lib. 8. cap. 16.

Cimolia terra, ab insula Cimolo, qua utunt fullones in uestib. abluendis. Vulgus

gus nunc uocat, terram saponariam.

Cimolia terra quæ sit, require apud Dioscor. lib. 5. cap. 167.

Cinara, carduus est edulis: quæ & syluestris, Agriocinara Græcis dicta, & altilis, ubiqꝫ nunc in hortis. Cynaros uerò Acantha, canina spina, uel canis rubus. Ruelius. Dicta autem Cinara, à cinere, quòd stercoratione cinerũ gaudeat. Vide Columel. lib. 11. cap. 3.

Cincinalis, Enygron Dio. li. 4. ca. 137.

Cinclus, auis palmipes, propè mare uitam traducit: astutus, & captu difficilis, sed captus omniũ maximè mitescit. Ælianus, Suidas, Plinius.

Cinereus color, à cinere.

Cinis plumbi. Bleyesch.

Cinis Cyprius, id est, æs ustum.

Cinnamomum frutex duorum cubitorum altitudine, amplissimus, palmiquè minimus. 4. digitorum crassitudinis, statim à terra sex digitis, surculosus, arido similis. Cùm uiret, non odoratus. Folio Origani: siccitate gaudens, sterilior imbre, ceu dirę naturę. Gignitur in planis, sed densissimis in uepribus, rubisqꝫ, difficilis collectu. Plura apud Plin. libr. 12. cap. 19. Theophrast. lib. 9. cap. 45. Genera eius plura esse inquit Dioscor. lib. 1. capite. 14. patriũ sibi nomen uendicantia.

Cinnamomum ex Ciñamo arbore eo modo colligitur. Nam singulis ternis annis incidunt ramos, delibrantqꝫ: demptum eo modo corticem, Cinnamomum appellant. Lud. patr. Rom.

Cinnamomum uerum hodiè non haberi, tàm manifestum ex Dioscor. descriptione lib. 1. cap. 14. ut illi nõ possunt obsistere omnium nationum, omnes etiam Calechut mercatores.

Cinnamũ in Syria gignitur, quod Caryopon uocant. Hic est succus nuci expressus, multum à surculo ueri Cinnami differens, uicina tamen gratia. Plin. lib. 12. cap. 28.

Cinnabaris, & eius usus, est apud Dioscor. lib. 5. cap. 100.

Cynnomyron, unguẽtum Liliorum.

Cinabrum, idem quod Minium.

Cippus, & columnam significat, & nomen uiri proprium est.

Circęa, à Circe dicta. Sunt qui in neutro genere Circæum legant apud Dioscor. lib. 3. cap. 133. Plinium lib. 27. cap. 8. Teut. Flozamor / Tausent schön. Est & Mandragora. Lege, Mandragora.

Circęa, Mandragora. Sic dicta, quòd philtris credatur esse peraccommoda.

Circumitus, febris quotidiana uocat, qui. 24. horis absoluitur.

Circumitus febris tertianæ, qui horis 48. perficitur, hoc est, duobus diebus.

Circumitus febriculæ quartanæ, qui horis recurrit. 72. id est, de quarto in quartum.

Circumitus. Lege, Parexismus.

Circinare, scarificare, idem.

Circumlitiones oculorum, ad nitorem & expolitionem eius partis præparatũ remedium: idem ferè quòd Græci καλλιβλέφαρα, uel honestandis palpebris utilia dicunt.

κιρσός, uarices, & tumor pedum: qui & κιρσὸς dicitur, uenarum dilatio.

Cirsion Grecè, Spina mollis latinè, Buglossum magnum. dicta, quòd uarices sanet. Aliàs Crisim. Vide ibi.

κίκι, ϰ̀ κρότων, Latinis Ricinus, Catapulia maior. Palma Christi: ob manus humanæ similitudinem in folijs Teuto. Wunderbaum / Creützbaum. Lege, Ricinum Plin.

κιρσοκήλη, id est, ramex, cùm uenæ intumescunt intortæ, conglomerarætqꝫ ad superiorem partem, uel ipsum scrotum implẽt, uel mediam tunicam, uel imam: interdum etiam sub ima tunica circa ipsum testiculum, neruumquè eius increscunt. Vel est eneruatio & magnitudo uasorum quorundam, uel omniũ simul, quæ testes nutriunt. Vel est eneruatio, aut euulsio uasorum testes nutrientium, & humoris ignaui collectio in scroto. Bruch im hodensack.

Cirræ sunt & capillamenta, quæ contorta crispantur.

Cirra, dolor est & inflammatio, interdum etiã febris oritur: serpit, fitq; ex eo aliud malum, quod ἕρπητα ἐσθιόμενον uocant: quia celeriter serpendo, penetrandoq; ossa, corpus urat. De quo ulcere alibi. θηρίωμα dicitur, ἀπὸ τοῦ θηρίου id est, à ferocioribus bestijs: & à uerbo θηριῶδες θηριοδήκτοι, à bestiis morsi.

Cisilibites, genus uini est, in Galatia nascens, quod saporem mulsi præbet.

Cisum, Pyritis & Galenę species quarta, teste Gregorio Agricola medico, ex quo conficitur aurum & argentum. Inmẽsa eius copia apud Silesios, in Reichensteyn, ut ille ait.

Cissaron, Hædera. Lege, κίσσος.

Cissіon, Asclepias, & Cissophyllon, Dioscor. lib. 3. cap. 105.

Cissos acorpos, Chamæcissos apud Dioscor. lib. 4. cap. 127.

κίσσος, Teut. Epphew. ramosus frutex, sed inprocerus, ut inquit Diosc. Foliosus, & in saxosis locis proueniens: folijs rotundis, acerbis, hirsutis. Flos masculo ut mali punici, fœminæ albet. Vide Plin. lib. 14. cap. 10. Vocant & κίθαρον καὶ κισσαρον. Ab Cisto differt. Quòd Cissus Hedera natus est, Cisius sui generis frutex. Certat de hoc Leonicenus cum Collinutio, & Barbaro lib. de errorib. Medicorum, ad quorum commentarios remittimus lectorem: quæ item abundè per nos Tomo secundo Herbarij nostri citata. Lege, Hedera.

Cissіon, Hedera apud Dioscoridem libro. 2. cap. 199.

Cisthus. Vide, Hypocisthis.

Citeius, medicus.

Citeciphon, citatur ab Galen. medici nomen.

κίθαρον. Lege, κίσσος.

Citocatium, Chamælea apud Dioscoridem lib. 4. cap. 182.

Citrago, Melissophyllon est, ob odorẽ Citri mali.

Citreolus, Cucumer citrinus.

Citrium pomũ. Lege, Malus medica.

Citria poma, secundùm Manardũ poma arantia.

Citrum, lignum preciosissimum, quo lectos exornabant olim ueteres, Lege, Malus medica.

Citta, der schwangeren frawen gelust. affectio qua terram cupiunt edere mulieres: quæ circa tertiũ præcipuè gestationis mensem infestat: quod nõ possit, cùm fœtus, utpote imbecillis, quicquid ad uterum alimenti ratione fertur, absumere: quapropter uarię in stomacho redundantiæ accumulantur. Vnde & uaria & absurda appetunt, ut carbones extinctos, cretam, cimoliam, & alia per multa. Eam ob caussam affectũ hunc nominauerunt, aut ab animalis uarietate, aut quod sæpenumerò hoc modo pica laborat. Lege, Malacia.

κιττὼ, insuauis & uilis Casіa.

κιττάρια Græci nucamenta illa uocant Picee arboris, quę uice floris grosіs pręciduis, fici proportione respondent. Barbar. in Coroll. piceæ.

Cittampelos, Helxine apud Dioscoridẽm libro. 4. cap. 42. S. Peters kraut/ Tag vnd nacht.

Cittosus, uocatur uitium pestis, quando acini racemis defluunt.

C L

Clauicula, Hedera ea quæ apud Dioscor. Helix, tertia hederarum species.

Clauiculæ, uitium claui, coliculi sunt, quibus quasi manibus proreptans uitis adminicula comprehendit.

Claui inter ulcera sunt: quorum quidã Morticini appellãtur. Nascitur Clauus nonnunq; alibi, sed maximè in pedibus, ut docet Cornelius Celsus. Clauo perijt Silius Italicus. Colum. lib. 6. cap. 14.

Clauus, genus ulceris, quod nõnunq; alibi, sed frequenter tamen in pedibus nascitur, doloremq; mouet ingredienti. Agerſten aug/ Kräen aug. Sunt & oculorum claui, ut nominat Celsus, uide- licet

licet callosa in albo oculi tubercula, à similitudine claui nomine accæpto: quòd ut claui acerbissimè pungant, lancinentquè. Estq́ rotundum, atq́ turbinatum, & callosum.

Clauus, tuberculum quod Græci Dothienem. δοθίων, enim tuberculum, pustula uocatur. Latinè furunculum uocamus. Item

Clauus, morbus arboris quid sit, & quomodo arboribus contrahatur, require ex Theophrasto lib.4.cap.16.

Clema. Polygonũ, Diosc. lib.4. cap.5.

Clematis daphnoides, Peruinca est. Dicta, quoniam κλήματα sarmenta seu uiticulas per terram spargat. Daphnois uerò, à foliorum lauri similitudine. Teutonicè, Yngryen/Syngryen.

Clematis altera Epigeris. Diosc. eod. libro.cap.9. Weiſſz Wynd/Glocken-blům.

Clematitis tertia species Aristolochię, de qua uide Dioscor.lib.3.cap.5.

Clymenon, Periclymenon apud Dioscoridem libro.4.cap.16. Teut. Geyſſz-blatt/Lynenblůmen/Specklilyen/Groſſz Meußörlin.

Clemax, Iulio Polluci Vitis.

Cleonicon, Clinopodion apud Diosc. lib.3.cap.108.

κλῆιδα παρ' ὦμμον, commissura circa humerum. Hom. Iliad.ι. τόν δ'ἐι ἑτερον ξίφει μεγάλω κλῆιδα παρ' ὦμμον πλῆξ.

κλωνία. Enula Campana.

Clema, Pityusa apud Dioscoridem libro.4.cap.176. Lege isthic Verg.

Clematia, apud Theoph. Tithymalus dicta Myrsinites, apud Dioscor. lib.4. cap.170. Milchkraut weiblin.

Clematitis, Romanè Ambuxus, apud Dioscor. lib.4.cap.192.

Cleophantus, ut testatur Plinius, uixit ante Asclepiadem. In febrium curatione, caput ægri, multa aqua frigida ille subleuabat: inde uinũ perfundebat. Adnotauit Cel. lib.3.cap.14.

Cleopatra medicus, citatur subinde ab Paul. Ægineta. Scripsit de arte curatiua & singulorũ morborum curationibus.

Cleromantia, quæ ex sortib. futura denunciat, Geomantiæ pars.

Cleron, morbus operis apum, cùm fauos non explent. Plin. lib.11.cap.9.

κλιβανίτης, panis probè in fornace co-(ctus.

Clibodion. Helxine apud Dioscoridem libro.4.cap.42.

Clidemus quædam de causis plantarũ reliquit, ùt inquit Theophrastus libro.1. Plant.cap.10.

Clidium uocatur in sue, quod inter iugulum est. Nam

κλείδιον, Latini Ingulũ uocant. Quòd κλεὶς. pars est quæ diuidit pectus à ceruice: humerus, os latum in summo costarum, quod brachij motu paulùm cum lato osse mouetur.

Clima mensura agrorum. Columella. Apud Astrologos, Clima in situ terrarum dicitur spacium quo regionatim uariat horologium. Vniuersa terra diuiditur in septem Climata, quæ nostri Circulos appellauere, Græci Parallelos, Plinius noster Segmenta: à quo præter illa septem nouissima, adduntur quinq́ exquisitissima quadam subtilitate, ut ita fiant climata, siue segmenta numero duodecim. Bononia patria mea septimo segmento, siue climate continetur. Colum. lib.9.cap.primo.

κλινικός, Paralyticus, & in lecto decumbens, nostra uernacula, Betteryß/ quòd κλίνη græcè significat lectum.

κλινική, medicinæ genus.

κλινικοὶ, medici qui medicamentis curãt ęgrotos ab lectis malè affectos, quos frequentant dicti.

Clinopale, inmodica fututio, & uenerearum rerum usus hebetior, flaccidusquè, etiãsi conatus sit multus. apud Paulum lib.1.cap.37.

Clinopodion, Polycnemon apud Dioscor. lib.3.cap.107. Dicta, quòd flores ex interuallis, lecti pedũ speciem prębent.

Clinopodion, Serpillo similis herba. de qua

de qua uide Dioscor.lib.3.cap.108. Plinium lib.24.cap.15.

Clitellæ, dicuntur ea, quibus sarcinæ colligatæ mulis portantur. Inde Muli clitellarij.

Clitellas uocant, strata iumentorum, quibus sarcinæ alligantur. Vnde muli Clitellarij dicti. Prouerbium est. Boui clitellæ sunt impositæ: cùm bos naturaliter sit impatiens, insolensq; clitellarum, minimeq; ferẽdis clitellis idoneus. Plautus festiuiter homines Clitellarios uocat, qui onera imposita uehunt, & dorso portant, quasi dossuarij. Columel.lib. 6.cap.36.

Cliterninus uide, Lanunini, & Coles.

Clitorium, muliebre pudẽdum: quod & Sacandrus dicit. Vnde & κλιτορίζειν, quod turpiter id membrum contingere significat. Pollux per υ scribere ma uult. libro.2.

Cliuina, auis, quæ & Clamatoria, & Prohibitoria. Plinius lib.10.cap.14. Cliuina uocabulum quidẽm alitis, sed ab auspicijs dictæ Cliuis. ita enim uocabant, ut inquit Festus, quæ aliquid fieri prohibebant.

Clodius, nõ ille Miloni infensus apud Ciceronem, sed medicus, scripsit libellũ de cura Ascaridum.

Clostra, à claudendo dicta.

Clunicus, qui laborat ægritudine clunium.

Clupea, piscis minor Attilo.

Clymenon, Volucrum, apud Dioscoridem lib.4.ca.15. Wynd / Betler styl / Stylbaum.

κλυσὴρ καὶ κλυστὴρ latinis lauamen, uel ablutio. à uerbo κλύζειν, quod est abluere & lauare. Hæc clysteria à maioribus inuenta fuere, ut aluum mundarẽt, & intestina à fecibus & prauis humoribus. Aliàs ἔνεμα. quod iniectionem sonat. Austr.

κλύσματα. Clysteres, ablutiones.

Clysteris usum ab Ibi profectum scribunt. Hęc enim collo tanq; Clysteris utitur, marina, niliq; aqua impleto, rostri aduncitate, per eam partem se proluit, qua recrementa prolui solent. Galen. in introducto. seu Medico.

C　N

Cnecion, Maiorana, & Samsuchus, apud Dioscor.lib.3 cap.45.

κνήκιον. Diosc.lib.3.cap.45.

Cnecron, uel Cnestron. Vide, Granũ gnidium.

κνημίς, tibia, ocrea, tibiale.

κνησμός, latinè pruritus mali nomen. Fit autẽ ex corruptis, pituitosis, & biliosis humoribus. Si senectuti cõtingit, uix curatur.

Cnicion, Trifolium, apud Dioscorid. lib.3.cap 122.

Cnice, Ruscus, apud Dio.li.4.ca.147.

Cnicos, Atractylis, apud Dioscorid. libro.3.cap.106.

Cnicus, Cartamus apud Diosc.lib. 4. cap.100. Teut. Wylder Saffron.

Cnicus agria, Anemone.

Cnide, Acalyphe, Apud Dioscor. lib. 4.cap.54. à κνίζω, quod cum dolore pungi, uexariq; significat.

Cnidion Coccum, Chamæleon niger, Dioscor.lib.3.cap.10.

κνίδιλαιον, oleum è grano Cnidio.

κνικινὸν ἔλαιον, oleum cnicinum.

κνώδαλα, marinæ beluæ: sic in Pindari & Nicandri scholijs interpretantur. Vsurpatur tamen & pro terrestribus reptilibus.

κνημαστῆρες, neruos uocant ab inguine dependentes.

Cnepedion, Polygonium apud Dioscor.lib.4.cap.5.

C　O

Cœli, Terrę, Syderum, Cardinum cœli, Polorum, Signiferi, Ætheris, Tropicorum, Planetarumq; descriptiones, uide in Lexico nostro Astrologiæ, & Nicolai Prugkneri.

κοιλιωτικά, id est, uentriflua medicami

κοιλία, uenter. Vide Cœliacus morbus. Vocant & γαστέρα, ex quo & ὑπογάστριον, pars sub umbilico ad pubẽ: quam

quam etiam ἦτρον uocāt. Vnde & Etridia frusta apud Comicos, & Abdomen, & Lactes.

κοιλιακὰ, passio in uentriculi parte affectus malus, sub quo indurescit uenter, dolorq́ eius est. Eius species sunt duæ. Vna Procœlion, quæ magnitudine fit, & abundantia ab animantibus quæ protuberanti sunt uentre. Altera, ex defectu ἰλλιπεῖ oritur: Proinde Sphecodes appellatur: uel Sphęcodęs, tralatione ab uespis producta. Dicitur & Lagaros, ab inanitate. Cuius exemplum extat Iliad. 6. μηκάτοιγμώσας μένε@ ἀλὰς τελάλω-

Cœliaci, à Cœlia, id est, uentri (μαι. culo stomachi uocantur: quòd morbus is atq; dolor, in ipsius uentriculi parte cōsistat, quæ πυλωρός Græcè nominatur. Vnde medicamenta quędam huic uitio contraria, Cœliaca dicuntur.

κοιλόφθαλμος, qui concauis est oculis.

κοίλωμα, ulcus in ea concauitate oculi, ea scilicet tunica, quæ Cornea dicitur.

κοιλώματα, concaua ulcera quæcunq; rotunda, & concaua, uuis latiora. Circa irim oculorum fiunt. Sunt autem in oculis uuæ ex eodem ulcerum genere.

κοιλίαν μαλακύσαν, uentrem mollire.

κοιλίας ῥευματισμός, uentris fluxus.

κιρσοὶ, medicorum uox, qua uarices significant, interdum toto corpore se dilatantes. Lege, Varices.

Cöa, prisci appellabant os uentriculi. Galen. lib. 4. Aphoris. apho. 17.

Cöacon, emplastrum nigrum. Quamquàm legendū suspicat Cæsareus Chöacon, aut Chiacum: ut apud Georgium Vallam de cura Oculi. Nisi malis Cöacon, quòd inter Hippocratis opera liber habetur, qui inscribitur, de Cöacis prænotionibus: unde nomen deductū uideri potest. Vide Cels. lib. 5. cap. 19.

Cöactio in animalibus, passionis est nomen ex qua ægritudinum diuersa genera nascuntur. Ideò sic appellata, quòd ab iniuria, uel labore, uel ex cöactione contingat.

Cöadiutrix caussa. Lege, Causa & alia.

Cobios, Tithymalus apud Diosc. lib. quarto, cap. 168.

κωβιός, piscis.

Cocetum, genus edulij ex melle & Papauere.

Cocalia. Lege, Cochlea.

Cochlax. Lege, Cochlea.

Cochlea. De hac in hanc fermè sententiam Hermol. Barbarus. Cochleam, & Limacem, Græci Cochliam & Cochlion appellāt. Nam Cochlos, & Cochlax marinos calculos significat. Est & Cochlos apud Aristotelem, animal testaceum, & aliud quàm Limaces, à Theodoro dictum Vmbilicus. Hoc et Cochlion est ubi Aristoteles appellet, sicut limacē quoq; Cochlon. Nobilitas præcipua Solitanis. A patria item Balearicis quas in speluncis nascentes Cauaticas nomināt. Aphricanis duplex genus, nudarum: tectarumq;, quibus magna fœcunditas. Sicut Illyricis amplitudo. Nam & Siculæ commendantur quàmdiu paruæ sunt, quia magnitudo duras facit, auferto; succum. Laudantur & Caprearum insulis. Saliua Cochlearum, quæ punctis, acu, uel stylo carnibus manat, à Græcis, ut Galenus inquit, myxa dicitur, hoc est, mucosus lentor, siue mucor, mucusúe. Limacem Teucer ad exemplū quæstionis ludicræ ita definit. Animal sine pedibus, sine spinis, sine ossibus, crustatū, oculos nunc exerens, nunc retrahens. Cicero Terrigenam, Herbigradam, Domiportam, Sanguinecassam. Inuenio Limacis genus Cocaliam ab Aristotele uocari, & aliud Abrotonem. Quanquàm sunt qui Locustam putent. Item qui apem, alij qui piratam in eo uocabulo intelligant. Strabo libro decimotertio, Cochleas prædicat Linusias, ab agro, cui nomē Lino est, iuxta Pityunten, medio inter Parianam coloniam, & Priapum spacio.

Cochlea, notum animal. Plinius libro 8, cap. 39.

Cochleæ linusię.lege,Cochlea.

Cochleæ oculis carent,ideoq; corniculis prætentant iter.Plin.lib.9.cap.30.

Cochleæ arborum quæ sint,require ex Theophrasto lib.4.cap.16.

Coccali,nuclei Pinei,secundùm Gal. Sunt qui Cocci gnidij grana Coccalos quoq; uocent.

κοκκοὶ,uide,πυρῆνας.

Coccimelęa,latinè Prunus,Teutonicè Pflaumenbaum.Syluestris autē Prunus,Teuto. Schlehen. Lege,Prunum syluestrem.

Coccos,à Theophrasto accipitur pro Tithymalo paralio,cuius meminit Dioscor.lib.4.cap 171.

Cocula,uasa ænea,coctionibus apta.

Coccum,rubens granum.

Coccum quo infectores utuntur,frutex paruus,cui grana ceu lentes adhærent,quæ electa congeruntur. Dioscor. lib.4.cap.51.

Coccus Baphica,id est,Granū tinctorum.de quo uide Coroll.Barbari,Dios. loco præallegato. Theophrastum lib.3. Plin.lib.24.cap.4.

Coccum Gnidium, Chamælea apud Dioscorid.libro.4.cap.181. Mezereon, Kellerßhalß.

Coccyx,ex accipitre uidetur fieri,tempore anni figurā mutans.quoniam tunc non apparent reliqui,nisi perq; paucis diebus. Mutat & uocem. Procedit uere:& semper parit in alienis nidis. Plin. lib.10.cap.9.

Coccyx,pars ex lateribus sacri ossis,apud Galen.lib.2.Anatomiæ.

Codiæ,Papauerum summa capita.

διὰ κωδίων, de papauere confectio, uel papauerinus liquor.

Codex,arboris robur.

Codymalon,& Cydiomalum,Cotoneum malum uocari quidam scripserūt. Verū Palemon floris esse genus existi(mat.

Cœna ueteribus dicta,quod nunc Prandium uocamus. Vesperna,id quod cœna.

Cohortalis est auis,quæ quasi in corte domi alitur.In uilla cohors est: ex eo dicta,quòd circa eum locum pecus cöercetur. Autor M. Varro. Inde aues dictæ Cohortes, quæ intra cohortem uillaticā continētur:quales potissimùm sunt gallinæ.Ouidius. Abstulerat multas illa cohortis aues. Apud Martialem per contractionem dictionis scriptum est, Raucæ cortis aues,& oua matrum. Item, Accipe cortis aues. Vide Colu.lib.6.ca.2.

Cohortes,inter alia etiam uillarum intra maceriem spacia sunt.

Coitus. Ad Coitum quidam sunt impotentes,nisi plagis, & uirgarum conuerberationibus inmodicè cædant. De quo uide memorabile exemplum apud Cęlium antiquarum lectionum lib.6.cap. 37.Quin & hodiè apud Monacum Bauariæ quendam superstitem adhuc agere, Vuolfgangus Steirmeyster Francofordianus doctus, & benè existimatus ciuis,nobis retulit:qui cū uxore sua rem habere non potest, nisi acriter antea cæsus. Tantam esse natium densitatem, ut uix multis uerberibus illi queat sanguis elici.

Cöeant,cöagulentur,ut unitas fiat.Columel.lib.12.cap.21.

Cola,uasa, siue instrumenta ad colandum uinum defæcandumquè accommodata,à colando nominata. de quibus Vergilius,Colaq; prelorum fumosis deripe tectis. Villicus,ut inquit Cato, habere debet Cola tria: Cola, quis florem demat tria. Col.lib.11.cap.2.

Colchicum,ἢ ἐφήμερον, Bulbus agrestis,Officinis Hermodactylus,Teuton. Zeitlößlin.Dictum,à Colchide ueneniferace,in qua nascitur.ob id uerò ἐφήμερον uocatum,quòd uno die sumptum interficiat. Differens in hoc ab alio,de quo Diosc.lib.4.cap.88.scribit.Paul.lib. quinto,cap.48.

Colchicum, Hermodactylorum generis,apud Dioscor.lib.4.cap.7.

Colei,ab eruditis dicuntur testes, atq; item

item lanunini, et cliternini, ut est in Ciceronis Epistola ad Pœtum. Propertius: Cantabant surdo, nudabāt pectora cæco Lanunij portas, hei mihi, solus eram.

Coles. Vide, Penis.

Coleus. Vide, Lanunini.

Coliculus, Cauliculus est apud Columellam, lib. 11. cap. 2.

Colica, quid re uera sit, & ex quibus originem ducat, tùm de differentia inter Colicam, & passionem Calculosam, uide doctissima quædam apud Galen. lib. de locis affectis. **krymmen in kleynen därmen vmb den nabel.**

κολικὴ διάθεσις, Colica affectio.

Colici, à colo, prima breui. Est autem Colon intestinum laxius. Vnde uerbū κολάζεσθαι, pro eo quod est torqueri, cruciarique. Is morbus & Chordios, & Chordapsos quoque dici solet, itemque Ileos, sed Diocli tantùm Carystio. Cæteris uerò Ileos propriè is est, per quem dolores in intestino graciliori sentiuntur. Plin. lib. 26. cap. primo.

κολικόν, medicamentum morbi, qui in pleniore intestino, siue cæco, innascitur, cuius inuentor Cassius fuit. Eius descriptionem lege apud Cels. lib. 4. cap. 14.

Colix, panis, quem subcinericeū dicūt.

Coloboma, mutilatio est mēbri in parte aliqua corporis.

Colobomata uocant, ut inquit Galen. 14. Method. quæ in labijs, aut naribus, aut aure deficiunt. Atque inibi de eorum curatione, uide plura.

κολοκασία. Lege, Colocasium.

Colocasium, idem quod Ægyptiaca faba. De Colocasijs lege Strabonem libro 17. Herm. Barb. placet magis pro Radice interpretari. Lege, Faba Ægyptiaca.

Collocassion, Cypriorū lingua, Arū.

κολόκυνθα, Cucurbita. Lege, Cucurbita.

Colocyntha Alexandrina, apud Dioscoridem Coloquintida, lib. 4. cap. 188. Lege, Cucurbitam.

Colocynthis, syluestris Cucurbita, Coloquintida Officinis, Teut. **Coloquint / wyld Kürbs / Bitter Kürbs / Geyß kürbs.** Dicta, quasi parua cucurbita.

Colomestrum, Aconiti species altera, apud Dioscor. lib. 4. cap. 81.

Colon, Plinius parte infima constituit, quod latinè uocatur Ile.

κῶλον, morbi genus in intestino eius nominis. Plinius lib. 26. cap. 1. Serenus. Cùm Colon inuisum morbi genus intima carpit.

κολόν manus, quod in meditullio est, thenaris, hypothenaris pectoris, id est, cauitas appellat. Alij Cotylon dixere.

Colophonia, Scammonia, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 182.

Colophonium. Lege, Pix sicca.

Colorum diuersa genera, & uarietates, nomina, & rationes, uide apud Vitruuium libr. 7. cap. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. Item Gell. lib. 2. cap. 26.

κῶλος, & κώλυμα, coxa cum crure. Itē Podex. Vide, Pedem.

Colossinus color, à Colosse urbe in Troade, ubi lana inficitur, florem referens Cyclamini: quod tùm Rapū, tùm terræ Malum, ac Tuber uocatum, à nobis Consentinis Terrigena. Fulget flos ille inter candorem & purpuram.

Colostra, siue Colostrum, prima à partu spongiosa densitas lactis. Theodorus pro coitu lactis cuiusque accipit. Colostri Martialis Poeta meminit, & Plautus in Pœnulo: Mea, inquit Colostra, meū cor, meus molliculus caseus. Vel,

Colostrum neutro, & Colostra fœminino genere nil aliud est, quàm spongiosa densitas lactis à partu. Plinius. Ex primo semper lacte à partu Colostra fiunt. Hinc Colostrati infantes dicti, quibus perniciosū fuit gustasse id lac. Epigrammatista. De primo matrū lacte Colostra damus. Columel. lib. 7. cap. 3.

Colostratio, genus morbi. Et infantes Colostrati uocantur, densato lacte in casei speciem pasti. Ex proximo semper à partu Colostræ fiunt, quæ nisi admisceatur aqua, densantur in pumicem.

κόλωθος,

κόλπος, id est, sinus, aut Astomma, portio mammillarum, quæ lac continet.

Coluber serpēs, quando bibiturus est, prius uenenū eijcit, ne suum ipsius sorbendo exhauriat. Ælianus.

Columba, Lithospermon apud Dioscoridem lib.3.cap.159.

Columbarium uulgò uocant stabulū Columbarum, ipsum ædificium, & locū Columbis alendis accommodatum: & ita Palladius quoque appellat. Verū Columella, & M. Varro Columbaria capiunt pro nidis, & loculamentis, & cellis, in quibus singula paria fœtificant. M. Varro sic refert. Columbaria singula esse oportet, ut os habeant, qua introire, & exire possint.

Columbarius, dicitur custos, & pastor Columbarum. Columel. lib.8.cap.8.

Columbæ. Plin. lib.10.cap.34.

Columella, gutturis uuula.

Columellæ curatio apud Galenū.14. Method.

Colus Iouis, Polycnemon. Dioscor. libro.3.cap.107. Teut. Knawelkraut.

Colus rustica, herba Atractylis, apud Dioscor. lib.3.cap.106.

Coli morbus, siue affectus, est dispositio diuturna in uentre, per interualla dolores intolerabiles exercens, cum spirandi difficultate, & sudore, & frigiditate.

Coluthra, maturæ ficus.

κολυβὸς δένδρος, decurtatæ breuitatis arbores.

κολυβὰ Græci uocāt, quæ trunca sunt, & summas amiserunt partes.

Colymbades. Plinius in.15. Colymbades franguntur, eędemque herbarum uiridium sapore condiunt. Colum. lib.12. cap.16.

κολυμβάδες ideo uocantur oliuæ quędam, quoniam oleo suo purè, hoc est, sine accersita commendatione innatant, & quasi urinabundæ fluitant. Conditæ & salsæ oliuæ, quę communiore & certiore appellatione Halmades itidem dicebantur. Hæ nomen à sale inuenerunt. ἅλς enim Græcis sal dicitur. Illæ ab eo, quòd in conditura sua maturent, sic appellatæ fuerunt. κολυμβᾶν enim urinare est. Dico autem urinare, in natando sub aqua esse: & κολυμβήθραν piscinam Græci uocant. Qua ratione aquaticas, & urinantes aues, quales anseres, & annates sunt, Colymbadas ijdē Græci dixerūt. De conditura uerò ipsa oliuarum uide plura apud Plin. lib.15.cap.3. Pallad. lib.13.cap.20. Colum. lib.13.cap.47.

κολυμβήθρα. Vide, Colymbades.

Colutea, seu Colytea, à nullo præter Theophrast.3. de Plant. hist. cap.17. celebrata, duorū generū. Vnum Germanis Welsch Lynßen. Alterū officinis cognitū Sena, uel Senetbletter uocatum.

Collectiones, id est, inflammationes.

κολλητικόν, conglutinatum.

Colliquias deriuemus. Videtur legendum, in Collicias. Sunt autē Collicię, siue colliquiæ sulci maiores, amplioresque, & quasi loculamenta, quibus humor agrorum noxius ex minoribus sulcis deriuatur extra segetes. Vitruuius appellat Colluuiaria, omnis colluuiei, & purgamentorū receptacula. Plinius meminit Colliciarum his uerbis. In usu est & collicias interponere, si ita locus poscat, ampliore sulco, quæ in fossas aquam deducant. In Plinianis codicibus ferè omnibus legitur Collectritas. Verùm siue Colliquias, siue Collicias, siue Collectritas legere libet, haud equidē in magno ponā discrimine, dummodò nouerimus uocabulum hoc, ab humore colligēdo, uel eliquando esse deductum. Fiunt autem in agris huiuscemodi Colliciæ, ad colligendas aquas, atque educendas extra segetes: sicuti quoque sunt Elices, sulci aquarij ab elicienda aqua nominati. Cato cloacale flumē dixit, pro colluuie clōacarum. M. Varro Collicias signari uidetur, cùm ait: Sulcant in fossas, quo pluuialis aqua dilabatur. Colu. lib.2.cap.8.

Colliquatio uocatur, cùm per uētrem quiddam excernitur, quod non ab ac-

egpto cibo, aut potu prodit, sed ab humoribus ex corpore in uentrem defluentibus: assimilaturq; ei, quæ tùm per uomitum reijcitur, tùm infernè procedit, flauæ bili: differt autem ab ea, tùm graueolentia, tùm quòd flauius quodammodo excrementum apparet, strigmenticiam què crassitudinem habet: aliquando uerò oleosum & adiposum existit. Aëtius sermon.9.cap.38. Vocatur & Syntexis.

Collubia, & Collubiæ sunt, quæ hodiè Tragemata, & Bellaria etiam uocant, Ciceris frixi, uuarumq; passarũ uilia munuscula, ut Hieronymus interpretatur.

Collucare ueteres dicebant, cùm prophanæ syluę rami deciderentur, officientes lumini.

Colluuies cortis, Vogelßdreck.

Neq; arborẽ Collucare. Tria sunt priscorum uerba ab eodem fonte deriuata: Collucare, Sublucare, Interlucare, quæ hoc discerniculo disparãtur. Collucare, est arbores syluæ officientes lumini succidere, & succisis arboribus locum luce complere. Sublucare minus est quàm Collucare; significat enim ramos arborum supputare, & ueluti subtus lucẽ immittere. Docet M. Cato, quemadmodũ Romano more lucum Collucare oporteat. Interlucare uerò est, in arboribus frugiferis ꝑ interualla deputare ramos in densitate ramorum, qui sunt superuacui. Vnde nata Interlucatio est, cui in uitibus consimilis est pampinatio. Plin. Interlucatio arboris prodest, sed omnium annorum trucidatio inutilissima est. Columel. lib.2.cap.22.

Colluere os, est retentum in ore humorem aliquem identidem circumagere, ut ea ratione medicinam contactu faciat.

Collum uocatur, quod inter pectus & faciem: cuius prior pars guttur, posterior gula, pars posterior extima ceruix. Aristot. lib.1. de Natura animal. cap.12.

Colli expertia, gulam manifestam nõ habentia: sed nec habere necesse.

Collum anterius, Græci δερὴν uocãt. Inde & similitudine quadam in angustũ desinens prominẽtia, superciliumúe, di-

Collyra, minuti panes, qui (cit Dire. pueris dabantur.

Collyria ani, aliàs glandes, & supposi-

Collyria. Attẽde Collyria dici (totia. non solũ medicamẽta oculorũ, sed aliarũ quoq; rerũ. Itẽ Corn. Cels. Collyria ponit pro medicamentis fistularũ, docens quo modo fieri debet Collyriũ ad fistulas curandas. Scribit Suidas κολλύρια, id est, Collyria esse pharmaca iatrica, id est, medicinalia. Idem docet panes quosdã quasi mutilos eodem nomine appellari. Colu. lib.6.cap.6. Lege, Buccina.

Collyriũ, est puluis subtilissimus, incorporatus cũ aliquo liquore in forma li

κῶμα, somnus, & ueterni spe (quida. cies. Lege, καταφορά.

Comacum quid sit, uide apud Theophrastum lib.9.cap.7.

Comæ, humiliorum plantarum tota, non per singula folia solùm decerptæ frondes sunt. Austr. Ruellio Coma dicitur, quicquid hilari uenustate, criniũ modò, summa ramorũ, uel coliculorũ exor

κῶμαρ, grauedo quædam est, (nat. uel sors, uel fatum mentis: pro somno accipitur, uel ad somnũ propensione. Sic Nicandri interpres.

Comas, cerui hinnulus.

Combustibilia sunt, quæcunq; meatus habent huiusmodi, ut ignem introrsus admittant: atq; in hisce meatibus, qui per rectũ dispositi sunt, minus ualẽtem quã ignem, continent humorem. 4. Meteo.

Comes Andreas, medicus, allegatur ab Aëtio lib.10.cap.5.

Cometes, Characias, Tithymalus, apud Dioscor. lib.4.cap.168.

Commeatus apum, itiones, & reditiones, à commeando. Colu. lib.9.cap.8.

Composita Philonia, medicamina ex uarijs rebus composita, cuiusmodi miscere solitus fuit Philon. Philonicæ cuiusdam mixturæ meminit Celsus libro sexto, capite sexto.

Comphena. Lege, Symphoniaca.

Complexiones, tẽperamenta, uel temperaturæ humorum & qualitatũ sunt. Sic enim Græci uocant.

Compluuiata uitis dicitur apud Varronem, à cauis ædium compluuijs.

Compressus nasus uocatur, qui gracilentus in summitate existit. De cuius indicijs lege Comment. Gal. in Hipp. Prognost. lib. 1. cap. 10.

Comidijs, Psyllium lingua Siculorũ, apud Dioscor. lib. 4. cap. 73.

Commissura. Lege, Ossa duobus modis sunt composita.

Commemoratiuum signũ est (ut Empirici aiunt) rei apparens & cognita, ex obseruatione conducens ad recordationem, nota rei.

Concaussa est, quæ cum altera æqualẽ effectũ facit. Cõadiutrix caussa est, quæ sua uirtute morbum efficere non potest, alterius autem auxilio potest. Manifestæ caussæ, quæcunq; ex seipsis deprehenduntur, et aliquem effectum operantur & demonstrant. Aliter sic: Manifestæ caussæ, quę per se apparent, & suum effectũ ostendunt. Nõ manifestę caussæ sunt, quæcunq; minimè ex seipsis deprehenduntur. Obscuræ caussæ, quæ neq; ex se, neq; ex alijs comprehenduntur. Obscuræ ad tempus, quæcunq; detectæ ex seipsis apparent: & cùm corporibus nostris insunt, per signa cognoscuntur. Vel sic: Obscuræ ad tempus sunt, quæ aliquandiu incognitæ sunt, sed rursus sub sensum cadere non possunt. Lege, Caussarum alia.

Conceptio, uel imprægnatio quare sic uocata primitus sit, Gal. lib. 1. de Semine sic differit: Mihi uidetur, inquit, idipsum uerbum, Concipere, quod Græci συλλαμβάνειν τὸ σπέρμα dicunt: adeoque nomen hoc, conceptio, quod σύλληψιν ipsi uocant, inde à mulieribus esse impositum. Etenim motum quendam per se percipere dixerunt in utero, qui ueluti cõtraheretur, & paulatim in sese cõiret, ubi semen non conceperint.

Conceptionis caussa est, moderata locorum caliditas, necnon recẽs menstruorum purgatio, & appetitus libidinis. Cùm enim hæc non concurrunt, semen non continetur.

Conceptus impeditur, cùm bis concipit mulier à duobus. Nota exemplũ de Hercule, & Iphiclo, apud Solinum de Mirab. cap. 1.

Conceptus fœminæ, uultum pregnantis inficit pallore. Solinus, cap. 4.

Conchę uisu carent, omniq; sensu alio, quàm cibi & periculi. Plin. lib. 9. cap. 30.

Conchi, oculorum caua.

Conchis, sic olim appellabatur faba cũ suis corticibus elixa, ad discrimen fresæ: nam Conchis aliud esitij genus est.

Conchos, apud Lycophrontem Caluaria est.

Conchyliatus color, à Conchylijs.

Concoctio, est succi maturatio, in uentre & intestinis, per transmutationem in distributionem effecto. Aliter. Concoctio est operatio, & confectio nutrimenti per transmutationem atq; alterationẽ in uentre, & intestinis. Vel: Concoctio est alteratio parata ad sanguificationem, quæ quidẽm fit à natura per calorẽ. Has autem Concoctiones alimenti à naturali & ingenito calore fieri, asserit Hippocrates. Erasistratus autem ab attritione, cibi bonitate, concussione, atq; uentris agitatione, ac acquisitij, siue aduenticij spiritus proprietate. Empedocles autem has fieri ex putrefactione, autor est. Nõnulli uerò asserunt fieri ex crudis & indigestis humoribus distributionẽ, quem admodum Bitinus Asclepiades: qui & ipse exercitationem quinq; sensuum animam esse pronunciauit.

Concoctio, est iuxta qualitatẽ permutatio, quæ nutrire potest. Cõtingit à uentre sibijpsi cibos assimilante. Aëtius sermone. 9. cap. 23.

Concoctio, perfectio est, quæ à naturali, proprioq; calore ex oppositis fit passiuis, quæ

tis,quæ sua cuiqꝫ materies existunt. Aristoteles lib.4.Meteo.

Concolor,eiusdem coloris dicitur.

Concordialis,Argemone.

Concuti,cerebrum dicitur, propter aliquem casum uiolentum,ex locis altioribus factum.

Condepsere,est commiscere,& molliare subigendo.Quod uerbum à græco fit δεψῶν,id est,mollire.

Conditaneæ,& Conditiuæ uuæ, quæ in annum reponuntur, murijsqꝫ condiuntur.

Vicini Conditionibus.Emendo,Vilici.tanquàm ad uillicum parum pertineat compositio olei gleucini. Conditiones autem accipe pro Condituris.Sic enim Marcus Tullius,sic ueteres frequẽter appellant: ut inter Conditiones, & Condituras nihil quicquàm intersit: cũ utraqꝫ dictio à Condiendo deflexa sit, Columel.lib.12.cap.50.

Condititia,quæ recõduntur, & diuturno tempore seruãtur longi usus gratia, ea uocãtur Condititia cibaria.Cato Cõditiua appellat poma,quæ conduntur in hyemem duratura.Col.lib.8.cap.8.

Condita,uocantur præparata:quomodo præparentur, consule libros myropolarum.

Condrites,panis qui est ex Halica,siue ex Zea pistus.

κονδύλοι,articuli, uel articulorũ nodi. Idem sunt & σκυταλίδες.

Condylion.Lege,Onyx.

Condylus,quod in digitorũ cõmissura prominet. Vnde uerbũ κονδυλίζειν.

κονδύλωμα, excrescentia carnis, circa anum asperedinem habens. Gale. lib.6. capite.18.

Condylomata,rugosæ quædam extuberationes sunt,persimiles hæmorrhoidibus.Paulus lib.6.cap.71. Dryckblateren in dem affter. Vide Rhagades.

Confectio, fit ex pulueribus simplicibus,aut speciebus.

Confectio Aliptæ muscatæ,quomodo consarcinetur, lege apud Nicolaum in Antidotario. Alipta,& Aliptę qui dicti sint, alibi diximus. Quanqꝫ existimem, ne ipsum quoqꝫ scriptorem satis assequutum quid esse t Alipta.

Confectio Gallæ, satis preciosa & redolens muscata,apud Nicolaum.

κόγχος,oculi cauum.

Conger,piscis marinus.

Congius,Græcè χοῦς dicitur, sex sextariorum mẽsura, uocatur & Congiariũ.

Congros,inter alia morbus oleæ.

Coni,nuces cupressi:Theocrito, Pinus.

Coniatæ chrysiæ,id est,exaliptes. (rũ.

Coniosis, primum fundamentum operis apum.Plin.lib.11.cap.7.

Conile,Myrrhis apud Dioscor. lib.4. cap.117.

Conion,Cicuta apud Diosc.lib.4.cap. 81.Teuto. Witscherling / Schirling / Wundscherling / Wüterich. Quasi Tyrannus:quòd scilicet hominem interficiat, si intra corpus sumatur. Vnde de Socrate illud. Dicere sorbitio, tollit quem dira cicute.

κόνις. Vide,κόνος.

Coniugula,uel Cõiugalis,id est, Myrtus.

Conyza magna,quæ alio nomine Cunilago,& à Plin.Cunila quandoqꝫ dicitur.lib.10.et à Theophrasto Pulicaris. Egit de Conyzis Dioscor. libro 3.ca.135.Teu. Dürrwurtz/ Flöhkraut/ Rassel/Donderwurtz.

Coniza parua,apud Diosc.li.3.ca.136.

Coniza tertia apud Diosc.li.3.ca.137.

κυνικὸν σπασμὸν,circa faciem morbũ nominãt.Is cum acuta febre ferè oritur. Os cum motu quodam peruertitur:ideoque nihil aliud est, quàm distẽsio oris, uel oris tortura.Celsus lib.4.cap.2.

Coniunctiua,est albedo oculorum cõiuncta cum cornea.

Conna,palpebræ breuitas.

Connexio,lapsus est ossium per articulum,aut corruptionem mobilium,in locum non naturalem.

Conon, à quibusdam uocari picem liquidam,

quidam, Dioscorid. autor est: quæ uox, & rei in ea æstimatio, quàm uetusta et uera sit, incertum est. Id tamen in comperto, Græcis κῶνον dici pineam nucem, & ab ea fama mathematicis terræ umbrã, & ab eo fructu etiam pinum arborem. Alioqui nihil habet ea uox, quod quidẽ ad picem spectare æstimari queat. Mar. Vergilio docto homini, non κῶνον, sed κόνιν in Dioscoride legendum uidetur, prima correpta: & ex usu pici id nomen accreuisse: quia scilicet in uindemia, dolia, & in alijs uitæ nostræ usibus fictilia, pice ex interiore parte linirentur, ideoq; picata passim dicerentur, & non picata: qua uoce sæpè inibi Dioscor. utitur: ut in proximo ab hoc capite, in uase non pi cato seruandam resinam, quod totum Græci κονιᾶν uocant, quod est illinire: licet q; κόνιν puluerem propriè Græci dixerint, nihilominus cinerem, calcem, & quęcunq; alia, quibus leuigari asperitas, & obstrui raritas posset, quod in dolijs uini, fictilibusq; alijs quondam passim fiebat, & nunc uitro etiam fit. Hæc ferè Vergilius.

Conquassatio capillorum. Lege, Affectus capillorum.

Conisalos. Vide, Ceroma.

Consecatrix apud Theophrastum libro. 9. cap. 7.

An Conseminels uineis. Conseminetas uineas uidetur intelligere eas, in quibus aceruatim multa semina uitium con fusa sunt, nec proprijs generibus distincta: quæ etiam Conseminales dicuntur. Columella lib. 12. cap. 3.

Conforire, inquinare se stercore, uel se percacare.

Consiliginem uocant. Plinius lib. 26. scribit hæc. Radix uerò herbæ Consiliginis, quam nuper inuentam diximus, suum quidem & pecorum omnium remedium præsens est. Pulmonum uitio, uel traiecta tantùm in auricula, bibi debet ex aqua, haberiq; in ore assiduè sub lingua. Idem, 25. Nostra ætas meminit herbam in Marsis repertam. nascitur & æquiculis circum uitium Nimueruesiæ, quæ uocatur Consiligo. Columella libro. 6. capite quinto.

Consiligo, radicula pastoribus familiaris in Marsis montibus, pecori gratissima. Meminit eius & Columella.

Consolida regalis, Ritterspoꝛen.

Consolida Saracenica, Teuton. Heydnisch wundkraut. Lege, Fortis herba.

Constipatio fit, cùm aut totum corpus undiq; in sese contrahitur: aut cùm meatus ipsi obstruunt. Gal. de Morb. differ. lib. 1. Verstopffung des gantzen leibs.

Constitutio ipsa animæ, est sanitas.

Consuetudo, altera natura, & seruanda. Galen. lib. 2. de Temper. 19 b.

Continua febris. Lege, Febris, est exuberantia.

Continui solutio, in osse quidèm fractura appellatur: in carne uerò communiter ulcus. Ruptura uerò, & Conuulsio ab eodem genere manant. Gal. libro de Differentijs morborum.

Continui morbi sunt, ut semitertiana, à Græcis dicta τυφώδης, ardens.

Conturbatio, græcè τάραξις, oculorũ morbus. Lege dict. Taraxis.

Contraria contrarijs curantur. Hippocrat. de Flatibus.

Contuoli, oculi in angustum cõacti, connitentibus palpebris.

Conuolutulum nominauerunt bestiolam domesticam, atq; uineas infestantẽ: quæ fortassis à conuoluendo nomen accepit, quòd se conuoluat atq; intorqueat circa pampinos. Eundem esse opinor Inuoluulum, de quo scitum est Plautinũ illud in Cistellaria. Imitatur nequam bestiam & damnificam Inuoluulum, quæ in pampini folio intorta, implicat se. Itidem, hæc exorditur sibi intortam oratio nem. Quiuult, ne conuoluulus in uineis nascatur, medicamentum faciat ex amurca decocta ad crassitudinem mellis, cum bituminis tertiario, & sulphuris quartario. Hoc uites sub caput, & sub brachia

brachia perungat. Ita Conuoluulus nō fiet in uinea. Lege, Helxine.

Conus, Græcis Pyramis, est inuersus turbo, hoc est, id quod ex latitudine in arctius protrahitur ac fastigatur. Cui Calathus contrarius est.

Conus dicitur item, fructus cupressorum. Vnde coniferæ dictæ à Poetis. κωνοφόρος græcè nominatur: quoniam rotunditate in acumen attollitur κῶνος. autore Suida, sunt strobuli. Vbi strobulus accipere malo pro nucleis pineis, quàm pro fructibus cupressi. Nam & Galen. cum Dioscoride simul docēt, Conos antiquitus appellatos ab Atticis strobulos, id est, fructus pineos. M. Varro galbulos nominat pilas istas cupressorum cortinas, in quibus inclusa sunt semina primigenia. Columel. lib. 6. cap. 7.

Conuulsa, quæ Græci σπάσματα uocant.

Conuulsio fit circa neruos & musculos sine nostra uoluntate: aliquando partem quampiam, aliquando etiam totum corpus contrahens. Vide σπασμός. Gal. lib. 6. Aphorismorum, aphor. 39. Der krampff.

Conuulsiones neruorum omnes sunt Græcis numero tres. Opisthotonos, id est, tentio ad posteriora. Emprosthotonos, id est, tentio ad anteriora: & Tetanus, id est, æqualis tentio nominata. Galenus lib. 4. Aphorismorum, aphor. 54.

Copadia. Lege, Copaides.

Copaides, siue Copudiæ, anguillæ, à Copaide lacu Beotiæ, in quo anguillæ magnæ gignuntur. Suidas.

κωφός. Lege, ἄλαλος.

κώφωσις, surditas.

κοπίσκος, thus arabicum, & in Smylo nascens, minus multo & fuluius reliquo thure. Dioscor. lib. 1. cap. 58.

Copulæ, appellātur nerui colligantes.

Cor, est membrum neruosum, & musculosum, uenosumquè, arterijs cōstans, figuræ turbinis adsimilibus, subpingue quidèm: ex quo uenæ oriuntur pulsatiles: & arteriæ, per quas emittitur sanguis & spiritus.

Cor anima præditum, corpus cum hepate gubernat. Sumit enim ad nutriendum & augmentandum corpus sanguinem ab hepate, spiritū à pulmone: quas quidèm materias posteaquam suscepit à supradictis partibus, cor ita distribuit, & operatur, inque totum demittit corpus.

Cor, quod in medio ligni residet, & tertium à cortice continetur: uelut in ossibus medulla.

Cor. Lege, Matrix.

Cor lupi, Capparis.

Cor lupi, Limonion, Lycosemphyllon magicè apud Dioscor. lib. 4. cap. 19. Teut. Wißen Mangelt.

Cora, quod in oculi meditullio nigricat, siue Papilla.

κοράκιον, ficus species, Gerens fructum Corani, id est, coruo similem.

Coracinus, in Nilo piscis genus. Sunt & Coracini pisces marini. Plin. lib. 9. capite. 16. Lege, Hemineron.

Coracinus item color est, qui niger dicitur.

Coralium, Gorgias, uel Frutex ligusticus, pedaneū est, & resistit typhonibus, atque fulminibus. Solinus cap. 8.

Corallus lapis in mari crescit, non aliter quàm planta. Vidimus nuper pedali mensura, paruæ arboris, ac siccæ, sine folijs, speciem habentem: nec unquam quicquàm amœnius habuimus eo spectaculo. Vide de eo Dioscoridem libro quinto, cap. 136.

Coràm, à dictione Cora, aliqui pupillam in oculo uocant: quia ἐκ κοίλου ῥεῖ τὸ δάκρυον, ex cōcauo profluit lachryma. Vnde dicatur etiam Collyrium.

Cordila, capitis tumor, morbi nomen, ut autor est Barbarus.

Cordilla, appellabatur partus piscium, qui feras redeuntes in mare, autumno comitatur.

Corchoron, Anagallis: quanquàm & olus est eius nominis.

Coridalion, herba Fumus terræ, apud

Diofcor.lib.4.cap.111.

Cordum. Plinius: Rurfus rigari defe-ctã oportet, ut fecetur autumnale fœnũ, quod uocant Cordum. Antiqui Cordũ dixere ferotinum: unde & frumẽta Corda, quæ fero maturefcunt: & agnos cordos, qui ferius nati forent. Et in hominibus dicti Cordi funt, ultimo fœtu progeniti. Hoc eft, quod ait Quintilianus, Preceptorem fubtilem & eruditum, fcrutaturum origines uerborum, unde Cordi nomen traxerit. Lego Cordos fuiffe duos fcriptores hiftoriarum. Columella libro.7.cap.3.

Coriandrum quid fit. Lege, Corium. apud Diofcor.lib.3.cap.69. Nomen inditum exiftimant herbæ à Cimicibus. Id enim infectum græci Corin uocant. Alíj alia nominis etyma reddunt, de quo uide commentarium Verg fuper eo loco.

Corianifum, Coriandrũ, à Theophr.

Corianon, id eft, Corium, uel Coriandrum apud Diofcoridem lib.3.cap.69. Teut. **Coriander.**

κόριον, Latinis Coriandrum, Teuton. **Coriander.** Dictum ab fœtore foliorũ & caulium eius, Cimices redolentium. κόρυς ẽm Græcis cimex eft, **Wentel.**

Corion, Onobrychis, apud Diofcoridem lib.3.cap.171.

Corion Enygron, Capillus ueneris, apud Diofcor.lib.4.cap.137. Dicta, quòd pupillæ fimilitudinem repræfentat.

Coris herba, Hyperici generis apud Diofcor.lib.3.cap.175.

κόρεις κλινικοί, Cimices lectarij, quorum iuuamenta lege apud Diofc.lib.2. cap.36. Plin. libro.29. cap.4. Teutonicè, **Wenteleu.**

Corium, id eft, Coriandrum, uulgaris noticiæ, apud Diofcor.lib.3.cap.69.

Coriũ è calceo, Græci κάσσυμα, & κάσσυμα uocant, noftri ueteramenta, et Veteramentarios artifices: quos Græci παλαιοῦργο, ficut ueteramẽta ipfa παλίμπηγα ϗ παλινδόρια. Hinc & Veteratores fortafsè dicti, à confuendis fraudibus. Nam & apud Græcos κάσσυμα, dolum fignificat.

Corium terræ, Plinio tefte, eft non tàm cutis eius, faciesq́ꝫ fumma, quam tectorium & ftatumen quoddam crafsius, cui & aliquoddam fubeffe poteft corium. Nam & in parietibus ftruendis, ordines ipfi laterum Coria Vitruuio dicuntur, hoc eft, quæ uulgò turba opificum uocat Curfus.

κόρυζα, mucus narium. ἀπὸ τοῦ κορυζάω, id eft, muco plenus fum.

Corma, idem quod Courmi, id eft, Cer(uifia.

Cornulaca, Tragium apud Diofcor.lib.4.cap.53.

Cornelion, Origanũ Heracleoticon, apud Diofcor.lib.3.cap.30. Trago **Dyfop.** Alijs, **Wolgemůt.**

Cornicum miram fidelitatem & matrimonij caftitatem, defcribit Ælianus lib. de uaria hiftoria.

Cornelia, an fit Lyfimachiũ, uide Manar.Epift.3.lib.12.Epift.6.

κορώνη, fumma ipfius colis pars, à nobis glans dicta, per fimilitudinem.

κορωνίς, aurium arcus.

Corona Veneris, Sifymbrium: fic dictum, ab odoris fuauitate.

Coron, Ruta fyluetris apud Diofc.libro.3.cap.51. **Wylde Raut.**

Corona, Argemone, Gallicè.

Coronarum diuerfa genera, & nomina, & inibi de origine Coronæ, multa apud Hermolaum Barbarum Corollar. lib.1.cap.157.

Coronæ corneæ, id eft, hybernæ: quòd è cornu fiebant, florum defectu.

Coroneola, id eft, rofa autumnalis. Lege, Rofa autumnalis.

Coroneos, ficulnei arboris fpecies.

Coronion, Sefamoidos paruum apud Diofcor.lib.4.cap.153.

Coronopus, oblonga herbula eft, ut inquit Diofcor. per terram repens, fiffis folijs. Coquitur in olere. Radicem habet tenuem, & adftringentem. Sic uocata, quòd cornicis pedem effigie reprefentet. Teut.

tet. Teut. Kreen / oder Rappenfüss. Sanguinaria etiam dicta, quòd sanguini sistendo apta sit.

De Cornice, & Ceruis, uide Plinium libro.10.cap.12.

Cornua, ulcera dicuntur à similitudine cornigerorum animalium.

Cornus, dura arbor est, baccas ferens oliuæ modo oblongas, quæ primum uirent, deinde per maturitatem rubescūt, aut ceræ colorem representant, Græcè κρανία. Vide de ea Diosc.lib.1.cap.174. Plin.lib.15.cap.26.28.48. Theophr. libr. 3.cap.12. Rursum Plin.lib.23.cap.11. Galen.2. Aliment.cap.16.libro.7. Simplic. cap.45.

Cornus Indica, ex India arbor, ferens fructus similes cornis.

Cornuta, piscis: tracto à cornibus nomine. Plin.lib.9.cap.27.

Cornel. Celsus, in mediocri uir ingenio, non solùm artem Rhetoricam, sed & de re militari, & de re rustica, deq; medicina libros composuit. Quintilian. lib. 10.cap.1. Columel.lib.1.cap.1.

Corona regia, Melilotos est. Dicta, q lutcis floribus superne coronetur. Vide Melilotos, & Sertula Campana.

Corporis status uocatur, in quo similares particulæ omnes propriam & familiarem habent temperaturam. Gal.lib. de optimo statu.

Corpus adstrictum, quod nō facilè excernit, & obstipum est.

Corpus, magnitudine triplici diuisibile, continet in se altitudinem, profunditatem, & latitudinem. Vel sic. Corpus magnitudo est tribus mēsuris constans. Galenus.

Corporis humani constitutionem, & eius rationem secundùm proportionē, uide apud Vitruuium lib.3.cap.1.

Corpus gubernatur à corde & hepate æqualiter.

Corpora nostra constituuntur ex solidis, humidis, & spiritalibus. Solo quidē sunt ossa, nerui, musculi, uenæ, & arteriæ, & quæ non apparēt. Humida sunt, liquores, & excrementa. Spiritus, natiuus calor in corde.

Corporum quorundam proceritas refert apud Solin. de mirab. mundi cap. 5.

Corras, maxillas intelligi uolunt.

Corrigrya similis Andrachnæ folio tantùm, magnitudine minor. Pappū uocant fructum eius. Plin.lib.13.cap.22.

Corruda, est syluestris Asparagus. Cato præcipit Corrudam seri debere, eo in loco in quo fuerint harundines, ut ita asparagi fiant. Nam conuenit harundine tum cum Corruda. Plinius, Syluestres inquit fecerat natura corrudas, ut quisq; demeteret passim: ecce altiles spectātur asparagi. Item, Hortorum indicauimus Corrudam. Hunc intelligimus syluestrem asparagum, quem Græci Hormynon, aut Myacanthon uocant, alijsq; nominibus. Vide Columellam libro.11. cap.3. Lege, Asparagus.

Corruptio, est substantialis formæ in aliquo deperditio.

Corsi canes, similes per omnia Molossis.

Corsion, in Ægypto granum Piperi simile, paulò tantùm maius, ut inquit Strabo.

Corsales, fœminæ propriè appellātur gallinæ: mares, Galli seminares: Capi, qui castrati sunt.

Cortex, arboris pars ultima, & à subiecto corpore separabilis, ueluti crusta quędam ad tegendum data. Theophr.

Cortex æris, Spongryen.

Cortex thuris. Vide, Manna thuris.

Cortina, uas quo oleum, uel liquidum aliud influit.

Cortinale. Non id est Cortinale quod glossematici opinantur: neq; à mensa, parieteq; deducitur: sed Cortinale dicitur propriè locus in quo sapa & defrutum coquuntur in cortinis. Sunt aut Cortinæ Scriptoribus agriculationis, uasa defrutaria, hoc est, defruto, sapæq; coquendæ accommodata: quæ magis plumbea quàm ærea esse debent. Plinio Cortinæ

ſunt uaſa, quibus uellera tinguntur ſor-
bentia ſuccum & medicamina inferioris.
A quo Cortina dicitur uiridis et inmatu
ra, quando nondum lana ebibit ad ple-
num eximium illum colorem, qui expe-
titur in ueſtimentis. Idem ait, Vela pin-
gi in Cortina: & cùm ſit unus in cortina
color, alium atq; alium fieri in ueſte acci-
pientis medicaminis qualitate mutatū.
Alio ſignificatu apud Eccleſiaſticos ſcri
ptores, alio apud Poetas Cortina uſur-
patur, qua nil notius eſt, uulgatiusq;. lib.
1. cap. 6. in Colum.

Coruorum ingenia, pulchrè deſcripſit
Coruus, oculi uitium apud (Ælian.
Haliabbatem, quod Ægylopen uocant
Græci. Auicenna.

Corui malum, Capparis.

Corybantes dicuntur, quaſi furibundi
ſaltantes. Huiuſmodi erāt olim Galli ſa-
cerdotes matris Deorum. Illi enim in ſa
cris ſuis caput rotabant, & urinantium
more in caput ſe iactabant. Vnde & Cy
bele dicta, à uerbo κυβισᾶ, quod in ca-
put rotari ſignificat. Iuuenalis in Satyra
2. Et crine ſenex fanaticus albo ſacrorū
antiſtes. Mihi uidetur morbus fuiſſe, quo
perciti fuerūt, quem hodiè uocant S. Vi
ti, S. Veits dang. Quid enim illi aliud
ſunt quā Corybantes: dùm furioſè cho-
reas perpetuas agunt. Quanquā ſint qui
non morbum eſſe uelint, ſed impoſturā:
quæ uerberibus & flagellis facilè emen
datur. Multa noſtra ætate ſub eius præ-
textu morbi patrata ſunt mala.

Corycia. Lege, Buccina.

κορυκοί. Lege, Buccina. Chamæ.

Corydalis, alauda, ſiue Galerita, ab ga-
lero, ſiue galea ſic nuncupata.

Corydalis primum auem ipſam ſigni-
ficat alaudam. Inde & Capnon herbulā:
ex eo, quòd & ipſa ſicut alauda coli do-
loribus medicatur. (ritam.

Corydalis, & Corydallis. Lege, Gale-
κορυδαλός, id eſt, alauda, uel Galerita.
κορυδίς. Lege, Galerita.

Corydon, alauda. κόρυς Græcis dicta.

Corydylis, ſalſamentarij piſcis, quem
nos Corydyllam uocamus, Græci κορ-
δυλίδα καὶ δόρυλον.

κορυδαλός, id eſt, galerita, auicula eſt
parua, apice in uertice pauonis modo ge
Corymbethra, Hedera apud (ſtans.
Dioſcor. lib. 2. cap. 199.

Corymbion, Lychnis coronaria apud
Dioſcor. lib. 3. cap. 113.

Corymbios candida, Hedera. Vide
Barbarum in Corolla. Hederæ.

Corymbus hederarum uua dependen
tibus acinis cōacta. Transfertur interim
tamen ad multos herbarum fructus.

Coryphe, capitis ſummitas, uertex, pars
quæ inter ſinciput & occiput interiacet.

Coryza, humoris, à capite fluctio, gra-
uedo, pituita, aut humor per nares, mu-
cus narium. Germanicè, der ſchnupff/
haubtfluſſz zůr naſen hårauſz.

Cos, uide Dioſc. lib. 5. cap. 159.

Coſcinomantia, quæ ex cribro futura
docet prædicere.

Coſſi, idem quod myrmetiæ, uel uer-
ruculæ, in facie tumores.

Coſſi, ab Antiquis uocati homines ru-
goſiori cuticula, à ſimilitudine uermiū li
gno editorum, qui Coſſi appellantur, in
ſecti genus. Plin. lib. 11. cap. 33.

Coſtarum, quæ auctiores ſunt, dicunt
gniſias, id eſt, legitimas; ac minores uo-
cantur notæ.

Coſtarum oſſa dicuntur Spathæ, latio-
ra uerò Platæ, anguſtiora κοπία.

Coſtas homini octonas natura diſtri-
buit, reliquis aliquanto plures. Quanq;
Auicēna, Galenusq; ſeptena numerēt:
fortaſsè q os iuguli coſtis adnumerant.

Coſtus, & Coſtum, dicitur per diminu
tionem à Strabone Coſtarium. Huius
radix in precio, fructus inutilis. Trago
Peſtilentz wurtzel. Plin. Indicum tan-
tum uidetur nouiſſe, primo ſtatim introi
tu amnis Indi in Patale inſula comper-
tum. Duo eius genera faciens: nigrum:
& quod melius eo iudicat, candidū. Vi-
de Dioſc. lib. 1. cap. 172.

Coſtum

Costum an hodie uere habeant Officinæ, à quibusdam dubitatur. Adulteratur Enula campana.

Costi radix, gustu feruens, odore eximio, frutice aliàs inutili. Genera eius uide apud Plin. lib. 12. cap. 12.

Cothones. Lege, Gobius.

Cothonismon, à calicis nomineВатhe us Atheniẽsis medicus uocauit, uinum quo statis diebus hilarescere permissum fuit, nõ inebriari, de quo uide Barb. Corol. de uinis.

Cotinades. Lege, Netrindes.

κότινος, id est, syluestris olea.

Cotonea mala, Kütten. Sic dicta, quòd lana quadam tegantur, quæ coton dicitur. Lege, Cydonia.

Cotoneum. Lege, Xylon.

Cotonea Neapolitana. Lege, Cotoneorum genera.

Cotoneorũ genera, Chrysomela, hoc est, aurea mala, incisuris distincta, colore ad aurum inclinato. Deinde Neapolitana, ex eodem genere minora, odore uibrantia prouentu serotino, quę Struthea appellantur. Aetius Struthea inquit, dicuntur, quæ magna sunt, & suauiora, minusq́ acerba.

Cotulæ, ualuulæ atq; thecæ Ciceris.

Cotula fœtida. Lege, Cunicula.

Cotyla, genus mensuræ. Vide, Hemina.

Cotylas quidam concauitates pedum interpretantur.

Cottabus, uel bis, uasarium iocularis in conuiuio iactus conceptaculum: propositis uictori præmijs, quæ Cottabica uocabant. liquidum autem erat quod iaculabantur. Medici ex imperitia uocabuli, Athenço autore, potionem à balneis, siue ut Phocyon, uomitionem ante balnea uocabant.

κοτυλὴ, iunctura coxæ cum natibus.

Cotyla hemina, Acetabulum eiusdem farinæ genus mensuræ. sextarius duos habet heminas, qui fermè dimidiæ mensuræ uini metræ germanicè respondet. Autor Austriacus.

κοτυλήδων, sic dicit à Cotyla Græcorũ, in poculis et conuiuijs mensura uini; & uasculo: quam Plin. aliquando Heminam, nonnunquã Sextariũ è Gręcis uertit. capit autẽ uncias uiginti mensurales. Eius forma erat, qualis nunc etiam in fictilibus poculis uidet, quibus in paupertate & cœnobijs utunt: & Cotylam præsertim Italica gens uocat: fuitq́ hoc eius nomen primũ, semperq́ in poculis & liquidorũ mensura. Quoties autẽ seruata eiusdem uasculi forma in aliũ transferebatur usum, Oxybaphũ uocabat: quod in cœna aceto plenũ ad intinctus ponebatur. Et hęc Græcæ Cotylæ, & Oxypaphi prima ratio. Romani in priore illo poculorũ usu, & liquidorũ mensura, sextario, aut hemina usi sunt. Cũ uerò ad intinctus eo uterẽtur, ab aceto Acetabulũ dixerunt: cuius forma orbicularis erat, profunda, & sine marginis latitudine. Ab ijs deinde utraq; gens suum nomen, ad alia quę similẽ haberent concauitatẽ, transtulit: primumq́ Gręci cõcauas partes in polyporũ flagellis, quibus nititur & sorbet, Cotyledones appellãt. Sic Aristot. in Animal. historia, sic Plin. in latinis sorbere, cum acetabulis affirmat: acetabula intelligentes, cõcauas in cirris eius piscis partes. Translata itidem ad animaliũ ossa, & ossium artus, quales in coxendicibus sunt, in quibus cõcauum os à crure progrediens in superiorem partem, aliud os excipit, iungitq́ simul & copulat, non aliter, quàm si quis inuerso fictili ab inferiore parte rotundum quippiam inferat, ut in eo ueluti centro circũagi possit: sicut in hominum & animalium coxendicibus concauam eius ossis lacunam uidemus, quam aliqui solũ coxendicem dici uoluerunt. Est & Cotyledon herba, cuius meminit Diosc. lib. 4. ab eadem similitudine sic dicta.

Cotyledon, Veneris umbilicus. Diosc. li. 4. c. 92. dz groß durchwachß/ stopffsloch/ Erdnabel/ Löffelkraut/ Nabelkraut/ Schellenkraut. Aliud Cotyledon

don cap.seq. Kleyn Durchwachß, fœmina. Trago.

Cotula fœtida non uidetur hæc Buphthalmos esse, quam rustici Bouis oculũ uocant. Est autem Cotula herba pratensis, odore fœtido, floris candidi: Stinckend Chamill/Krottendyll/Hundtsdyll. H. Trago. Buphthalmi uerò lutei sunt, ut Diosc. & alij testantur. Lege Corol. Bar. in dict. Buphthalmus li. 3. c. 157.

Coturnix, appellata à sono uocis.

Coturnices, aues sunt aduenæ, terrestres potius quàm sublimes. Repphůner. Has nunc uulgus Qualeas uocat, quibus ueneni semen gratissimus est cibus: quam ob caussam eas damnauere mensæ, simulq; propter comicialẽ morbum. Plin. lib. 10. cap. 23.

Courmi, ex maceratis & cöactis frugibus potus: fortasse id quod uulgò hodiè Ceruisiam uocamus. Teut. Byer. ζῦθος.

Coxarum dolor diuturnus, dissolutu difficilis, ad usq; poplites & suras conse (quit.

Coxendix. Vide, κοτυληδών.

C R

Crocutæ. Lege, Cyrenaici canes.

κράδη, ramus ficulnus, & hamus ex quo aliquid suspenditur. Est & arboris fici morbus κράδος, uidelicet cùm marcescunt rami. Attici ficum ipsam κράδα nominant. Nam & machina quæ in comœdia Bellerophontis & Perseos, & Deorum imagines in aëre præsentabat, κράδα appellabatur: quia species ca ficum imitaretur arborem.

Cradatio arboris quæ sit, require ex Theophrasto lib. 4. cap. 16.

κρᾶμα quondam uinum uocauerunt Græci, non omne, sed quo uti homines decet, multa aqua dilutũ. ἀπὸ τοῦ κεράννυσθαι, quod miscere & temperare significat. Sic κεραυνοσκόπιον uocant, scænã seu speculam, & qua fulmina mixtim iaciũtur. Videtur id Celsus lib. 1. dilutam potionem uocasse.

Crambalæa, testa, caro.

κράμβη, Brassica romana. Quamq; antiqua Grȩcia, ut inquit Hermolaus, non Brassicam sic uocabat, sed Raphanon. Quod & Aristoteles, ut Iulius Pollux inquit, & Theophrastus ferè sequitur. Crambe, quasi Corամble dicta existimatur: quòd pupillas oculorũ, quas Græci κόρας uocant, obtundat, hebetetq;. autore Columella. ut dederit locum prouerbio fortasse, Crambe bis, postea mors. Non ueniat quàmuis oculis inimica Corامble. Teut. Kõl.

Crambion, Pityusa. Diosc. li. 4. ca. 176.

Cranocolapta, species phalangij, à percutiendo, scalpendoq; cornu dicta: quã fama & Picum Martiũ græci δρυκολάπτην appellatunt. Describitur à Nicandro Phalenæ similis, quæ locustarum sit generis: quæ & ψόθρα ϰ ψύχη sit dicta, hoc autem Phalangium.

κραντῆρες, dentes genuini in extrema gingiua. Nascũtur autem ij molares postremi, quos Genuinos uocant, circa uigesimum ferè annum uiris, & mulierib. quin etiam mulieribus, 80 anno nati aliquando sunt in extrema gingiua, dolorem in ortu afferentes. Et præter mulieres uiris similiter. Acciditquè hoc ijs quibus in iuuentute genuini non exierunt. Aristot. 2. de Animal.

Crapula, græcè, κραιπάλη, siue quasi lucta capitis. dolorẽ enĩ & uertigines in eo uinũ facit, resinatũ maximè. Nam & medicamẽta quibus uini lenitas excitatur, crapulæ dicuntur. Plin. lib. 23. cap. 1. Sic dicta, ἀπὸ τοῦ κάρα πάλλειν τοὺς μεθύοντας. Autore Suida. Vel,

Crapula dicta est, ut inquit Plin. à uino resinato: siue quòd caput tentet. quasi lucta eius: siue quòd ipsa quoq; resina, & flos eius crudus, qui uinis ad excitãdam lenitatem additur, crapula quoq; nominari solet. Vnde

Crapulas, appellamus cruditates ex uino multo obortas. Curam eius require ex Aëtio sermon. 9. cap. 25.

Crasin, græcum uulgus appellabat olim uinum aqua mixtum. Vide, κράδα.

Cratæa,

Cratæa, Chelidonia. apud Dioscorid. lib. 2. cap. 200.

Crateogonũ herba quæ sit, uide apud Dioscor. lib. 3. cap. 140. Plin. lib. 26. cap. 10. Teuto. Fench / oder Fench somen. Sic dicta Græcis, quòd ui sua κρατεῖ τῆ γόνη euincit, superasq; & geniture dominatur. M. Verg.

Crateias Herbariorũ Alpha, ex patre quoq; natus Herbario, citatur aliquoties à Dioscor. Vixit Hippocratis temporibus. Si modò Hippocratis est illa Epistola, quæ hodiè operibus Hippocratis inserta, ab Caluo quoq; Hippocratis nomine reddita est, ad Crateiã scripta. Meminit huius, & Plinius.

Creidion, Cicuta, apud Dioscor. lib. 4. cap. 82. Teuton. Schyrling / Wütscherling / Wüterich.

κρεμαστῆρες, nerui, à quib. testiculi pendent. κρέμαμαι, pendeo. Celsus libro septimo, cap. 18.

Creocaccabis, caro minutatim concisa cum sanguine & adipe, iusculentoq;, & dulciario liquore.

Creon Agrigentinus empiricen in Sicilia primus docuit, autoritate Empedoclis primum commendatus. Plin. libro 29. cap. primo.

Creta Cimolia. Cretæ terra plura sunt genera: ex his Cimolia: duo ad medicos pertinentia, ab insula Cimola dicta Cimolia. Vide Colum. lib. 6. cap. 16.

Cremia uirentia, id est, surculi uiretes. Latini surculos aridos quorumcunquè lignorum intelligũt, à cremando. Nam Columella à Rusticis appellari sic tradit minutos & aridos surculos.

Cremor, lac expressum ex grano aqua macerato, id est, succus.

Cremor, idẽ quod χύλος grecè, succus.

Cremor lactis, lactis ipsius preciosissima spuma, quæ in delitijs habetur. Teutonicè, Milchrom.

Cremphena. Lege, Symphoniaca.

Crenæ, sunt incisuræ: à quibus Crenata herbarum folia uocantur, hoc est, serrata, sectaq; per ambitum. Hodiè quoq; multis locis signa, quibus agrestes numerũ aliquem in ferulis descriptam habent, Crenæ appellantur. In sagitta quoquè partis extremæ sectio, in quam neruus inseritur, arcum tendere uolẽtibus, Crena dicitur. Sed & in ipso arcu summa cornua Crenas suas habent, in quibus collocatur, sedetq; neruus.

Crepis, placentula, quæ ex melle conficitur & farina.

Crepula, Acantha. Diosc. lib. 3. cap. 18.

Creta cimolea, ex Creta insula portatur: cuius loco terra quæ sub rota acuentiarma, siue gladios utimur. Seb. Austr.

Cretica, Dictamum, apud Dioscorid. lib. 3. cap. 35.

Cretura, idem quod Cyribia tritici & hordei excrementum. Sic enim Palladius appellat.

Cricias Massiliensis, arte geminata, ut cautior, religiosiorq;, ad syderum motus ex ephemeride mathematica cibos dando, horasq; obseruando, autoritate Vectium Valentem præcesit, & (ut Plinius inquit) nuper centies H. m. 5. sestertia reliquit muris patriæ, mœnibus quoq; alijs non minori summa extructis. Damnauit non solùm priores Medicos, sed & balneas: frigidaq; etiam hybernis algoribus lauari persuasit: mersit ægros in lacus. Videbamus senes Cõsulares usq; in ostentationem rigentes. Qua de re extat etiã Annei Senecæ astipulatio. Nec dubium est, omnes istos famam nouitate aliqua aucupantes, animas statim nostras negociari. Hinc illę circa ægros miseræ sententiarum concertationes, nullo idem censente: ne uideatur assertio alterius. Hinc illa infelicis monumenti inscriptio: turba se Medicorum perijsse. Mutatur ars quotidiè, toties interpollis, & ingeniorum Græciæ flatu impellimur. Palamquè est, ut quisquis inter illos eloquendo pollet, imperatorem illico uitæ nostræ, necisquè fieri. Ceu uerò non milia Gentium sine Medicis degant,

degant,nec tamen fine medicina. Plinius lib.29.cap.1.

κριδοθήρα,instrumentum in quo capiuntur locustæ,apud Theocr.Eidyl.α.

Crij.Lege,Chamæ.

Crimion,pharmaci nomen,apud Aetium,sermon.10.cap.26.hydropicis accommodum.

Crimnodas urinas,pro crassis Galen. interpretatur in Hippoc.Aphoris. quę quę similitudinē farinæ triticeæ habent.

κρίμνον,crassior est ex zea,triticoq́ farina,ex qua pultem faciunt. Diosc.lib.2. cap.100.Teut.Gryeß. Fit quoq́ ex siligine crassior farina,quam Crimnon uocant, fortasse hoc,quod Cremor latinè uocatur:ut succus à Cremore differat sola crassitudine.Cornel.Celsus Cremorem ptisanæ pro succo ferè accipit. Cyceōñ & hordei genus est Phocioni,& Cyceonis Homericæ liquamentum.

κριμνώδεις,urinas.Lege,Crimnodas.

Crinanthemon,Liliū̄ syluestre,apud Dioscor.lib.3.cap.138.

Crinis,corpus frigidum,& siccum,sensus expers,ad perfectionem corporis,tutelam,ac ornatum à natura datur.

Crinon ἢ λάειρον,Iunonis rosa,Liliū̄ uulgarum,apud Dioscor.lib.3.cap.115. Teut.Weiß Gilgen.Lege,Lilium.

Crinonia,frutex ipsius Lilij,quasi liliarium.

κρινόμυρον,ex lilijs unguentum.

Cripa Campanica,corruptè in aliquibus Columellæ exemplaribus pro Sertula Campanica legitur.

Crision,Buglossum magnum.Diosc. lib.4.cap.120.Teut.Pastemen kraut/ Wurtzkraut.Aliàs Cirsion.Scabiosa, Gryndtkraut.Fuchsio,groß Ochsenzung.

Crisis,iudicatio est,uel opinio,& subita dissolutio.

Crisimi dies,id est,Critici,decretorij, uel iudicatorij.De quibus multa Galen.

Crisim patiuntur omnes morbi habituales,& chronici,ut podagra,chiragra, φθίσις,&c.

Crispina.Lege,ὀξυάκανθα.

Crispinum uinum,ibidem.

Crispinus,id est,Sonchus,uel Cicerbita.

Crista gallinacea,teste Paulo,lib. 3.herba quā Græci πρειστερεῶνα uocant.

Crystallus lapis,& eius electio,apud Solinum cap.25.

Crystallus,à gelu nascitur uehemēter concreto,ut inquit Plinius lib.37.cap.2. Nec aliubi certè reperitur,quàm ubi maximæ hybernæ niues rigent:glaciemq́ esse certum est:unde & nomen Græci dedere.Oriens & hanc mittit:sed Indicę nulla præfertur.Nascitur & in Asia,uilissima circa Alabandam,et Orthosiam, finitimisq́ montibus. Item in Cypro: sed laudatissima in Europæ alpium iugis.Iuba autor est,ut inquit Plinius,& in quadam insula rubri maris ante Arabiam sita nasci,quæ Neron uocetur.

Cristobulus olim magnus fuit,propter extractam Philippi Regis oculo sagittam,& citra deformitatem oris curata orbitate luminis.Plin.lib.7.cap.37.

Crithamon.Lege,Crithmon.

κρίταμον.Lege,Crithmon.

κριθὴ Græcis,Hordeum Latinis dicitur.Teut.Gerst.

κριθὴ,in palpebra super pilorum locū̄ tuberculum paruulum,quod à similitudine hordei à Græcis κριθὴ dicitur.Vide.Ægylops.

Crithiasis,equorum morbus.

Crithmon,Meerfenchel. De ea sic Diosc.Crithmon,siue potius,Crithamon, fruticosa herbula est,cubiti altitudinem petens.Nascitur in maritimis,& petrosis,folijs pinguibus,numerosis,albicantibus,ueluti portulacæ,crassioribus,& longioribus,salso gustu.Flores candidi sunt,& semen ceu Roris marini,odoratū̄,molle,rotundū̄,quod siccatū̄ rumpitur.Habet intus semen ruffum,radices digiti crassitudine tres,aut quatuor,grati odoris,& iucundi. Marc.Verg.Quā Græci Crithmon à figura seminis,ut credimus,

dimus, dixerunt. Plinius, & alij ubique Batim, Columella nunc Batim, nunc solus Chordum, quod serum, & appropinquante uindemia condiatur, appellat ad mare primum, & in litorum petris, quoniam priora satiuis sunt syluestria, et per se nascentia, inuentum: mox in hortis ubique, ad quotidianos usus consitam herbam, quam ditiorum & plebis mensę pariter nouerunt. Eam hic paulò minus quàm cubitali altitudine, in caulem crescere ait: cæteri palmum erigi à terra tantùm dixerunt. Quod in Italia, pręsertim què in hortensi uerius uidetur. Nõ ideò tamen arguendus Dioscor. Hermolaus Batis duplex est: Marina, & Hortensis, quam aliqui Asparagum uocant Gallicum, Liguria Baticulam hodiè appellat. Caulis ei palmum altus Plinio, cubitalis Dioscoridę. Semen feruens nucleo interiore, qui ut in rore marino Cachrys uocatur. De Marina potius quã de Hortensiana, siue quod idem est, satiua loquitur Plinius, quoties Crithmon nominat. Proinde alio loco de Bati medicinis, alio de Crithmo differit. Mihi uidetur esse, quam officinę uocant Cretamũ, uel Fœniculum porcinum: ut in Herbarij nostro tomo secundo annotauimus. Lege Dioscoridem lib.2.cap.144. Plinium lib.21.cap.27.

Crito Medicus, citatur ab Aëtio, sermone.8.cap.2.

Criton scripsit libros Cosmiticorum, quos contraxit ex Cleopatra, & Heraclide, qui & ipsi reliquerunt κοσμιτικὰ.

Crobysson, Aizoum minus, apud Dioscor.lib.4.cap.92.

Crocodilęa, terrestris Crocodili fimus. Vsus eius, ut inquit Dioscor.lib.2.cap.90. ad facies muliebres fucandas. Quod in Epodo quoq; testatur Horatius, cui principium est: Quid tibi uis mulier, nigris dignissima barrhis? Nec tibi iam manet humida creta, colorq; stercore fucatus Crocodili.

Crocodilias, iuxta aquas nascens herba, quam Syri Orophen appellant, ut inquit Aëtius sermone.11.cap.2.

Crocodilion, Chamæleontis nigri figuram habet, apud Diosc.lib.3.cap.11.

Crocodilion, Dipsacos. Dioscor. lib.3. capite.12.

Crocodilus, quadrupes malum, & terra pariter, & flumine infestum. Vnum hoc animal terrestre, linguæ usu caret. Plinius lib.8.cap.25.

Crocomagma, uerbum è uerbo, fęx olei Crocini. Nam fęces unguentorum, magmata Græci appellant, Dioscorid. lib.1.cap.30.

Crocomagnes corruptè in lib. de Partibus Galeni legitur hodiè pro Crocomagmate, quod significat quasi Croci recrementum & fęcem, quod & in malagmatis, & unguentis efficax habetur.

Crocomerion, Leontopodion. Diosc. lib.4.cap.132.

κρόκος, inter aromata censetur, nemini non notissimus: cuius probationem uide apud Dioscor.lib.1.cap.29.

Crocus simpliciter, Saffron.

Crocus Saracenicus, id est, Carthamus, uel Cnicus. Wylder Saffron.

Crocus Coryceus, è tractu Lyciæ contermino.

Crocus Cyrenaicus, è Cyrene: qui inter Sicilica omnia uiribus præstat.

Crocus διάλευκος, per se genus, ut inquit Plinius, satiui Croci blandissimum: sic dictũ, quòd sit medio sui candidum.

Crocum Centuripinum, id est, Siciliense. Plinius lib.21.cap.6.

Crocus Lycius, è monte Olympo.

Crocuta, ex cane lupoq; concępta bestia, omnia dentibus frangẽs, deuorans què. Plin.lib.8.cap.21.

κρόμμυον, Græcis Cepa, uel in neutro Cepe, Teut. Zybel. Dictum Aristot. in Problem. quòd oculi pupillam cõprimi cogat. Cepa uerò, à capitis magnitudine. Polydos aliqui uocant. Magi autem Calabotim.

Cronon, Magicè Conyzæ species tertia apud

tia apud Dioscor.lib.3.cap.137.

Crotaphitæ, amborum temporũ muscu- κρόταφος, tempus, pars capi- (culi. tis: & libri pars exterior.

Crotion, Catanance, apud Diosc. libro 4.cap.135.

κρότωνες: insecta, quæ animalib. aliis, canibusq; præsertim inhærent, sine motu, cùm semel inhæserint: quibus cibi nullus exitus est, colore liuido, nullis discretis membris, in globũ continuè crescentia, donec plenius saginata, post aliquot dies sponte sua decidunt, Latinè, Ricini. Teuton. Hundts zecken.

Croton, Cici, apud Dioscoridem libro 4.cap.167.

C R V.

Cruciantes equi qui sint apud Plautũ, Lege, Succussarij.

Cruciata. Lege, Phyteuma.

Crucium uinum, pro acerbo & austero ueteres dixisse, autor est Celsus.

Cruda, ideò uocamus, siue distillationes, siue urinas, sedimina alui, & id genus ex eo, quod calore nec uincant, nec consistant. Aristot. lib.4. Meteor.

Cruditas uocatur, ubi cibi in totũ non permutantur: & est perditio, & perfectę priuatio actionis. Aetius serm.9.ca.23.

Cruditas, item redundantia stomachi, quæ nascitur ex ægra concoctione.

Cruditas, ciborum propriè corruptio, & mala concoctio. Vndawung des magens.

Crudum, id est, intactum, sine sulco & pastinatione. Colum. lib.3.cap.13.

Crunismos, est torrentis modo cum strepitu & murmure demanãte embrocatio. Vtitur eo uocabulo Paulus lib.2. capite.53.

Cruris caput, ubi crus coxarum committitur.

Crustana, lingua Dacorũ Chelidoni- κρυμοὶ ᾗ κρύμωδεις, febres fri- (um. gidæ, ut inquit Gal. quæ mixtam cum tremore, & algorib. caliditatem habent. Kalt schuderechte feber.

Crypsorchis, est sensus testiculi, uel testiculorum.

C T

κτηδόνες, fibræ.

κτείς, id est, Pecten, uel Epision, uel Interfemineum.

Ctesias è Gnido, ut inquit Strabo lib. 14. Medicus Xerxis Regis.

C V

Cubitor bos, qui libenter decumbit in sulco, & uitio decumbẽdi obnoxius est. Columella lib.6.cap.2.

Cubitus uocatur, quod ab olecrano, ad extremum medium digitum, interuallũ existit, constans sex palmis, digitisq;.

κυβαρός, Millepeda, quę sub aqua totus se stabulatur, animal multis pedibus nitens: quæ contactu in orbem conuoluitur, & contrahitur. Vocatur & πολύπους. Wasser Esel.

Cuci, differt ab Cici, cuius meminit Dioscorides libro.4.cap.167. De quo uide Barbari Coroll. loco citato.

Cucullones, idem putamus quod Cucullos. Rustici est uestimenti genus.

Cuculus, græcè, Coccyx. Gauch.

Cucumeres, à curuore dicti, quasi Curuimeres. Græci Sicyn uocant. ἀπὸ τοῦ σεύειν ᾗ κνᾶν, quòd Venerem cieat, per contrarium, nam illam extinguit. Vnde natum adagium. Texens palliũ mulier, cucumerem deuoret, ut cohibeat auiditatem uenereãm. Ruel.

Cucumer Laconicus, qui non rigatur, neq; gaudet aqua ut reliqui.

Cucumer Scytalius, Cucumeris satiui quædam differentia alia.

Cucumer Beötius, à regione & loco sic dictus, satiui generis.

Cucumeres Citrini, qui uulgò Citreoli, à colore Citri nominantur, maiores multò uulgaribus, nec striati.

Cucumer anguinus uidetur esse, qui sylvestris, multò infra magnitudinẽ satiui.

Cucumer Sylvestris quid sit, uide apud Dioscor. lib. 4. cap.155. Teutonicè, Wyld Cucumeré/Coloquint öpffel.

Cucumis, à curuitate dictus est, ut placet Varroni. Est autem syluestris Cucumer. Dioscor. lib. 4. cap. 155.

Cucumis erraticus, Cucumis anguinus.
Cucumis angueus, Cucumis anguinus.

De collo Cucurbitæ. Semina in Cucurbitis quæ proxima collo fuerint, proceras pariunt, quæ in cibis sunt esculentiores: quæ in medio sunt, rotundas: quę in lateribus, crassas, breuioresq́ progenerant. Cucurbitarium, locum uocant consitum Cucurbitis: sicut Cucumerarium, ubi nati sunt Cucumeres. Columel. lib. 2. cap. 3.

Cucurbitam, à concuruatu appellant, quòd facilè si quid obstiterit, aut fuerit impedimento quo minus extendatur, intumescat. Teut. kleyne Kürbs.

Cucurbita Cameraria, quę in tecta scandit, & leni umbra, testudines & pergulas aperit.

Cucurbita plebæia, quę humi flagellis scilicet reptat.

Cucurbitam satiuam κολόκυνθαν Græci uocant, syluestrem κολοκυνθίδα. De hac pluta in descriptionibus Cucumerum, & Cucurbitarum.

Cucurbitula, instrumentum notū balneatorum, Græci σικύαν uocant. C. Celso in ore frequens.

Cucurbitularū duo sunt genera: Æneum, & Corneum. Ænea altera patet, altera clausa est. Cornea altera parte ęquè patens, altera foramen habet exiguum. In Æneam linimentum ardēs inijcitur: & sic os eius corpori aptatur, imprimiturq́, donec inhęreat. Cornea per se corpori imponitur. Celsus lib. 2. cap. 10.

Cudentes dicuntur, qui in area baculis excutiunt, exteruntq́ legumina, ac frumenta: à cudendo, id est, feriendo nominati. Columella lib. 2. cap. 10.

Cum Culabula. Emenda, Cunila bubula. hoc enim nomine appellatur herba, cuius plura sunt genera. Est enim Cunila, quæ bubula appellatur, cuius cōfectio contra serpentes uino bibitur. Est alia Cunila gallinacea appellata à nostris, à Græcis Origanum heracleoticū. Tertiū genus est eius, quæ à Gręcis Mascula, à nostris Cunilago uocatur. Vires Cunilæ uehemētissimas in omnibus his generibus, tradit. Col. lib. 6. cap. 12.

Culeus, quadraginta urnas cōtinet Plinio, Columellæ, & cæteris.

Culex, herbæ nomen, cuius usus est ad Cucumeres macerandos, ut prorsus sine semine crescant: atq́ ab Theophrasto Canopam uocari existimat Barbarus. Theodorus Canis oculū, & Canuram interpretatus est: quasi Cynopam, non Canopā probauerit. Olus hoc, ut inquit Theophr. primis post ęquinoctium imbribus germinat, & inter spicatas herbas ponitur.

Culicij panes, magni & sordidi.

Culigna, uas uinariū, apud Catonem.

Culmus, idem quod Calamus: cùm spicę penitus oriuntur, in summo spicę iam maturæ, frumenti calamus, spicam sustinens.

Cuminum Regium, Cuminum satiuū apud Dioscor. lib. 3. cap. 66. Teutonicè, Kümmy.

Cuminum Regium quorundam opinione Amni, ut inquit Dioscorides lib. 3. cap. 63.

Cuminum Æthiopicum, Cuminū syluestre, secundùm Aëtium. Vocarunt et Amni quidam ex ueteribus Æthiopicū Cuminum, ut inquit Dioscor. lib. 3. cap. 63. Teuton. Hetten Kümel / Moren Kümel.

Cuminum Thebaicum, Cuminum syluestre, apud Dioscor. lib. 3. cap. 67.

Cunicula bubula, herba qua se tuentur testudines contra serpentes pugnaturę. Nunc dicitur Cotula, Bouis oculus, & flos eius maior Chamæmilla.

Cuniculi, leporum genus fœcunditatis innumeræ. Teuto. Künglin. Vocatl etiam Hispani lepores.

Cunila, De Cunila, & Cunilagine, &

Coniza, uide doctissima quædam apud Dioscor. in Commentario Vergilij. De Coniza altera, siue tertia, lib. 3. cap. 137.

Cunila, Origanum syluestre. Diosc. libro. 3. cap. 32. Succinit quoque Nicander.

Cunila gallinacea quid sit, uide in dictione Origanum Heracleoticum.

Cunila transmarina, Thymbra Dioscoridis. Autor Barbarus lib. 3. cap. 43. Teut. Garten hysop/Zwybel hysop.

Cunilago, Coniza magna, apud Diosc. lib. 3. cap. 135.

Cupherion, fluor sanguinis per nares. Quod uitium equis procliue est, inquit Vegetius, si ultra uires agitentur ad cursum.

Cupressus longa, subiecta cauditce attollitur, partim satu, & plantatione, partim semine proueniens. Plura de Cupresso Plin. lib. 16. cap. 33. Dioscorid. lib. 1. cap. 100.

Cupressus Cretica, herba Sabina.

Cupressos, à partu parilium ramulorũ uocatas, Græci uolunt. ἀπὸ κύειν παρίσους τοὺς ἀκρεμόνας.

Cuprum ustum. Gebrañt ertz.

Curandi optima ratio apud Galenum 14. Method. est curare breuiter, sine dolore, & tuto.

Curare tuto, est consequi id quod uelis: non lædere, & curare, ne redeat morbus.

Curatoria, Medicinæ species. Lege, Medicinæ partes.

Curta, ea quæ græcè κολοβώματα, de quibus uide Paulum lib. 6. cap. 26. & dictionem κολοβώματα.

Cuscutha. Lege, Cassutha.

Custos summittendus. Alendus palmes, quem Custodem uocant, & præsidiarium: de quo Plin. hæc: Et qui uocatur Custos, hic est nouellus palmes, nõ longior tribus gemmis, proximo anno materiam daturus, si uitis luxuria se consumpserit. Columel. lib. 4. cap. 24.

Cutis, est corpus neruosum, totam corporis superficiem exornans, atque protegens, idque decoris gratia: etiam ut offensam & noxam omnem prohibeat. Galenus de Definitionibus.

Cuzula. Lege, Galeritam.

κύαμος, Faba. Teut. Bonen. Lege, Faba.

κύαμος ἑλληνικός, Faba graca: quæ sic dicitur, ad differẽtiam Fabæ Ægyptiacæ.

κύαμος ποντικός, idem quod Faba græca.

Cyamos leucos, Aconiti species altera, apud Dioscoridem libro quarto, cap. octauo.

κύαμος uocatur quoque prima πάξις mammæ, quæ lac præstat.

Cyamus, poculum, apud Aëtium sermone. 13, cap. 122.

κύανος, nõnullis Baptisecula dicitur: quòd secantibus & metentibus officiat, retusa in eius occursu falce. Secula enim ueterib. falx uocabatur. Βάπτειν interim & nocere significat. Teut. Blaw Korn blůmen. à colore Cyanus flos eius nominatus.

Cyaneus color. Lege, Cæruleus.

Cyaneus lapis. Vide in dictione, Cæruleum.

κύανος, Cæruleus color.

Cyathus Græcis ἀπὸ τοῦ χύειν, hoc est, à fundendo dictus: pars sextarij duodecima.

Cybellion, Medion herba, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 21.

Cyclamino Græci nomen fecerunt, ἀπὸ τοῦ κύκλου, quòd in orbem circũagatur.

Cyclaminos, Cyssanthemon, folia habet Hederæ purpurea, uaria, in quibus susque deque albicant maculæ, caule nudo, quaternos digitos æquante, floribus in eo purpureis, radice nigra. Vide Diosc. lib. 2. cap. 181. Malum terræ, Pan porcin. Sewbrot/Erdfeigen/Erdmandel/Erdnuss. Cyclaminos dicta. ἀπὸ τοῦ κύκλου, hoc est orbe radicis. Propterea & umbilicus terræ uocatus.

Cyclamini radix, quomodo conueniat cum Aristolochia, abunde tractatũ est à nobis in Herbarij nostri tomo. 2.

Cydonea, ficus hyemalis.

Cydonia illud uocatur, quod piscis ueneno

neno aduerſarium.

Cydyomalum. Lege, Codymalum.

Cydonia Græci appellant: quoniã ex Creta primùm illata fuerint. Ruel. Vide, Cotonia.

Cyema, id eſt, conceptus. Sic Galenus lib. 1. de Symptomatum cauſſis uocat.

Cyranion, Veratrum nigrum, apud Dioſc. lib. 4. cap. 152. Chriſtwurtz.

Cylindro, Lapis teres inſtar columnę, & uolubilis, dicitur gręco uocabulo Cylindros. Vergilius præcipit arcam Cylindro æquari oportere. Cylindraceę figuræ, ſunt ſiliquæ piſi. Vide Columellam lib. 11. cap. 3.

Cyllaſtis, hordeaceus panis.

Cymatilis color, ab unda dicitur.

Cymatius color, item ab unda.

Cymatophleges. Lege, Planetæ.

Cymæ, ſeu Cymata, herbarum tenuiores delicatioresq; coliculi ſunt, quos à prima germinatione, & in ſumma ſtirpe proferunt.

Cymindis, nocturnus accipiter. Plinius lib. 10. cap. 8.

Cyminum latum, Seſeli Maſsilienſe, ut inquit Barbarus in Corollario. lato enim grano & fuluo eſt.

Cynamulgus, Arabiæ, auis, magnitudine Otidis. Plinius lib. 10. cap. 33.

Cymbalaris herba, folio tenui, angulo ſo, hederaceo, flore paruo, purpureo, in muris terræ naſcens; quam quidam genus alterius Capni herbæ faciunt. Barbarus in Corollario Coryledonis, apud Dioſc. lib. 4. cap. 91. Dicta & Cymbalion. ibi. Teut. Durchwachß das groſſz.

κυμβη, Græcorum lingua uocatur caput. Vnde & κύμβαλο, qui in caput ſaliens, crura tenet ſurrecta.

Cynanche, Apocynon, apud Dioſcoridem lib. 4. cap. 84. Teut. Hundtskôl. wylder Kôl. Vocatur & Cynarica. ibi.

Cynanthropia, idẽ morbus qui & Lycanthropia. Lege, Lycanthropia. ein Nachtwonſynñgkeyt/ wölffiſcher weiß vmb zů lauffen.

κυνάγχη. Lege, συνάγχη.

Cynas arbores uocant, ex quibus Arabes ueſtiuntur, folio palmæ ſimili. Sic orientales ſuæ arbores ueſtiunt. Plin. lib. 12. cap. 11.

Cynia, Cynocrambe dicta ab Dioſcoride lib. 4. cap. 202.

Cynicoſpaſmus, der Hundt krampff im antlit.

Cynobrium, Cynober.

κυνοκάρδαμον. Lege, Cardamon.

Cynocardamon, & Cardamantice, ſolo nomine ſtatim Cardamon indicant. Lege, Cardamum.

Cynocauma, incẽſio, & ardor ex morſu rabidi canis.

Cynochala, Polygonum apud Dioſcoridem lib. 4. ca. 5. Teut. Weggraß/ Wegdritt.

Cynocephali forma quidẽm ſimiarũ, uerũ maiores, ualidioresq;, ac facie, tùm dentibus & robore canibus propiores, humani geſtus æmuli: & ſi infanti admo ueris, ei ubera mulgenda præbent. Æl.

κυνόδοντες, canini dentes: quoniam in acutum producti, caninos proferũt den (tes.

Cynocephali genitura, Magicẽ, Anethum, apud Dioſcor. lib. 3. cap. 65. Teut. Dyll.

Cynocephalion, Pſyllium, apud Dioſcoridem lib. 4. cap. 73.

κυνοκέφαλον Græcis, Braſsica Canina Latinis. Teu. Hundtkôl/ Wyld Bingelkraut das mãñlin.

Cynocrambe, Cynia herba, apud Dioſcoridem lib. 4. cap. 202.

Cynoctonon, Apocynon, apud Dioſcoridem lib. 4. cap. 84. Eſt & altera ſpecies Aconiti.

κυνόδηκτα, rabidorũ canum morſus.

κυνοδέσμιον, uinculum præputij.

Cynodontes, id eſt, Dentices, Thynorum generis piſcis.

κυνόγλωσσον, & Plantaginẽ, & Plantagini aliam ſimilem herbam ſignificat, quæ in officinis uocatur Cynogloſſa.

Cynogloſſon, topiarijs operib. gratiſsima;

ma: dicta sic, quia caninas imitetur linguas. Teuto. Hundtszung. Alia est & Diosc. Cynoglosson caule carens, uiribus ab hac diuersa lib. 4. cap. 130.

Cynomazon, Chamæleontē Vergilius interpretatus est: quod in pulte necandis canibus datur, quam Græci μάζαν uocant.

Cynomya, Psyllium, apud Dioscor. lib. 4. cap. 73.

Cynomorion, id est, Orobanche, uel Eruiangina: sic dicta, ut inquit Dioscorides, ab similitudine canini genitalis.

Cynomoron, Apocynon, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 84.

κυνόμορφος, Crocus à quibusdā dicit.

Cynoprosopi, in desertis Indiæ Æthiopiam uersus, capite, dentibus, ac pelle canibus similes, hominibus reliqua. Circa labra more draconis pubescentes, unguibus manuum præacutis, tùm cursu ueloces. Ælianus.

Cynorhoda, syluestris rosa, spongiolis, penicillis ue inter medias eius spinas nascentibus, unico aduersus expauescentes aquam à morsu canum remedio, nec ferè ante Plinium comperto: unde nouatum ei nomen, ut existimat Barbarus. Quanquàm Aristoteles hanc uocet Cynacanthon, hoc est, caninam sentem, cantharidum feracem. Est & Cynorhoda alia, sed Lilium.

Cynosbaton, Capparis, aliud à Cynosbato cuius meminit in. 1. lib. Dioscor.

Cynosbatos, Smilax, apud Dioscorid. lib. 4. cap. 145.

κυνόσβατος, id est, Rubus canis, uel caninus rubus, Caniculus, uel ut Columellæ placet, Sentis canis: frutex est arboris instar, Rubo longè maior: folia fert latiora Myrto, firmis circa ramos spicis, flore candido, fructu oblongo, nucleo oliuæ simili, qui per maturitatem fuluescit, & flosculos intus continet specie propius punicæ arboris. Vide Dioscor. libr. primo. Plin. lib. 33. cap. 23. Theophrastum lib. 3. cap. 17. & 18. Columel. lib. 12.

Cynozematitis, Conyza, apud Dioscoridem libro. 3. cap. 135. Dürrwurtz/ Flöhkraut/Donderwurtz.

Cynoxyllon, Chamæleontem nigrum uocat Dioscor. lib. 3. cap. 10. propter grauitatem odoris. quoniam ὄζειν, olere græcis est. Teut. Eberwurtz.

Cyparissias, Tithymali species quinta, apud Dioscor. lib. 4. cap. 173. Teuto. die gemeyn Wolffsmylch.

Cyperus in Ægypto est arbor femine Coriandri, candido, odorato, quod coquit oleo: & inter odoratos frutices numeratur. Hieron. in Cōmentarijs Cantic. tradit Cypron esse genus uirgulti, quod fructum ferat odoratum in modū uuæ florentis, & Cypros uua florens appellatur. Præterea Cyperon uocant iuncum quendam triangulum, quem multi non discernunt à Cypiro, uicinitate nominis. Plinius distinguit utrunq;: aitq; Cypirum esse gladiolum, radice bulbosa: Cyperum uerò iuncum angulosum, iuxta terram cādidum, cacumine nigrū, folia porraceis exiliora, radicem oliuæ nigræ similem, Cyperida uocari, magni in medicina usus. uide Columellam, lib. 12. capite. 21.

Cypirus, Erysisceptrū, Wylder Galgen. Diosc. lib. 1. cap. 4.

Cyperus, inter alia etiam maioris Draconij cognomentum.

κῦφι, thymiamatis compositio est, dicta Dijs, qua abundè Ægyptij sacerdotes utuntur: in antidota misceri solet. Dioscor. lib. 1. cap. 28.

κύφωνες καῦτες, concremata buccina.

Cyporon, genus palustris herbæ.

Cyprinus, piscis marinus. Plin. libr. 9. capite. 16.

Cypripum, Aiuga, uel Chamæpitys apud Dioscor. lib. 3. cap. 176.

Cypros, aliâs apud Plin. Ligustrum.

Cyprus in Ægypto est arbor Ziziphi folijs, semine Coriandri, flore candido, odorato. Coquitur hoc in oleo, premiturq;: quod postea Cyprus uocatur. Plinius lib. 12. cap. 24. Quidam Ligustrum esse

esse putāt: quæ & in Italia nascitur. Theophrastus uerò Cyperinon unguentū sic uocat.

Cypseli. Lege, Apodes.

κυψελίδες, καὶ κύψελαι, auriū sordes. Latini, aurium Marmorata uocant, autore Plinio. Iuniores etiam Cerumina.

Cyrenaici canes, ex lupis & canibus editi, Crocutæ dicti.

Cyribia, excreta tritici, aut hordei.

Cyriæ, dies præstitutæ ad quippiam agendum.

Cyrillus medicus, citatur ab Aureliano lib. 9. cap. 49.

Cyrites panis, qui ex polline consistit, minimè omnium nutrit.

Cyssophyllon, Cyclaminos.

κύστις, uesica.

Cystiolithi, lapides qui spongijs innascuntur. sic dicti: quia uesiculæ medeanť.

Cytinus aliter ab alijs exponitur. Dioscor. libr. 1. cap. 129. florem Punici interpretatur, sed satius: Balaustium uerò syluestris. Plin. lib. 3. cap. 6. pomum ipsum immaturum, & primum partū eius florere incipientem Cytinum appellat. Cytinum ipse quoq; Dioscor. cognominat Apollinaris herbæ florem: cæterum nō propriè, sed per translationem. At Cicū M. Varroni dicitur membranula prætenuis in malo punico inueta. Vnde Cicures, animantes quæ non sunt ferę atq; agrestes. Vide, Balaustium.

Cytisus, uel Cytisum, hederæ modò strangulat sata. meminit Dioscor. lib. 4. cap. 114. Est autem frutex, quem Romani Trifolium maius appellant, in Cytno insula inuentus: inde translatus in omnes Cycladas, mox in urbes Grǽcas, magno casei prouentu. Ruel.

Cytrago, Dioscoridę Melissophyllon, lib. 3. cap. 117. Teu. Müterkraut/ Hertzkraut/ Ymmenblatt.

κυρτὰ, gibba, summitates in ipso iociuore: eius inferiora uerò, σιμά.

κύρτωσις, mediæ spinæ affectio.

κύτινος, uide Balaustium. Est autem os capitis uniuersum. Pollux, latinè Caluam, uel Caluariam dicit.

D A

DAcar, græcè δάκαρ, insuauis & uilis Casfia.

δυσάκρυτος, lachrymas ciens.

δάκρυον τοῖς αἰθιοπικοῖς ἐλαίας, id est, lachryma oleæ æthiopicæ. Lege, Lachryma quàm ęthiopica.

δακτύλιος. Vide Porus, & Orron.

Dactylos nostra ætas, & uulgus medicorum omne Palmulas, uel Palmæ fructum facit: cùm tamen proprium genus & nomen olim habuerint, Vergilio teste: qui in Palmarum censu, prælonga gracilitate curuati, humanis digitis, quos græci δακτύλους uocant, similes erant. Lege φοῖνιξ. Plin. lib. 9. cap. 61. Nusquā non lucent, etiam dentibus adhuc triti.

Dactyli, uuę sunt pręlongis acinis porrectæ. Vnde & nomen à digitorum longitudine sortiuntur: sicut & Dactylites dictæ à digitorum gracilitate. Bumastę uerò ab eo nominantur, quòd tument mammarum modo. De quibus Poeta: Tumidis bumastæ racemis. Alio nomine Bumamam uocant. Mos est Græcorum, in magnitudine rei demonstranda, apponere hanc particulam. Bu. ut docet Suidas. Hinc βούπεινα ἡ μεγάλη πεῖνα, id est, magna fames. Hinc βούλιμον καὶ βούγλωσσον, aliaq; complusfcula, autumat M. Varro à bobus dici, plæraq; id genus magna, in Colum. lib. 3. cap. 2.

Dactylion, Scammonia apud Dioscoridem lib. 4. cap. 182.

Dactylitis, Aristolochia longa, Dioscor. lib. 3. cap. 5.

Dactylus Idæus, Pæonia apud Dioscoridem libro. 3. cap. 158. Lege, Gongyliorum uocabulo.

δάγμα, καὶ δῆγμα, morsus serpētis, uel rei uenenatæ.

Dagnades, aues quas Ægyptij inter potandum coronis deuinciebant: quæ uellicando, morsicandoq;, & canturiendo asfi-

do assiduè, non patiebantur dormire potatores.

Dalion, herbarius medicus, citatur à Pli.

Damæ, mansuescunt raro, cùm feræ dicí uere non possint. Plin. lib. 8. cap. 16.

δάμαλαι καὶ πόρτιες αἱ μάτω ἐς ζυγὸν ἐλθεῖν. Theocriti interpres. αὗται δαμάλαι, quanq dicitur & δαμάλη.

Damales, Iuuencus. Phocion damalin omne animal existimat in iuuenta.

δαμασώνιον. Lege, Halimum.

Damassonion, Alisma apud Dioscoridem lib. 3. cap. 170.

Damnamene, Leontopodion apud Dioscoridem libro. 4. cap. 132.

Danae, Laurus alexandrina, Dioscor. lib. 4. cap. 148. Zäpfflin kraut.

Danais, Coniza apud Dioscoridem libro tertio, cap. 135. Flöhkraut/Rassel/Dürzwurtz.

Daphne Alexandrina, Vuularia, Bonifacia, Pagana lingua, Laurus Alexandrina: ut qua Alexander uictor usus sit. Hinc Victorialis Apuleio dicta. Theophrasto ἐπιφυλλόκαρπος dicta: quòd fructum super folijs ferat. Teut. Zäpfflin kraut/Hauckblatt/uff dem blatt. Dioscor. lib. 4. cap. 146.

δάφνινον ἔλαιον, oleum laurinum.

Daphnitis, Vinca peruinca apud Dioscor. lib. 4. cap. 150. Teut. Yngryen.

δαφνίτις, interdum Casſia electa.

Daphnidon, emplastrum nobile ad extrahendum: quod græcè ἐπισπαστικὸν, sic dictum, quia constat διὰ δαφνίδων, id est, ex baccis laurinis. Celsus libro. 5. capite. 19.

Daphnoides, Clematis apud Dioscor. lib. 4. cap. 8.

Daphnoides, et ipsa Laurus syluestris, apud Dioscor. lib. 4. ca. 149. Teutonicè, Weisszwurtz/Zeilant/Zeidel past. Laureola, à Lauri forma & specie, in folijs & fructu.

Daphnois, id est, Isocinnamon. Plinius libro. 12. cap. 9.

Daphnos, Laurus Alexandrina, apud Dioscor. lib. 4. cap. 148.

Dapsilis, musto larga, copiosa, et multi ubertate luxurians. Dictio græca est, nostris frequenter usurpata. δαψίλεια dicitur largitas, & opulentia, ut inquit Suidas. πολυτελῶς δαψιλῶς ὁ πολυτελῶς. in Colu. lib. 3. cap. 2.

Daratos, panis non fermentatus.

Dardanis, Cicuta apud Dioscor. lib. 4. cap. 82.

Dardanion, Aristolochiæ species tertia, Clematitis dicta: de qua uide Diosc. lib. 3. cap. 5. Teut. Biberwurtz.

Darenion, Siū: quod quid sit lege, Siū.

Darsisan quid reuera sit, uehemens hodiè controuersia. Nec hic sanè conueniunt Arabum interpretes. Nam Euricius Cordus, uir ueterem Medicinam edoctus, Aphalathon esse cōtendit eam, cuius meminit Dioscorid. lib. 1. Verùm huius sententiam ut non facilè improbarim, ita non habeo cur affirmem: maximè cùm in hijs atq alijs peregrinis, non aliter quàm cæci in tenebris palpemus. Nec hic quicquàm ad rem facit opinio, suspicio, sed loca adeunda, considerandæ & contemplandæ res ipsæ sunt. Toti sunt in hijs suspicionibus etiam Manardus & Leonicenus, magno interim risu multorum.

Darsion, id est, Aspalathus. Lege, Aspalathus.

Dartæ. Lege, δαρτοί.

δαρτοί, sunt membranæ exteriorem pellem eritroidi tunicæ agglutinantes, ipsiq ea parte adhærentes, quia ipsa testibus à posteriore parte añexa est. Hanc uerò exteriorem laxam ac rugosam pellem, testiculis circumtextam, Scrotum uocant. Paul. lib. 6. cap. 61.

δαρτον, ualentior tunica, quæ interiori uehementer ima parte inhæret, eodem loco scilicet.

Dasmophon. Thlaspi.

Daspis, Chrysospermon apud Dioscoridem lib. 4. cap. 59.

Dasypodes. Lege, Lepus terrestris.

Dasypo-

Dasypodion, Viola purpurea, apud Dioscor.lib.4.cap.123. Violen/Mertzen Violaten.

Dathiathum, thus minus probatum, et secunda uindemia.

Daucus Creticus, fœniculo similis herba. species eius uide apud Dioscor.lib.3. cap.81. Plin.lib.19.cap.5. item lib.25. cap. 9. Masculino & neutro dici, ex autoribus obseruauimus: à nostris uocat, Gallica Pastinaca. Teut. Berwurtz.

Daucus syluestris, Pes galli. Danen

D E

füß.

Dearticulatio, est mutatio, uel corruptio ossis secundũ naturã, in locũ præter naturam. Verruckung der glyder.

Decacuminare, est cacumen decutere. Vnde Decacuminatio, Plinius. Hæc similis & decacuminatio rationẽ habet cu presi, piceæ, cedri. hæ enim detracto cacumine, aut ignibus adusto, intereunt. Col.lib.5.cap.4.

Decacuminatio, id est, comarum & cacuminum arboris detractio, quomodo fieri debeat, require ex Theophr. lib.4. cap.17.

Decamœron, id est, Decumanum, cõstans ex decem rebus, describitur ab Aëtio sermone.12. capite.44. Alias, Decamyrum.

Decapulare, est oleum de uase in uas transfundere. Nam elutrare, & transuasare latius patent. Vide, Elutrare.

Decemmodiæ, capaces decem modiorum, ut Trimodiæ trium. lib.12.cap.18.

Decessio uo[illegible]ur mali, cùm inclinat.

Declinatio morbi uocatur, omnis ea pars, quæ rigorẽ ipsum subsequitur usq; ad secundæ accessionis principium. Galenus lib.1. Crisium, cap.3.

Decoctio dicitur, quando herbæ, flores, semina, radices, uel aliud cuiuscunq; generis decoquitur in aqua communi, uel distillata, seu aliquo liquore: ut uirtus harum rerum per decoctionem recipiatur, in aquis in quibus decoquuntur.

Decretorium sydus, tempusq; dicit id, ex quo de prouentu aliquarũ rerũ futuro sumitur iudiciũ. Vnde sua quoq; Medici auguria, dies Creticos appellãt, quos nostri Decretorios uocare possunt.

Decumanũ uocant limitem, secantẽ agrũ ab exortu ad occasum: uineas quoq; limitant decumano. Colu.lib.4.cap.20.

Decussabimus, id est, deformabimus, ducemusq; in decusses, id est, denormabimus, digeremusq; ad æquilibriũ. Hoc uerbo utitur & Vitruuius: dictumq; uidetur à decussibus, hoc est, à denario numero, qui pfectus & absolutus est. Quidam legunt, decussauimus, ut sit præteriti temporis: quod intellectui magis quadrat. Quod autem ait, in speciem græcæ literæ: neq; δ, intellige, neq; λ, ut quidã opinantur: sed, χ. talis enim litera stellæ similior est, cuius effigiem repræsentare ait hanc machinam. Colum. lib 4. ca.13. Hinc in stellam decussare ait libro. 4. & decussatim per decusses, & per frusta cu iusdam magnitudinis absolutæ: sicut decussis, hoc est, denerius numerus perfectus habetur. Latinis enim x, decem significat. Libro.12.cap.53.

Defecta corpora, & defecti sunt, quos Græci παρέτες uocant, quasi resolutos: & resolutionem ipsam πάρεσιν, hoc est, uirium, corporisq; defectio, tabes. lege, πάρεσις.

Defectio animi, Syncopis.

Deficientes morbi. Lege, Morborum quidam sunt continui. &c.

Definitio secundũ aliquos, est oratio demonstrãs cuiusmodi est illud de quo fit sermo. Vel sic. Definitio est oratio mentis conceptũ aperiens. Hanc alij sic definiunt: Definitio est, quæ cõpendiosa sub monitione nos in rerũ cognitionẽ uocibus subiecta adducit. Aut hoc modo: Definitio est oratio, id esse quod est demonstrans. Aut: Definitio est oratio, quæ declarationẽ & intelligentiam rei demonstrat, & elucidat. Definitio itẽ est rei quasi in uniuersum dicta, nõ tamen uniuersalis, in propositione per singulas partes,

siue in uniuersum deductio.

Defluxio capillorum, est decidentia, se quens plærumque deficientes: aut qui ex morbo longo conualescunt.

Defrugare segetem uidetur, qui uel ni mia fœtura exinanit agros: uel per insci tiam, aut negligentiam perdit, lacessi ue fruges. Omnino, cùm uel festinata se mentis est, uel serotina, præpropereque, aut præposterè quid agitur, defrugari se getem contingit.

Defrutũ uinum, quod ad tertiam partem decoctum est. De quo, & passo, & sa pa Columella plurima.

Defrutare. A` defruta, inclinatum est uerbum defrutare, quod significat defru tum conficere, & sapam coquere. Vnde & defrutariæ cellæ nomen est inditum. Defrutum uerò à deferuendo dictũ est: significatque uinum decoctum ad dimidi am mensuræ partem, redactumque ad spis situdinem mellis, cuius uicem quoque præ stat. Columel. lib. 2. cap. 22. Hinc Cella defrutaria. Impositũ est & nomen uillæ defrutariæ, ab eo, quod in ea fit defrutũ. Est autem defrutum, uinũ ad dimidiam mensuræ partem decoctum, ut docet Pli nius. Autumat Palladius, defrutum à de feruendo dictum.

Defunctus, pro cadauere. Quod & se pultura quoque Ciceroni dicitur quando què. ut cùm ait. Illam insepultam sepultu (ram.

Deglutio, est nutrimenti humi di & sicci à stomacho ad uentriculum at tractio. Vel sic

Deglutio, est humidi, & alimẽti ex ore per stomachum in uentriculum delatio.

Deiectiones syncerę apud Hippoc. uo cantur impermixta aquosæ humiditati: quoniam solus humor euacuatus deijci tur, siue biliosus, siue melancholicus, si ue porri colorem prę se ferens, siue bilis quæ sanguinosa nominatur. Galen. lib. 7. Aphorismorum, aphor. 23.

Deiectionem alui, uide apud Celsum, libro. 2. cap. 11.

Deijcere aluum, excrementa reddere.

Delcani, à Delcano amne dicti pisces, salsamentis idonei: quos alij Leptinios, & Lebianos cognominant.

δηλητήρια, medicamina quæ nõ alunt quidem in corpus adsumpta, sed magis euacuant, aut huiusmodi aliquid efficiũt in corpore. Cuiusmodi uocantur ea, quę hodiè & καθαρτικά, hoc est, purgatiua dicuntur. De Deleterijs plura Galenus 3. de Temper.

Δηλητήριον, uenenum, herba mortifera, à δηλέω, noceo, lędo. Hinc δηλητήριον φάρμακον, id est, perniciosum atque mortiferum medicamentum.

Delphica laurus. Lege, Laurus delphi (ca.

Delphines, in mari Bosphoro Thraciæ. Naturas eorum post Plin. nemo pulchrius depinxit Solino, cap. 22. de Delphino. aliâs apud Plin. lib. 9. cap. 8. Vide Gell. lib. 7. cap. 8.

Delphinias, Delphinium apud Diosc. lib. 3. cap. 82.

Delphinium, herba Sena, cuius folia hodiè habentur in myropolijs. de qua ui de Dioscor. lib. 3. cap. 82. Senetbletter.

Delphinus discipulus Acronis. Item Empiricus. Galenus.

Delphax, Græcè δέλφαξ, porcus est adultus atque masculus: ut grammaticus Aristophanes existimat. Certè Delphax & pro fœmina sue capitur quandoquè à Poetis.

Delibretur, decorticetur. Decorticatio, id est, corticis detractio, infesta est & exitialis arboribus. Nam nouellę in primis arbores, cortice in o[illegible] detracto necantur. Excipitur Suber, quod sic etiam iuuatur. uide Colum. lib. 6. cap. 4.

Delicata, ganeata, saliaria, lauta fercula, opsonia, & bellaria.

Deliarium, Coniza apud Dioscorid. libro. 3. cap. 135.

Delyrium, errans, & deprauatus spirituum in cerebro corrupto motus. Wanwitzigkeyt.

Delyrium, mediocris insania est. Gal. lib. 7. Aphor. 9. der alten Kindtheyt.

Demar-

Demarchus, Medicus, plura scripsit, & citatur ab Aureliano.

Demetrij duo fuerunt. Vnus Attalæus. Alter Appamæus Herophili hęrese os: ex quibus Appamæus libros aliquot interiorum posteritati dedit.

Dæmon metallus, Bergmännlin.

Dæmonifuga. Lege, Perforata.

Dęmon bonus, Peucedanum apud Dioscor. libro. 3. cap. 90. Teut. Vorstrang/ Schwebelwurtz.

Dæmos, Catanance apud Dioscoridem libro quarto, cap. 135. Teutonicè, Ringelblům.

Demosthenes quidam, & Seucrus, & Antylus, Rufus, Adamantius, Athenęus, & Herodotus, aliquoties à Georgio Valla citantur, de natura & morbis oculorum. Præterea de uniuersi corporis purgamentis. Quæ alia insignia scripserint, non lego.

Democrates, uir præstantissimus, ipse quoque medicus factus, ut inquit Galen. integrum librum de Antidotorum confectura uersibus eleganter complexus est, lib. de Ther. ad Pisonem.

Demos, pinguedo.

Denarius. Vide, Vncia.

δενδροκάζειν, est sub arboris, uel quercus umbrã humiliter consurgere. Quod ante inuentas domos, ueteres fecisse, Diodorus Siculus testatur.

δενδρολίβανος, arbor thuris.

Dendrodes, Tithymali species sexta, apud Dioscor. lib. 4. cap. 168.

δενδρώδης, arboreus.

δενδρύφιον, arbustula.

Dendrolachana, Oleri arbores.

Densatilia sunt, quæcunque præssatilia stabilem, fixamque habent præssationem. 4. Meteoro. cap. 9.

Dens, uertebræ cuiusdam nomen: quę & uertebra dẽtiformis nomine alio, meminit Gal. de locis affectis, lib. 4. cap. 5.

Dens. Cum dẽtibus nati sunt quidam, ut Papyrius puer, & M. Curcius dentatus. Solinus cap. 4.

Dentium uice quidam ossis unius soliditate armant. Sic Prusias. Solin. lib. 4.

Dentium numerum discernit qualitas sexus. In uiris enim plures, in mulieribus pauciores. Idem.

Dentes cibũ conterunt, cõficiuntque: & ad uocis articulationẽ nonnihil faciunt.

Dentifricium, puluis quo atteruntur, & emundantur dentes.

Dentiducum plumbeum. Lege, ὀδοντάγωγον.

Dentrix. Lege, Piscium ferè.

Densum dicit, quod meatus densos habet.

Depastiones, quæ græcè νομαί.

Depletur. Exhauritur, educitur ex uasis post præssuram. Statius. Digno deplemus haustu. Cato. Oleum si poteris, bis in die depleto. Idem dixit, Amurcã dehaurito. In eodem significatu, Plinius noster uerbo infrequenti, sed elegantissimo ait: oleum sæpius die decapulandũ, pro eo quod est, deplendum, dehauriendumque. A Catone dictus Capulator is, cuius officium est, ut concha oleum diligentissimè tollat, ac depleat. de quo mox paulò sic scribit Columella. Protinus capulator depleat. Vtiturque persæpè hac dictione. Dicitur autem Capulator, à Capula, quod nomen est uasis, cuius nominis Nonius & Varro meminerunt in Columel. lib. 12. cap. 49.

Deplere, euacuare.

Deprauata appetentia, partim inmoderati cibi & potus cupiditas, partim alienæ qualitatis desyderium.

Depsiticum, à depsando. Est enim Depsare, subigendo manibus aliquid molle & tenerũ reddere. Quo uerbo frequenter utitur Cato.

Depingere. Vnius literæ immutatione tollendum est mendum, ut legas: Depangere, quod plantare significat. Itidẽ paulò mox, Quinque malleoli pangendi sunt. in Columel. lib. 3. cap. 16.

Depubes porcus, id est, lactans, nondum pubes.

Derbia, secundùm de Vigo, & chirurgicos

gicos neotericos, est Impetigo, siue Volarica. Zitter raud / Flechtend oder beissender grynd.

δήγκας, insuauis & uilis Casia.

δερκτυμενία. Lege, Lepus terrestris.

δέρμα, cutis, pellis.

δέρσιν, Hierophylus excoriationem appellauit, modo quo anatomici cadauera excoriant, à uerbo δέρω, deriuans, id est, excorio, cædo, pulso, quod tam actioni quàm effectui commune est.

Despuere in sinum ter, olim aduersus fascinationes in usu habitum à superstitiosis: uel Ouidio teste, Despuat in molles sibi quisq; sinus. Et Theocritus, ὡς μὴ βασκανθῶ δὲ τρὶς ἐς ἐμὸν ἔπτυσα κόλπον, id est, Despui & ipse sinum ter, ne quis forte noceret.

Desquamare, græcè, ἀποσύρματα.

Destillationes dicuntur, qui ex oculo feruntur humores, qui nec cohiberi possunt, nec uolētibus nobis fiunt: à lachrymis hoc solo differentes, quòd lachrymę non semper fluūt, & electionem, uoluntatemq; aliquando in nobis habent.

Desultorij, sine ephippijs equi ad cursum apti, quos græcè celeres uocant. Hij quondam, teste Tranquillio, à nobilissimis iuuenibus agitabantur: nunc à ministris etiam & neglectis.

Desyderia mulierum, latini uocant eleganter, Menstruorum nutrimenta.

Detrimiasis uocatur, quando pupilla latior naturali apparet, & uisa minora uerbis uidentur.

Detrullare, uide Elutrare.

δαίτις, caput allij, uel capitulū. Significat & lampadem pusillam. Gal. autor.

Deuerrendus, scopis purgandus. Deam nomine Deuerram, coluit Antiquitas: quæ præerat domibus euerrendis. Conuerritores dicti scoparij, illi scilicet, qui scopis à prandio, aut cœna pauimenta deuerrunt, & purgamenta escarū tollunt. in Columel. lib. 7. cap. 4.

Deustice, id est, crematę, tostęq; in prunis. Columel. libro sexto, capite decimo septimo.

Dexippus, Hippocratis discipulus, & medicus, apud Columel. libr. 1. de ratione uictus acutorum.

D I

διὰ ἀνίσου, ex aniso confectio.

διαβήτης, renum affectio, maximam inducens sitim. ἀπὸ τῆς διαβαίνειν. Quidam urinæ profluuium uocant. Alias λιψακός. Ein stäter Harnflussz.

διάβροσις, διαβρώσις, larga sanguinis euacuatio, & ruptura uenæ alicuius: quando uase aliquo eroso, affatim accidūt sanguinis euacuationes, præcedente aut exiguo sputo, atq; acribus in pulmone fluctionibus: ubi quoq; pulmonis aliqua pars, aut ramentum efferri uidetur. ein Ader blůtflussz. Lege, Relectio sanguinis.

διάγερον, uel διαίγειρον, ex populo arbore unguentum, Populeon uocatum hodie.

Diacalanthos cōpositionem & usum, lege apud Galenum libro quarto, de ualetudine tuenda.

διαχαλκίτεως ἢ φοινίκιον, emplastrū, uel medicamen glutinandis ulceribus, cicatrice obducenda, & phlegmonis curandis idoneum.

Diachysis, Delphinium apud Dioscoridem lib. 3. cap. 82.

διάκλυσμα, collutio. cuiusmodi sunt medicamina quæ dentibus adhibentur.

Diachyton, Delphinium apud Diosc. lib. 3. cap. 82.

διακρόμμυον, medicamētum ex cepis.

Diacacameron, id est, ducens hominē de morte ad uitā. sic enim Nicolao placuit interpretari: quo etymo, ipse uiderit.

Diacapregias, ex stercore caprino medicamen. Hoc cùm exactis annis cataplasmatis uice usi fuissemus, pulchrè & prosperè successit res: Dij boni, quā nos riserant margaritarum, & μεμιγμένα scriptores: simplicium rerum ita imperiti, ut pro ridiculo habeant, huiusmodi in usus humanos adhibere. Cùm Dioscorides quoque neglectissima tela aranearum,

nearum, & muscas, & alutarum coria in multis ægritudinibus, etiam ipsorum moscho & ambræ præferat. At ego huiusmodi simplicia malim, quàm eorum χάρες τῶν δικῶν: quæ quidem non cõtemnimus, si moderatè & in tempore applicent: inmodicũ eorũ usum uituperamus.

Diacalamentum, à calamento, electarium apud Nicolaum.

Diacatholicon, uide, Catholicon.

διακαρύων, confectio ex Caricis.

Diacitrium, ex citris conditura.

Diacitoniton, ab papauere nigro facta descriptio apud Nicolaum.

διάκινον δίεχαν, de his dicitur, qui fame, aut morbo exhausti sunt.

Diacostum, à costo radice dicta confectio, apud Nicolaum in Antidotario.

Diacurcuma quæ sit, uide apud Nicolaum in Antidotario.

Diacyminum, etiamsi rectius legitur Diacuminum, cumini cum alijs speciebus compositio.

διάχυσις, effusio, uel diffusio, & propriè animi sese laxantis & tristitiam excutientis, ut est apud Aurelianum lib. 1.

Diadamascenon, compositio & electarium ex prunis damascenis, apud Nicolaum compositum.

διαδάφνιδων, id est, ex baccis lauri medicamentum.

Diadema, uel ut Græcum habet Dioscor. exemplar, διάδημα magicum ab Zoroaste illi inditum, hortensis Maluç nomen.

Diadragacanthum, à dragacantho, cõfectio pectoralis apud Nicolaum.

διαγλαύκιον, collyrij genus apud Cælium Aureli. libro. 2.

δίαιτα, uictus ratio, seu modus uiuendi, lex ac regula quædam, seu institutum uiuendi, singulorum dierum cibus seu alimentum. Latinè Diarium, seu Diarius uocatur.

διάλευκον κρόκον, Croci quoddam genus medio sui candidum.

Dialoes medicamenti confectionem, lege apud Galen. de ualetud. lib. 5.

Dialutensis, id est, uario soli genere pasta.

Dialacca, ab lacca sic dicta, apud Nicolaum in Antidotario.

διὰ λίθυ φρυγίυ, confectio ex phrygio lapide pudendis factum.

διὰ γάλακτος, confectio de lacte, cuius usus est ad columellæ curationem, apud Paulum lib. 3.

Diagalanga, ex galanga confectio.

Diairis, ab Iri cõfectio, inscripta apud Nicolaum.

Diamires. Harnflüss in dem schlaff on willen.

Diamonos, Mandragora, apud Dioscoridem libro quarto, capite. 79. autor Zoroastes.

Diamanna, ex manna confectio apud Nicolaum.

Diamargariton, ex margaritis confectio cordialis, apud Nicolaum.

διαμελιλώτον, ex Meliloto concinnatum medicamentum.

Diamoron, ab moris Celsi dictum electuarium, & describitur ab Nicolao in Antidotario.

Dianthos, id est, ex floribus dendrolibani, uiolarum, & rosarum, ut inquit Nicolaus. sonat enim ἄνθος, florem græcè. Hodiè pro confectione ex Roremarino solùm usurpant.

Diaolibanũ, ex opiatis (ut uocant) electuariũ, ab olibano: sic inscriptũ ab Nicolao compositorum consarcinatore.

Diapapauer, confectio à papauere, sic dicta Nicolao.

διαπάσματα, aspergines sicci, & in puluerem triti medicamẽti alicuius, quę totis corporibus, aut eorum partibus siccandis, laxandis, adstringendis, molliendis, durandisquè, & odorandis aliquando insperguntur. Sparguntur enim huiusmodi odores, cum unguentis liniuntur corpora, uel profunduntur. ἀπὸ τῦ διαπάσσειν, id est, ab inspergendo. Martialis. Quid quod olet grauius mistũ diapasma uetus? Sic etiam uocari possunt

possunt pastilli, ex diuersis odoribus facti, quas adolere consueuimus. Item ij, quos in paruas pilas redactas, manibus gestare solemus, præsertim pestilentiæ tempore. Nos uulgò uocamus Pomum ambræ. Vide Plin. lib. 13. cap. 21.

Diapensia. Lege, Sanicula.

Diapēte, potionis species ex myrrha, genciana, aristolochia, bacca lauri, & rasura eboris constans. Confectionem eius docet Vegetius Mulomed. lib. 1. c. 10.

Diapenidion, à penidijs dictum, pectorale medicamentum. Vide Nicolaum.

Diaplasmata, malè in ueteri editione Galeni legitur, pro Diapasmata. Sunt autem unctiones aut somēta, quibus totum corpus oblinebatur.

Diaprassium, ex prassio herba medicamētum: cuius descriptionem uide apud Nicolaum in Antidotario.

Diaprunis, compositio ex prunis Damascenis, apud Nicolaum.

διαπήδησις, quando excesa parte aliqua sanguis exspuitur.

Diaphoretica, uis discussoria latinè dicitur, hoc est, dissolutoria, quæ scilicet aluum subducunt & leuigant. Discutiuntur incipientia tubercula: emittuntur cō cocta, & suppurantia.

διαφορεῖν. Lege, Discutere.

Diaphragma, quod septum transuersum uocamus, neruosum quidem est, cōtinens, & segregans quæ in ipso cōprehendūtur thorace. Subter illud uiscera.

Diapne, uesicæ passio ex urinarū frequenti dimissione facta, ubi mox post sumptum potum, per urinam redditur.

Diaponi, dicti Cretensium canum aliqui: quasi qui semper in certamine foris congrederentur.

Diapterpillum acopum, id est, ex serpillo conditum.

διαρίσχνωσις, temporalis corporum displicentia.

Diaria, quæcunqꝫ sui ratione una tantùm die durat febris, Galen. uocat ἐφήμερον, lib. 4. Aphor.

διάῤῥοια, alui profluuium copiosum, sine inflammatione, exhulcerationeque, non recens, sed longi temporis, cum torminibus, & multis excretionibus, quæ omnia corpus attēuatum debilitant. διαῤῥέειν, diffluo, mollio. Die Scheisss/oder bauchflusss.

Diarium, seu Diarius. Lege, δίαιτα.

Diarhodon, à Rosis nuncupatum medicamentum, Abbatis scilicet inuentoris. Est & aliud, cui Iulij inditum est nomen, ab eodē scilicet cōpositionis autore.

διαρτήματα, Pauli Æginetæ interpres, atqꝫ noster præceptor Albanus Thorinus, suspensarum, aut compositarum rerum calorifica condita reddidit. Locus in lib. 2. cap. 58.

Diasatyrion, ex Bulbis Satyrij herbæ electarium, quod impotentibus composuit Nicolaus.

Diasene, ex folijs Senarum confectio est apud Nicolaum.

διὰ σμύρνης, compositio ex Smyrne.

διαστολή, arteriæ sublatio, dilatatioqꝫ.

Diastolæ, item Empiricorum sermones, quibus proprium à communi separant, ad differentiam diorismatum. Gal. lib. 1. Comm. in Hipp. de ratione uictus in morbis acutis.

Diatrion pipereon, medicamentum, quod ex tribus piperibus conficitur. Cōpositionem docet Gal. de ualet. tuenda, libro quarto.

διὰ τριῶν ῥητίνων, de tribus Resinis confectio.

διάθεσις, id est, affectus, à διακεῖσθαι, id est, affici quodam modo deriuatur. Neqꝫ Philosophis dumtaxat, sed reliquis omnibus Græcis in hunc usum receptū est. Etenim affectus generatim ad omnes pertinet, tùm sanos, tùm ęgros, tùm neutros. Insuper & cantum, & harmoniam, & orationem, & dictionem affici dicimus. Gal. lib. 1. de Symptom. differen.

διάθεσις, musculorum affectus ex conuulsione bulbum mouentium.

Diatheon, medicamenti genus, quod capiti

capiti laboranti imponitur, apud Cœlium Aurelianum.

διατρίμματα, femorum intertrigines.

διατράμις, depygis, qui atticas habet nates. Nam τράμις, nates significat.

Diatriton Gal. interpretatur pro tridu ana media, qua febricitantes conficiebat Thessalus. Nec febrem ullam diiudicare nouit post primam diatritonem.

διατρυγια, loca inter uites quę feruntur, uel ubi iam maturuerint uuæ.

Diauli cuiusdam meminit Martialis Epigrammatū libro primo his uerbis: Chirurgus fuerat, nunc est uespillo Diaulus, Cœpit, quod poterat, clinicus esse modo.

Et rursum. Nuper erat medicus, nunc est uespillo Diaulus. Quod uespillo facit, fecerat & medicus.

διάξυλον, id est, medio lignum, cognomentum Asphalathi, ut inquit Dioscor. Quia enim lignosus frutex est, nec secus quàm solidiores arbores, solidiore interiore materia & medulla est. Ideo à Syris id nomē inuenit. Competit enim ea uox omnibus, quæ nec inania sunt, nec teneram, fungosamq́ medullam habent, sed lignosa soliditate duram.

Dibapha dicebatur, quę bis tincta esset purpura, ueluti magnifico impendio: qualiter nunc omnes penè commodior es purpuræ tinguntur. Plin. lib. 9. ca. 39.

δικάρυνοι, δικάρωνοι, bicipites.

δικόρυφοι, biuertices.

δίκκοκκος. Vide, ζία.

διχασῆρες, uocātur quatuor dentes anteriores in meditullio constituti, sic dicti, ἀπὸ τοῦ διχάζειν, quòd cibum diuidant, comminuantq́. Vnde & τομεὶς appellantur.

Dictamus Cretensis, defertur ex Creta, à monte dicta, folijs sisymbrij, ramis maioribus. Vide Dioscor. lib. 3. cap. 35. Diptam, Pseudodictamū, Teut. Wyl der Diptam. cap. 36.

Dictamum aliquibus syluestre Pulegium uocatur, Cretensis herba, acris, & leuis, pulegio similis, sed maioribus folijs, quæ spissa lanugine turgent. Dioscor. libro. 3. cap. 35. Theophrast. lib. 9. cap. 16.

Dictamo, nisi eam rursum Venus ab Ida deportet, omninò deficimus. flore enim, caule, & semine carere debet, quib. nostra hæc uulgaris maximè abundat: radicem uerò habere tenuem, & inutilem, quæ nostræ magna, & ad usum sola ueniēs, neglectis folijs, quæ imponenda essent pharmaco, non radix. Manar.

Dicrotus, pulsus genus, à bis feriendo sic dictus apud Gal. lib. de Pulsib.

διδυματόκος, id est, gemellus.

Didymus, pañiculus quidam dicitur, duplici sinu testiculos continens: & mutuos eorum contactus dispescit, idq́ maxima naturæ solertia: ne si, ut adsolet, ob lędatur unus, in alterum quoq́ transeat uitium. Quidam seminaria uasa eodem nomine intelligere maluerunt. Galen. in libro Isagogico, Didymos testes uocat. Vnde illud est in Græcis relatū monumentis. Didymon tybicen in adulterio deprehensus, ex τοῦ ὀνόματος ἐκρεμάσθη, id est, ex nomine suspensus est, quod significat ἐκ τῶν διδύμων. Quos Auicenna similitudine quadā etiam oua appellare solet.

Dies medicinalis est, qui spacio. 23. horarum, cum. 14. parte horæ continetur: ex quibus quoq́ diebus mensis medicinalis conficitur. August. Nyphus lib. de diebus Criticis Enunciat. 11.

Dies decretorius, tempus ipsum est, quo uirtus nostrorum corporum regitiua, per humorum nocuorum perspicuam expulsionem, certamine dimouere solet frequentius.

Dies indiciarius, est tempus, quo exitij uel secundæ ualetudinis notæ, ut plurimum uisitare solent, ac præliambulum insurgere.

Dies prouocatorius, est tempus, quo humor nocuus uirtutē ad pugnam prouocat.

δίπυρος, biscoctus panis.

Dietetica, grecè διαιτητική, medicina

quæ noctu modicabatur olim.

Diętam, pro uiuendi modo ac lege capi, tùm alia multa indicio sunt, tùm id quod autore Celso, Diętetica medicina inde est appellata. Et Medicorum scholæ, uulgò regulã uictus Diætam uocãt.

Dięta uocatur is curationis ductus, eõ textusq́; qui per consuetam materiam efficitur.

Difficilis appetentia dicitur, quæ imbecillis est.

Diffusa, id est, recondita in dolijs. Vina diffundi dicuntur, in apothecis, in uasis uinarijs, in quib. diu seruanť. Iuuen.
Ipse capillato diffusum consule potat.
Horatius, Vina bibes iterum tauro diffusa. Verbi huius freques usus est apud Plin. Iurisconsultos ue, cæterosq́ classicos scriptores. Columel. lib. 3. cap. 21.

Digitalis herba, Veteribus ignota, duum generum est, florũ scilicet purpureorum, & luteorum. Dicta, quòd digiti formam exprimant. Teut. Fingerhůt.

Digitellus Iouis, Aizoũ, apud Diosc. lib. 4. cap. 91. Vide Barbar. inibi.

Digiti pedis, manuũ digitis respondẽt.

Digitus medicus, auriculari ꝓximus.

Dilatatio, tumor est mollis arteriæ, ac digitis cedens, cuius ortus è sanguine & spiritu est, græcè ἀνεύρισμα. Paulus lib. 6. cap. 37. Fit autem, cùm uulnerata arteria, pellis non superinducitur, sed serpit iterum materia, ac redit eodem.

Diluta potio. Vide, κρᾶμα.

Dilutum uocatur aqua, humor ue aliquis, in quo maduerit quippiam. Exempli gratia. Si in aqua diebus aliquot maceraueris absinthij scopos, deindeq́ subtraxeris: qui relinquitur liquor, ablinthij dilutũ uocatur, græcè ἀπόβρεγμα.

Dinosmos, Coniza, apud Dioscor. lib. 3. cap. 135.

Diocles Medicus, scripsit plura, citatur passim à Veteribus.

Diodotus, citatur à Plinio & Galeno, ex ueteribus Medicis.

Diomedeæ aues, dentes habẽt, & oculos igneo colore, cętera candidæ. Solę in Diomedis insula cernuntur. Plin. lib. 10. cap. 44. Lege, φίσις.

Dionysia, Hedera. Dios. lib. 2. cap. 199.

Dionysias, Androsęmon. Dio. li. 3. ca.

Dionysias, Catanance, apud (174. Dioscor. lib. 4. cap. 135.

Dionysij, & Methrodori inuentũ primũ fuit, herbas pictirare. Plin. li. 25. ca. 2.

Dionysisci, sunt tubercula, quæ in temporibus capitis nascuntur.

Dioptra, instrumentũ est Geometricũ, ab explorando, perspiciendoq́;. Ptolomæus, Theon, Proculus in Astrolabio, & Vitruuius lib. 8. ἀπὸ τοῦ διοπτεύειν.

Διόπτρα, itẽ instrumentũ exploratoriũ, ad tituluam aperiendam, quando uideliet occlusa apparet. Vsum eius uide apud Paulum lib. 6. cap. 73. Generaliter instrumentum est, per quod altitudinẽ, latitudinem, longitudinemúe exploramus. Aquaticum item instrumentũ, dicatum librationib. perducendis aquis ad

Diorismi, id est, distinctiões (mœnia. quib. immodicè utuntur Empirici, ut inquit in Com. de ratione uict. Gal. lib. 1.

Dioscor. Anazarbæus, cognomento Phacas, id est Lentinus: quòd lentigine os dehonestaretur. Fuit autem sub Cleopatra, et Antonio in Ægypto. Scripsit libros. 24. ualdè celebres ad Medicinæ usum. Nec ultra quicquã apud probatum autorem memini me legisse. Suidas.

Διὸς βάλανος, id est, Castanea.

Diospogon, Chrysocome, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 58. Teut. Roßblůmen / Dotterblůmen / Geel Wißen blůmen. Trago.

Diospoliticon medicamentum. Eius compositio duplex est, ut inquit Galen. 4. de Sanita. Aliâs ex paribus omnibus, cumino, pipere, ruta, nitro: poteſtq́ ita magis uentrẽ soluere. Alias cũ reliquorũ pari pondere, miscetur nitri dimidiũ.

Διόσπυρον, ut inquit Hermol. Barbar. idem significat apud Theophrast. quod apud Plin. & Diosc. λιθόσπερμον. Nec Theo-

Theodorū satis probat, qui diospyron, Iouis flammam interpretatus est.

Diox, piscis genus, freques in Ponto.

διπάχυ, quod duorum cubitorum altitudine est.

Diphrygis tria genera, lege apud Dioscoridem lib. 5. cap. III.

διφθέρα, uestis pastoralis, ex pellibus ouium, uel caprarum.

δίπλωμα, fictile, aut æneum uas, ut inquit Paulus, in quo ad ignem densantur oua, quæ ille uocat πνικτά, id est, suffocata. Aliâs διπλώματα, literas patētes appellamus, ut sunt Edicta & Mandata Principum regio signo sancta.

Plus dipondio et semisse, id est, plus duobus pedibus & dimidio. Peculiaris hęc eloquutio est Columellæ, de qua iam supra diximus. Colum. lib. 4. cap. 1. Et Dipondio, & Dodrante, id est, duobus pedibus, & nouem unciarū. Col. li. 3. ca. 13.

Diptarmice, idem quod Ptarmica. Lege, quid sit Ptarmica.

Dipsacos, Cardus fullonū, notissima herba, de qua uide Dioscor. lib. 3. cap. 12. Dch Dystel/Bracken Dystel/Fraw Venus bad/Büben strel/Weber kar

Dipsacus nomen inuenit, quasi (teu. siticulosi: quòd concauo alarum sinu, rorem, uel imbrem concipiat, quo uelut ad abigendas sitis iniurias abutatur. Ruel. Labrum Veneris, à carinato foliorū habitu. Virga pastoris, ob longas uirgas. Fullonum carduus, à noto illorum usu ad pannos expoliendos.

Dipsas, ab argumento sic uocatur: ictū ab se siti inexplebili necat, breuis, colore albus, cauda duab. nigris lineis intersecta bestia. Ælian.

Dipsacos diabetes, morbus ab inexplebili siti sic dictus, apud Aëtium lib. 11. ca. 1. ἀπὸ τοῦ διαβαίνειν. Est item hepatis signum quoddam medicis.

διψακόν, renum affectionem quandā, quam Matellæ intercutem nonnulli uocant, Vrinæ profluuium alij. Sic dicta, quòd maximam inducat sitim. A Paulo Ægineta in. iij. definitur ταχεῖα τῶν πινομένων διέξοδος. Vnde & διαβήτης nuncupatur, uelut transitus. ἀπὸ τοῦ διαβαίνειν. Lege, νεφρῖτις.

διψητικώτερα, sitim efficientia.

Dircęa, Mandragora, apud Diosc. lib. 4. cap. 79. Aliâs Circęa. lib. 3. cap. 133.

Dircion, Solanum somniferum, apud Dioscor. lib. 4. cap. 76.

δειρήν, Græci collū uocant anterius. Inde & similitudine quadā, in angustū desines, prominentia, supercilium ue, dicit

Discœlij, qui duriore sunt al- (uo. Verstopffte. (δίαιρος.

δισκοιτῶ, in lecto male habeo, more eorum qui ingurgitauerunt se uino & escis inmodice. Illi inquit Hippocr. lib. 20. de ratione uictus. δισκοιτοῦς dicuntur.

Discutere, uerbum est medicinale. tubercula enim discutiuntur, aut emittuntur. Discutiuntur interdum, id est, dissol uuntur. Discutiunturq; incipientia, ne suppurent: quod fieri solet, cùm in aliquem locum incommodū humores ingruunt. Emittuntur autem suppurantia & iam concocta, aut naturæ spontè, aut cultello, uel cautere adhibito. Quod fit, cùm humores ad locū opportunū erumpentes, eliciunt, etiā medicamentis, & euocantur, ut ulcera prorsus exinanētur, id est, putē, & saniē egerant. Inde discussoria medicamēta. i. diaphoretica. Discutere alioqui est disijcere, & disturbare.

Discussoria medicamenta. Lege, Discutere.

δισκοιλίοι, quibus difficulter aluus it.

Discoia, grauitas auditus.

Discoria in locis fit, quando locorū angustia redditur.

Discretorium, id quod uulgò, & benē græcē διάφραγμα.

Dispepsia, deprauata in uentriculo cōDispnęa. Vide Orthopnea. (coctio.

Dispositio propria, quæ nulla urgēte, manente caussa durat. Gal. de locis affectis libro primo.

Differenda, per interualla serenda. Co

lumel.lib.11.cap.3.

Dissimilares partes hominis sunt,brachium,caput,organa.

Dissuria, uesicæ est constrictio, id est, tarda urinarum digestio, ut post multas horas sequatur.

Distabescere,colliquescere,corrumpi, ualde tabescere: nomen spectans ad myropolia.

Distillationes priuatæ,id est,Catharri.

Distributio,est attractio cōcocti,& sanguificati nutrimenti per omnes corporis partes. Alij dicunt sic: Distributio est attractio concocti nutrimenti, à calore naturali,in totum corpus, cum propria mutatione & confectione.

Distrimenta calami, id est, ipsæ partes calami contusæ.

Distichia. Lege, Palpebrarum uitia.

δισιχίασις, pilorum succretio præter naturam in palpebris. Vel,

δισιχίασις, pilorum geminatus exitus præter naturam in ordine naturali palpebrę: qui ex pituitę effectu euenit, cùm multus quidèm, minimè tamē mordax, atque acris distillans humor est. Vide Paulum lib.6.cap.8.

Distentio membrorum,spasmus est.

Dithiambrion, Hyoscyamus, apud Diosc.lib.4.cap.72.

διττυβίζειν,perdicum more perdere.

Diuaricare,est disiungere, separareque: quod quidē propriè faciunt, qui stant diducti. Cato. Arbores hoc modo putent, Rami diuaricentur: quos relinques.&c.

Sub Diuo,sub Ioue,sub cœlo libero & aperto. Dicimus & sub Dio. Vnde Subdialis deriuatur. Col.lib.6.cap.3.

D O

δωδεκάτυλον, intestinū statim ex pyloro exortum: quod uulgò duodenū uocant, ab longitudine duodecim digitorū, principium aliorū intestinorū, priusquā in orbem, anfractusque conuoluantur.

δοθίην,tuberculum,pustula.

Dodrans,mensura est duodenū digitorum, Latinis Palmus, Græcis σπιθαμή.

Dodrantalis ergò cauliculus uocatur, qui lōgitudine duodenos ęquat digitos.

Dogma,& propriè,& communiter dicitur. Cōmuniter quidèm, ex rei euidentia consensio,& compositio. Propriè autem magis,logica,& rationalis secta, siue hæresis dogmatica uocitata est.

δώγματα ἑρπέτων, ictus serpentum.

Dolia, Cicuta, apud Diosc.lib.4.ca.82. Schyrling / wůtrich / Witscherling.

Dolia, quæ scrobes nominantur, ignitæ impressiones: ab earum rerum similitudine nomina mutuantur.

Dolium extidatorium, Laconici species, Germanis hodiè in usu, nec improbatum. Vsi sunt olim & Veteres, ut inquit Aëtius sermone.13.cap.54.

Dolichos, Theodorus Gaza siliquas interpretatur, qui et Lobi, siue Lobia nominantur. Soli cum thecis suis mandũtur in patinis. Scandunt hij pedamento cui accubant, prælongo affixo. Ita enim reddi putant frugi, contrahentes æruginem, ni fiat ita. Semen eius æstū non patitur, breuique marcescit, ut aphaca. Nec desunt qui Lobos, siue Dolichos à ueteribus pro Phasiolis dictos existiment, et à recentioribus Pisos. Cæterum Theophrastus, & ante Theophrastum Hippocrates, Pisum à Dolicho manifestè separauerunt. De Phasiolis nusquàm meminit: nisi quis Phasiolos ab eo significatos, Dolichorum appellatione censeat. Sed nō semper Paulus Pisos & Ochros, & Phasiolos, à Lobis, siue quod idē est, Dolichis manifestè seiunxit. Illud quidā putant, Lobos esse, non candidos istos, & triuiales Phasiolos, sed rubentes ex milace herba. Alioqui idem Paulus in quadam compositione Phasiolos requirit albos: quasi sint etiam non albi, utique ad renes. Meminit Phasiolorū Dioscorides lib.2. Theophrastus lib.8.

δόλιχον Græci uocant item remissiores exercitationes, sine interposita quiete, ut sunt continui cursus, iter non intermissum. Austr.

Dolor

Dolor naturæ, est alteratio, ut inquit Hippocrates.

Dolor per consensum, uel assensum, siue communitatem, uocatur, qui est ex membro alteri membro compatiente. Galenus lib.3.de locis affectis, cap.1.

Dolores tensiui dicti sunt, quòd extensionis sensum inducunt.

Dolorum multas, & innumeras origines, tùm eorum quoque caussationem, & species eorundem, uide copiosissimè apud Galen.lib.2.de locis affectis.

Dolor pulsatorius, siue turgidus, est, qui à parte primario affectu, ueluti in radice incipiēs, celeriter in partes adiacentes transfertur. Galenus libro.2. de locis affectis, cap.2.

Domipeta. Lege. Cochlea.

Donax. Lege, Harundo.

Dora. Lege, Eruilia.

Δορκαδίζων, id est, Dorcadisans, uocatur pulsus, qui interuallatus conquiescit, ac mox cöoritur uelociter. Sumpta nuncupatio ab animante similis naturę, & motionis.

Δορκὰς, item herbæ nomen, si Barbaro credimus, & Aëtio, naribus uitiosis, & foetentibus accommodatum.

Δορκὰς, capræ genus, dama Politiano. Teut. Dachß. Lege Dorx.

Dorcam Capream, quidam pro ceruino pullo interpretantur non rectè.

Dorcadias herba, quæ aliâs Mustium, confert passionibus hepatis. Ea utitur Aëtius sermone.10.cap.2.

Dorcidion, Dictamū. Diosc.li.3.ca.35.

Doricos Spadica, auulsus cum fructu è palma termes. autore Agelio. Ruell.

Dorsum dictum ab eo, quòd pars ea corporis deuexa sit deorsum.

Dorycnion, Solanum somniferum, apud Dioscoridem lib.4.cap.76.

Dorycnion, siue Dorychnion, tàm per c, quā per ch, aliud genus à Solano somnifero, apud Dioscor.lib.4.cap.78. Sic dictum fortasse, quòd cuspides telorum inficere mos esset illo.

Dorycnion, Pyrethrum, apud Dioscoridem lib.3.cap.84.

Dorysatrū, secundùm Ægyptios Gingidium.

Dorx. De hac ferè in hæc uerba Barbarus. Non placet, inquit, quorundā distinctio inter Dorcadem, & Dorcem: quasi Dorcas ceruinus pullus sit, Dorx animal diuersum: cùm Dorcas Aristoteli non ceruum, sed capræam significet. Certè Diosc. in cöaguli mentione Dorcadem à Dorce separauit. Hæc Barbar.

Dositheus Medicus, citatur ab Aëtio

Dothien, furunculus.

sermone.8.cap.63.

Δοθιῆνες, tumores, & cum tumoribus abscessus sunt, qui ex crassis humoribus in carnosis plærunque partibus fiunt: mites, cùm in sola cute coierunt: malefici autem, cùm ex alto in superficiem & summam cutem emergunt. Plinius utrunque malum Strumam uocat: quia fortè in utroque tumorem uidit. Verùm ut in Grecis manifestè deprehenditur, ἐν ταῖς χοιράσιν, in ijs quas ea gens Chœradas nominauit, præcipua mala, nota duricies est: ἐν δοθιῆσι autem tumor, & cum tumore abscessus.

D R

Drabis herba, ad cubiti altitudinem assurgit, tenues spargēs ramos, et ex utroque latere folia ceu Lepidij, sed molliora, & candidiora: in cacumine uerò Sambuci umbellam gerit, candidos flores habentem, Teuton. Gauchblūm / Wissen Kressz.

Herba hęc cum ptisana coquitur, in Cappadocia maximè. Semen aridum pro pipere opsonijs ammiscetur. Quidam Araba, uel Arabas legunt in Dioscor. lib.2. cap.174. Neque Galenus, neque Paulus ullam huius herbæ mentionem faciunt.

Dracanon, Erythrodanum, seu Rubia, apud Dioscor.lib.3.cap.161.

Draco, Dracunculorum generis, herba quæ mirabili quodammodo ex semine lini incluso, raphanis, aut scyllæ bul-

bus, atq; in terra obrutus nascitur, pusilla, nigra, ac minuto semine: folio tenui, & oblongo, acri, & utranq; originē prodente, linguam & folio & radice amburens, & aceti, & salis gustu. Pyrethrum sunt qui à ueteribus appellatam falsò putent hanc, inter olera acetaria gratissimam. Hæc Barbarus in Corollario Pyrethri.

Dracontia, Arum.

Dracunculus, à caule draconis uario dicitur, siue à cauda quę illi subrutila est, & draconis intorti modo inuoluta. De Dracunculis lege apud Dioscor. lib. 2. cap. 183. Maior, Teu. Schlangenkraut. Dracunculus paruus Naterwurtz.

Draco appellatur palmes emeritus, pluribusq; induratus annis.

Dracontion, siue Dracunculus, est ulcus, delationem à membro ipso uicino, ad ipsum habens nocuum. Dicitur autem Dracontion, quòd in motu neruus secedit ad ulcus, & occultatur in eo.

δράκων θαλάττιος, Draco marinus. Hunc sic nominat Dioscorides lib. 2. ca. 15. fortasse, ut distingueret ab Draconibus Æthiopię, qui (ut inquit Aëtius) nō ueneno, sed dentibus opprimunt. De quibus & Plinium uide libro nono, cap. 25. & Solinum.

δράχμη, & mensuræ, & ponderis genus. Vide infra de Ponderibus.

Dracontium, morbus apud Indos & Ægyptios, in membris musculosis proueniens, uidelicet, gutture, brachijs, coxis, cruribus. Quem morbum Soranus ex animali quodam simili inter cutem innato dicit procedere. Paulus animal esse negat. Nos inter Hernicos hoc malum frequenter cognouimus.

Dragoras, Medicus.

δριμεῖα, acria, & δριμεῖα, acredo, acuta cholera. Aliâs, δριμύτης.

Drimyphagiæ, cibi acriores sunt ciendis uomitibus paratæ.

Dropax, siue Græcè δρώπαξ, unguenti genus, à distribuēdo in corpus alimento nomen inuenit: & est medicamentum, quod nutriendo etiam corpori conuenit. Galen. 5. de Sanitate tuenda.

Dromedarij, cameli electi, & ad cursum expeditissimi. Sic dicti à currendo, ut suspicor.

δρύκαρπα, omnes fructus arborum.

Druppa, id est, oliua adhuc immatura, incipiens nigrescere. Plin. lib. 12. cap. 28. πίτυρον aliâs uocant.

δρυπεπά, id est, druppa, matura oliua, subnigra, & pinguicula. Plinius lib. decimoquinto, cap. 1.

Dryopteris, Ilicum generis. Dioscorides li. 4. ca. 199. Teut. Baumfar/kleyner Far.

δρῦς, Quercus. Sed & quæuis arbor.

δρυὸς uocabulo tametsi pręcipuè quercus, tamen etiam alia ligna designantur: unde γεράνδρυον pro ueteri, & ambusta quacunq; arbore accipiunt, quasi uetus ramale.

D V

Ductarius fumus, qui per orbiculos trochileæ traijcitur.

Ductilia sunt, quorum superficies non tota in latum pariter ac profundum migrare eodem ictu potest. 4. Meteo.

Dulcis radix, Glycyrrhiza, apud Dioscor. lib. 3. cap. 6. & Cels. lib. 5. cap. 20.

Dulcandus, a, um, uocabulum Q. Sereno admodum familiare, compositum, ut apparet, ex dulci, & acido.

Dulciaria ex nucleis pineis, & amygdalis condiebat Antiquitas, sed & cum melle: unde nō recens est hoc inuentū.

Duodenum. Vide, ἔκφυσιν.

Duramina, Brachia in uitibus moderamenta uocant. Plinius. Relicto semper duramento in singulis tabulatis, libr. 4. capite. 22.

Durella. Lege, Eruilia.

Durum uocat, quod per summa in sese non refugit. Aristot. lib. 4. Meteor.

D Y

Dyocles Carystius post Hippocratē, deinde Praxagoras, & Erasistratus sic artem

artem exercuerunt, ut etiam in diuersas curandi uias præcesserint. Fuit autem Herbariæ medicinæ sectator Dyocles. Citant hunc aliquoties Plutarchus, Plinius, & Galenus. Scripsit Epistolam de bona Valetudine ad Antigonum, quæ à Copo latinitate donata, etiam nunc ab omnibus legitur.

Dyoscyamus, Hyoscyamus apud Dioscor. lib. 4. cap. 72.

Dyptæ. Lege, Mergum.

δυσκοίλιοι uocantur apud Paulũ, quibus difficilior est aluus.

δυσηκοΐα, grauitas auditus, uel incertus aurium sonus. Orenfausßen.

δυσεντερία, tormen, & intestinorũ exulceratio, cum inflammatione & excretione sanguinolẽtorum, fœculentorum quę uentrem & intestina dolor exercet: frequens desidendi uoluptas est. A δὺς, quod est malum, & ἔντερον, quod est intestinum. Teut. Blůt rür. Die rot rür. Das Rot. Rot scheiß. Nonnulli non solùm hanc, sed aliam quoque quæ cruenta, ob excrementorũ speciem nominatã, Dysenteriam appellant. Nam interdum syncerus, plurimusque sanguis, interdum ueluti limus, & fœces ipsius non paucæ quantitatis excernuntur. Verùm hæc affectio iocinoris species esse censetur. Ea uerò per quam syncerus, multusque sanguis excernitur, uniuersum corpus plærunque euacuat. Galen. de locis affectis, libro. 2. Hunc morbum dicit Celsus à Latinis Tormina uocari.

δυσεπούλωτα, ulcera quæ cicatricem ægre ducunt. Unheylbare geschwär.

δυστοκία, pariendi difficultas, quæ fit uel parientis ratione, uel infantis, aut τοῦ χορίου, crassi nimis, aut prætenuis.

δυσάδια, grauitas anhelitus.

δυσονείριον, quod tumultuosa insomnia excitat.

Dysosmos, Scordiũ, Dios. lib. 3. ca. 123.

δύσοσμα, fœtida.

δύσπεπτα, inconcocta.

δυσπεψία, ægra uentriculi concoctio: quam Plin. cruditatem appellat. ἀπὸ τοῦ πέπτω, id est, coquo et digero. Fit autem, ut inquit Gal. de locis affec. lib. 4. aut ob uirium imbecillitatem, aut uiarum spiritus angustiam, aut uehementem in corde & pulmone calorem.

δυσπνοία, uocatũ immodica spiritus retẽtio, inordinata spiratio, uel spirandi difficultas. Inde δυσπνοϊκοί, qui hoc affectu laborant, quibus per angustias redditur spiritus elisus, & difficilis. Faucium hic morbus est, qui omnes in difficultate spirandi corripit, dùm modica est, neque uerò ex toto strangulat. Cùm uerò uehementior fuerit, ἆσθμα. Quòd si non nisi recta ceruice trahitur spiritus, ὀρθόπνοια dicitur. Celsus.

δυσφωνία, asperitas uocis.

δυσπέπτον, quod ægrè concoquitur.

δυσουρία, quibus lotiũ ægrè exit, idem quod Stranguria: quàmuis eam Galen. à Stranguria dispescuerit. Quoniam hęc modo sit δυσχέρια τοῦ οὔρου, hęc uerò κατὰ στράγγα οὔρησις. Teut. Harnwynd.

Dyticon, Volucrũ. Diosc. lib. 4. ca. 15.

Dyticos, Smilax. Diosc. lib. 4. ca. 145.

E A

EAρ Græcè, Latinè Ver uocant.

E B

Ebenitis, Poliũ montanũ. Diosc. lib. 3. cap. 123. Teut. Augentrost.

Ebenus, Indiæ arbor preciosissima, insigni magnitudine. Plin. libro. 12. cap. 4. Diosc. lib. 1. cap. 131.

ἥβην Græcè uocãt, quod nos pubem, seu pubertatem: & eandem multis quoque nominibus alijs.

Ebucum dicimus, qui illam sentit animi tarditatem & stuporem, qui hallucinantibus plærumque usui uenit, autoritate Festi Pompei grammatici.

ἀγυπτεγίαν. Vide, Ficus Græcis.

Ebulus, Chamæacte. Diosc. lib. 4. cap. 185. Teut. Attich. Vide Sambucus.

Ebur Græcis uocatur ἐλέφας, eodem scilicet quo ipsum animal nomine, ex quo desumitur: quamquã animal ipsum

et Elephantus quoque uocatur à grammaticis uulgò. Ebur uerò alij cornu, alij dentem esse uolunt Elephanti.

ΕΓ E C

ἐκβόλια, medicamenta quibus Medici utuntur, abigendis infantibus in utero enectis: quæ & φθόρια dicuntur.

Ecchymosis, fractura quæ plurimum unà cum contusione, rupturaque incidit. Fit autem aliquando & ex oris uasorum apertione: quam Tonescomasin uocant: & ex ea quæ à nonnullis Diapedesis uocatur: aliud utique solutæ tunc continuitatis genus. Iam uerò & ex corrosione, quam Anabrosin uocant: soluitur interim in animalis partibus continuitas. Verùm is commixtus affectus est: ut qui aliud quoddam morbi genus adsciscat. Galen. 4. Method. à principio.

ἐκκόπτειν, ictu infringere.

ἐκκοπὴ, quasi effractio, caluæ diuisio, in qua offensum os disruptum fuerit. Quòd si in hoc genere à reliquo osse pars offensa discesserit, Aposceparnismos tūc dicitur. Præterea ἐκκόπτειν, ictu infringere est. σκεπαρνίζειν, unde & fit Aposceparnismos, est ancipiti securi percutere. σκέπαρνον enim Græci securim significant: & quoniam grauiore eius ictu percussa ossa disiliunt, ideò huiusmodi caluæ fractura sic nominata est.

Echæneas, uel Achenas Græci uocant ceruorum genus prægrande.

Echeonymon, Polycnemon apud Diosc. lib. 3. cap. 107.

ἐχίδνη. Lege, Vipera.

ἐχίδνης σάρξ. uiperina caro.

Echineis, paruus piscis, assuetus petris: hoc carinis adhærente, naues tardius ire creduntur: inde nomine imposito. Plinius libro. 9. cap. 25.

Echinion, Hippophäes apud Dioscoridem lib. 4. cap. 165.

Echinometra. Lege, ἐχῖνος θαλάττιος.

Echion, apud Dioscorid. lib. 4. cap. 30. Teuton. Zam vnnd wylde Ochßenzung. Dictum, quòd contra ferarū ictus sit utile. Vel quòd florescat uiperæ capitulis similibus. Vel quòd semina uiperino capiti similia habeat. ut ait Diosc.

Echion alterum, Ocimoides apud Dioscor. lib. 4. cap. 31.

ἔχις. Lege, Vipera.

ἐχῖνος θαλάττιος, id est, Echinus marinus. Alius piscis est ab eo, qui Echineis, hoc est, Remora, siue Remeligo dicitur, adhærens nauibus, & medio mari cursus earum impediens, palmari longitudine, pedali, semipedalique crassitudine, magnæ Limaci similis: Odynolion uocatus à quibusdam: quia partus grauidis alligatus, resoluat, inueteratus sale. Alij et muricis quoddam genus hoc nomine, potentiaque accipiunt. At Echino, id est, Erinaceo spinæ pro pedibus sunt, quib. uoluitur in orbem, nec aliter ingreditur. Itaque detritis sæpè aculeis inueniuntur. Ex hoc genere appellamus Echinometras, & Iulius Pollux Metras, quib. spinæ longissimæ, calicesque minimi. Neque omnibus idem color uitreus. Circa Toronem candidi inueniuntur, spina parua. Oua omnium amara, quina numero, nec nisi per hyemem, atque plenilunijs. Ore in medio corpore, in terram uerso. Echinos aliqui Patangos nominãt. Sed Aristoteles tria eius genera dinumerat: Ouarios, qui & manduntur, Patangos, & Bryssos. Haberi & fluuiatiles Echinos Paulus Æginera prodidit. Plura Plinius lib. 32. cap. 15.

ἐχῖνος χερσαῖος, Erinaceus terrestris, uallatus aculeis, operto ore, pedibusque, ac parte inferiore: quam rara tantùm & innocua lanugo operit. Describitur à Plinio lib. 9. cap. 31.

Echinus, Græcis uas æneum significat, in quod testimonia cōiecta signabantur. Sed & freni partem. Item interna uentris.

Echion, herba uiperina: fortasse, quòd uiperæ similis sit. Vel quòd florescit capitulis uiperæ similibus. Vel, ut rectius Dioscor. ait, quòd floribus insunt semina

mina uiperinis capitibus non diuersa. ἔχις enim uiperam significat. Teuton. Wyld Ochsenzung.

ἐχῖνος θαλάττιος, Echinus marinus. Dioscorides lib.2.cap.1.

Echium, an sit Alcibiũ, require etiam Herbarij nostri Tomo Secundo. (tũ.

ἐχλωτυρίωτεμ, Ægyptiorũ lingua Bliχόνιον πέλιται ειφος ἀγισιλὶς forsitan Anagallidem intelligens. Nam & Dioscor. hanc à nonnullis uocatam Sauritim manifestè prodit, aut certè Sinapi: quod & ab Atheniensibus quoq; Saurion uocatur: uel potius Nasturtiũ, quod Sauridion uocatum fuisse in ueterum cõmentarijs legitur.

ἐχιόδηκτοι, à uipera morsi.

Ecidion. Lege, Mustela.

Eclegma, siue Ecligma, ut alij legunt, græcè ἔκλειγμα, quodcunq; lingendo absumitur, ἀπὸ τοῦ ἐκλίγειν. Vocantur & Mellicismi. Nos barbarè confectiones uocamus quæ ex melle fiunt. Propriè sorbitiones sunt, nam non deuorantur, sed ore retinentur, sub lingua paulatim tabescentia.

ἐκλεικτον, quod latinè uertitur Eclegma. Vide Eclegma.

ἔκμαγμα.i. Crocomagma, teste Gal.

Ecnephias. Plinio lib. 2. cap. 50. latinè procella dicitur: quæ ut inquit Aristoteles, uentus is est, qui disiectis nube, crassitudinem eius in sese discutit, absumitq;. Ob id Plinius siccam ab eo nubem rumpi tradit, hoc est, sine imbribus. Nam qui cum imbribus nubem repentè frangũt, Exhydriæ nominantur.

Ecphyades. Vide Apophyades.

ἔκφυσις, quod ex pyloro primũ oritur intestinum: aliâs Duodenum, uel Dodecatylum. Lege, δωδεκάτυλον.

ἐκπίεσμα, in multas partes caluæ effractio est, in qua profundius ossa descenderint, & cerebri membranam contactu suo premunt.

ἐμπλαστικὰ φάρμακα sunt, quę uim habent obstruendi meatus cutis & corporis: quasi tectoria & ad illitũ comparata.

ἔκστασις, quam Galen. uocat ὀλιγοχρόνιον μανίαν, ad breue tempus insaniam, uatum & poetarũ Entheastismo similis. Qualis est, cùm audito tibiarũ, tympanorumq;, aut cymbalorũ sonitu circa templa discurrẽtes aliqui uaticinanť. Quod genus hominũ Phanaticos, Antiquitas uocauit, & in seruis uitiũ: pro quo, tanquàm morbosi & inutiles redhibendi essent, antiqui Iureconsulti decreuerunt: appellaueruntq; Græcè ἔκστασιν, ἀπὸ τοῦ ἐξίστασθαι, quod extra seipsum egrediatur & stet aliquis. Latinè, stupor & mentis excessus, uel captio. Fit autẽ uel ex nimio pauore, uel subita aliqua reuelatione. Non aliter quam lepidissimus Græcorum Comicus uocabat, in fabula quæ inscribitur Acharnes, Euripedem intus, non intus esse: corpore quidèm domi, & intra domesticos parietes, mente autem & animo foris.

ἔκπληξις, tabes, quasi percusio & stupor arborum: cùm stirpes exarescunt à tabido morbo exacti: eo modo quo homines ægri longa tabe defecti.

ἔκπληξις, stupor, sideratio, cogitationis stupor, ex repentina consternatione extrinsecus aduenìens. Gal.

Ecpiesmus, ἀπὸ τοῦ πιέζειν, quando ita premuntur oculi, ut exerti perseuerent, & plus iusto patentes sunt. uti contingit athletis in certamine compresis.

ἐκπλεθρίζειν, quùm in plethro, id est, in sexta quauis parte stadij prorsum, retrorsumq;, uicissim, id est, sępè, in utranq; partem sine flexu cursitans, unoquoq; cursu breue quiddam de spacio demit, quoad deniq; in uno congressu constiterit.

Ectomos, Verattum nigrum, apud Diosc. lib. 4. cap. 152.

ἐκστατικὸς, qui mente facilè commouetur, attonitus, fanaticus, ἔνθεος, numine afflatus, contemplatiuus dicit, qui in furorem agitur, pronus ad furibundam iracundiam. Cicero effrenatum appellat. Aristoteles ἐκστατικόν.

ἐκτίματα,

ἐκτίματα, pustularũ eruptiones in ca-
ἐκτικὴν dicuntur dispositionem (pite.
habere in se, quæ tenaciter hærent.
ἐκτρόπιον, seu ἐκτροπία, morbus palpebrarum, quando palpebræ deorsum conuersæ sunt, nec cum superioribus cõ mittuntur. Atq; id euenit quoq; interdũ ex uitio malę curationis: interdũ ex sene

Ectropiũ, inferioris partis ocu- (ctute.
li uitiũ, contrarium Lagophthalmiæ, de qua uide Paul. lib. 6. cap. 12.

ἐκτρώσις, id est, abortus.

ἐκρύσεις, effluxiones, seu concæptus, corruptiones sunt, quæ intra septimũ diem fiunt. Abortiones uerò ἐκτρωσμὸς, usq; ad quadragesimum diem uocari, ait Arist. 7. de hist. Anim.

ἐκζέματα καὶ ἐξανθήματα, quæcunquè pueris in capite erumpunt multorũ generum ulcera & pustulæ. Plinius eruptiones pituitæ, aliquando papulas uocat.

☞ E D

ἐδάριον, membrana in testiculis.

ἐδώδιμος, esibilis, aptus esui.

ἐδρικὰ ἕλκη dicunt, quę sedi adnascuntur ulcera: αἰδοιϊκὰ, quæ pudendis.

ἀδρύχρουν, unguentum quod in Coo fieri solebat.

☞ E F

Effectus uocat, qui caussam ipsam cõse

Effluxiones, uocantur mis- (quitur.
siones menstruorum, & seminis concæpti ad instar lactis eruptiones intra septimum diem à concæptione.

☞ E G

Egula, tertium genus sulfuris: cuius usus est ad suffiendas lanas; quia candorē tantùm, molliciemq; confert.

ἡγητηρία, lege, Hegeteria.

☞ E I

Eiaculatio, est ignis enatus attritu, in aere pernici motu inuehēs: ob eamq; pernicitatē oblongam formam simulans.

☞ E L

ἀλτός, morbus intestinorum in equis. Aliàs ἴλιος. Vide infra.

Elachatæ, pisces sunt.

Elaphicon, herba Ceruina, uel Elaphaboscon, apud Diosc. lib. 3. cap. 78.

Elaphoboscon, id est, Saltria apud Dioscor. lib. 3. cap. 38. Teut. Salbey.

Elaphoboscum, Ferulaceũ est geniculatũ, digiti crassitudine: folia oleris atri. Diosc. lib. 3. cap. 78. latinè sanè Cerui ocellus. Meminit & Plin. lib. 22. Teuton. Pestnachen/Hirtzung/Schlangen-

Elaphoscorodon. lege, Alliũ. (kraut.
Est & Apocynon Diosc. lib. 4. cap. 84.

ἐλάφου κέρας, ceruinum cornu.

ἐλαφροειδὴς, tunica illa tenuis, qua testiculi inuoluuntur.

ἐλάτη, tenellum palmæ germen secundùm Galen. iuxta Dioscor. ipsum fructus tegumentũ, περὶ κάλυμμα τοῦ καρποῦ. Lege Diosc. lib. 1. cap. 53. Plin. lib. 12. cap. 28. lib. 23. cap. 6. Theophrastum libr. 3. Plantarum. Paulum Ægin. lib. 6. Secundùm Hisichium, prima palmæ germinatio. Alio nomine Abes.

Elatem arborem uocãt, quam nos abietem, alij Palmam, alij Spathen appellãt. Plin. lib. 12. cap. 28.

Elateriũ, Cucumer syluester. Diosc. lib. 4. cap. 155. Vel succus cucumeris syluestris, ut inquit Scribonius Largus. Colo cyntöpffel/Wyld Cucumeren.

Elateriũ, medicamentũ quomodo paratur, uide apud Diosc. lib. 4. cap. 156.

Elatine, similis Helxine apud Diosc. li. 4. cap. 43. Klettenkraut.

ἐλάτινον ἔλαιον, quod ex palmæ elate, id est, cortice conficitur oleum.

Elatinum unguentum è palma fit clarè, quam nostri palmam abietē uocant.

ἕλκη ἐν ἀκρωτηρίοις, ulcera quæ proueniunt extremitatibus.

ἕλκη δυσίατα, ulcera difficilia sanatu, apud Galen. 3. Therap.

ἑλκώδης, exulcerata caro, quæ apparet ubi rupta sunt ἐξανθήματα.

ἕλκωσις, id est, exulceratio, præcipuè in collo, hoc est, περὶ τὸν τράχηλον.

ἑλκτικὴ, id est, attractiua uis.

Eldia, dictamum. Diosc. lib. 3. cap. 35.

Electua-

Electuarium, uel rectius Electarium, fit ex puluerib. simplicibus, aut speciebus.

Electarium ducis, sic nuncupatum, ut inquit Nicolaus: quia ab Abbate de Curia, pro duce Rogerio filio Roberti compositũ fuit primũ. Est apud Nicolaum.

Electarium Psillij, de Psillio.

Electarium de succo rosarum celebre, & in usu: ab rosis sic dictum, apud Nicolaum in Antidotario.

Electarium lætificans, ab lætitia mentis, quam inducit, citatur ab Nicolao.

Electrum. Electri quidam tria genera constituunt. Ex arborum succo primũ: quod in se Succinum dicatur: ut non sit quod Homerus nouerit. Secundum naturale, quinta parte argenti: ut in Canali ensi auro. Tertium cura fit, ex tribus auri partibus, & una argenti: quanquàm ad quintam partem argenti accedit in incudibus, nec resistat. Errare existimat Plinius, qui melius esse putant naturale, cuius probatio, ut ueneno accepto stridorem emittat, & uarios quasi arcus cœlestis inde similitudine reddat colores. Narratur & hoc ad lucernarum lumina clarius argento splendere. Electrum, inquit Strabo, purgamentum ipsius auri, coctura prima, quod ex sulphurosæ cuiusdam cretæ comitatu fit, argentũ, aurumq; in se cõplectens. Chymistę Phãe tontem uocant. Diuersum ab hoc uidetur esse genus, quod Ambra, siue Ampar caninũ dicitur, Aëtius Ambar, nos Succinũ orientale uocamus: incompertum Veteribus, multis locis scaturiens, bituminis & sulphuris modo. Discrimẽ eius triplex. Ruffum, & pingue præferunt. Selachiticũ à municipio quodã Indiæ uocatũ, ubi nascitur. Subalbidum ex Arabia felici. Minus probatur è maritimo quodam oppido cui Sechra nomen est: Deterrimũ nigrescit, quod pisces deuorauere. Hęc in Corol. Barb. nigrę Populi, apud Diosc. lib. 1. cap. 115. De Electro, siue succino multò plura, & unde nomen sortitũ sit, Plin. lib. 37. cap. 2. 3. 4.

ἐλαία ἀγρία, olea agrestis.

ἔλαιον σικυώνιον, oleum Sicyonium, sic dictũ, quòd in Sicyonia maxime fieri cõsueuit.

ἔλαιον κοινόν, oleũ cõmune.

ἐλαιώδης. Lege, Sanguis, Pus.

ἐλελίσφακον, Saluia est. ab ἐλελίζειν, & σφάκος, quod semper herba uideatur à sole exucca & retorrida. Saluia autem, quòd salutaris, præcipuè ad fœcunditatem. Lege, σφάκος. Vide Diosc. lib. 3. ca. 38. Differt à Sphacelo: quòd altera mitior est, altera syluestrior. Sphacelo foliũ breuius, & leuius: Elelisphaco squalidius et scabrius. Sed aliter ferè Plinius. Syluestris, inquit, leuis est. Elelisphacos, à græcis dicta, satiua lente leuior, folio minore atq; siccione, odoratiore.

Elementatio, est ipsorum elementorũ circa unumquodq;, aut de singulis horũ doctrina. Licebit & sic definire Elementatio, ex elementis & principijs usq; ad finem speculatio dicta est.

Elementa, propriè corpora uocamus prima, simpliciaq;.

Elementũ est, ex quo primo & simplicissimo cũcta sunt facta, in quod primũ et simplicissimũ cuncta resoluunt. Athenæus autem in tertio uolumine sic ait.

Elementa medicinæ, ut quidam tradiderunt, sunt calidũ, humidũ, frigidum, siccum: ex quibus primis apparentibus & simplicissimis & minimis homo constituitur, & in ultima tandem apparentia & simplicissima & minima resoluit: siue ut alijs placet, sperma uiri, sperma mulieris, sanguis menstruus.

ἑλένιον, id est, Enula campana. Dioscorides libro 1. cap. 31. Dicta ab Helenæ lachrymis: è quibus natum fabulant. Vel, quòd contra serpentes ex eo primum ab Helena remedium inuentum sit.

Elęogara. Lege, Garum.

Electiores Medicos uide in Catalogo nostro Medicorum.

Elæomel in Palmyris Syriæ, ex arboris trunco quodam melle crassius oleũ sponte manat, sapore dulci. Dioscorides lib. 1.

lib.1.cap.37. Plin. lib.23.cap.4. Palmyra longè ab mari abſit: atq; forte non maritimis, ſed Palmyris legendum: niſi quis locum, unde id excerpſit, non Palmyris, ſed Almyris legiſſe Plinium exiſtimet, quod in tanto uiro nullo modo dubitari debet. Sit hoc idem quod aëromeli, quaſi mel cœleſte, quod ſacræ literæ Manna uocent, ut cum Hermolao Barbaro non planè contenderim, ita non omnino detrecto ut credam: ſed tamen ut intelligatur aliquod diſcrimen eſſe inter id quod mandi potuerit, & id quod medicinæ tantùm naſcitur: quanq; audacter reluctatur Marcel. Vergilius. Vide loco Dioſc. citato lib.1.cap.37.

Eleoſelinon, Apium paluſtre & ruſticum. Teuton. Waſſer Epff/ Bauren Epff. quòd in paludibus & aquoſis proueniat, ſic dictum.

Eleoſelinon, ſatiuo Apio grandius, apud Dioſco. lib.3.cap.73. Dictum: quòd in paludibus & aquoſis locis proueniat.

Eleophyllon, Phyllon dicta herba, apud Dioſcor. lib.3.cap.141.

Eleoſtaphylos, uitis oleæ inſita, utriuſquè fructum arboris ferens.

ἐλεφαντίασις, genus morbi, quod appellatum uolunt à ſimilitudine cutis elephanti. Quod qui eo uitio laborant, cutē habent ſimilem cuti elephantorum. Q. Serenus. Eſt Elephas morbus triſtis, quoq; nomine dirus. Non ſolùm turpās infandis ora papillis, Sed cito præcipitās funeſto fata ueneno. Eſt autē Elephas, affectus, qui cutem craſſam & inæqualem reddit, tùm colorem liuidum, oculorumq; alborem efficiat: exeduntur manuum, pedumq; ſummæ partes, ſanies defluit liuida, & graue olens.

ἐλεφας. Lege, Ebur.

Elephas, ingentis molis beſtia. De qua uide Plin. lib.8.cap.1.2.3. ac quarto. &c. uſq; ad caput.12.

Elephantinon ſalſamentum, olim Cratetí celebre, ut adnotauit Barbarus in Coroll. cuius et Ariſtophanes meminit.

Elephantina compoſitio quid ſit, uide Celſum lib.5.

Elephantus, idē quod Elephas. Nam utrunq; rectè dicitur.

ἐλέφαντος ὀδόντος ῥίνισμα, eboris ſcobs, apud Dioſcor. lib.2.cap.61. Pliniū lib.8.cap.3.

Elephangina, lego in barbaris ſonare latinè aromatica: unde pilulæ Elephangine.

Elephetides. Lege, Saxatiles.

ἡλιαθεὶς, inſolatus, ſole toſtus.

Elices, ſulcosq; aquarios. τὸ ἀυτὸ, id eſt, bis idem dixit. Nam Elices uocant ſulcos aquarios, per quos aqua collecta educitur ex riuis agrorum. Non longè diſtant foſſæ Inciles, quæ & Incilia appellant: de quibus ſic ſcribunt Iuriſconſulti, titulo de Riuis: Incile eſt lacus depreſſus ad latus fluminum: ex eo dictus, quòd incidatur. Incidit enim uel lapis, uel terra, unde primum aqua ex flumine agi poſsit. Columel. lib.11.cap.2. Vel,

Elices, inciles foſſæ, quas de communi riuo deducendæ aquæ cauſſa facimus. Incilia quoq; nominari ſolent.

ἐλικοειδὴς, ſic eſt in græca Aldina expreſsione Pauli, eſt tunica natura neruoſa, quæ ab gibboſa & anteriore parte teſticuli, abſoluta à concaua, & poſteriore ipſi inhæreſcit, ex abdominis membrana ortum habens: partem eam, qua teſticulo inhæret, poſteriorem inhęrentiam appellant. Alij legunt Erytroides. Vide Paulum lib.6.cap.61.

ἧλος, oleæ morbus, id eſt, clauus, ab alijs Mices, & Lopas, id eſt, fungus, & patella, ceu quædam ſolis inuſtio. Quanquàm patella in ficu morbum ſignificat, qui nimios propter imbres radicatus, contrahitur in olea.

ἕλιγμα, tenuius inteſtinum in ſinus uehementer implicitum: quia ἑλίασσειν circumuoluere ſignificat. Sic enim & Græci ἕλικα uocant reuolutum pampinum.

ἡλίωσις, exercitatio, ut corpus in ſole torreatur, ſed prætecto capite. Vtitur eo genere curanoi. Cælius Aurelian. lib.1.

Eliquare,

Eliquare, & purgare corpus, apud C. Celsum legitur.

Elitis, Helxine apud Dioscoridem lib. 1. cap. 42.

Elium, secundùm Theodorum, Liliū syluestre, lib. 3. cap. 138.

Elixir, id est, quinta essentia. Sic enim Arabes uocant spiritum ab auro, uel herba, aut uino ritè extractum, seruatumq́.

Elixatio in uniuersum quidem est, indefiniti in humore existentis concoctio, ab humido calore facta. Aristoteles lib. quarto Meteor.

ἔλυμον, Latinis Panicum, Teut. Heyd el Pfenich/oder Pfenich. Panicum dictum à paniculis, in quibus semen est, dixerunt.

Elleboritis, Centaurium minus. Dioscor. lib. 3. cap. 8.

Elleborum Græci uolunt appellari, quod cibum corporis eripiat. Ruel.

Elleborus albus, est apud Dioscor. lib. 4. cap. 151. Weiss Nyeßwurtz.

Elleborine, Epipactis, apud Dioscor. lib. 4. cap. 110.

Elleborine, quæ Epipactis, paruis foliis, in Asia & Græcia frutex, resistitque uenenis. Plin. lib. 13. cap. 20.

Ellestoph, lego in Commentariis Barbarorum, interpretari Episcopum.

ἔλλοπες, id est, ἰχθύες, pisces, uel muti pisces. Comment. Theocriti.

Elminthes, id est, tineæ, uētris animalia.

Elos, clauus, oculi morbus in cornea, species Proptoseos. Item,

ἧλος, clauus, ulceris genus est, quod nonnunquàm alibi, sed frequenter tamen in pedibus nascit̄, doloremq́ mouet ingredienti. Teut. Agerster aug.

Elucum, autore Festo Pompeio, languidum & semisomnium.

Eluenaci generis. Inter uites generosas nominatur Eluenaca, quā ferilitas cō mendat. Duo eius genera: Maior, quam quidam longam: Minor, quam Arcelacam appellant: non tàm fœcundam, sed gratiorem haustu. Columel. lib. 5. cap. 3.

Eluscationem quidam esse putant, ut inquit Hermolaus in cōmentationibus Plinianis, morbum, quem Græci uocant Nyctilopas. Lusciationem, inquit eam quidam esse putant. Est igitur Eluscatio, ubi neq; matutino tempore uidet aliquis, neq; uespertino. Quidam alij, manè & uesperi exiliter uidere existimant, nec id fere nisi interdiu. Alij Lusciosos esse putant, qui uespere plus uident quā in meridie, uel adhibito lumine. Luscio si inquit Festus, sunt qui parum uident, propter uitium oculorum: quiq; plus uesperi uident quàm meridie, Nonius sic. Lusciosi ad lucernam non uidēt, & μυώπες minus uidentes uocantur à Græcis. Varro. Vespere non uident quos appellant Lusciosos. Fulgentius. Lusciosos dicunt, qui interdiu parum uident, Græcè Myopes dicuntur. Et nonnullis igitur non admodum differre uidentur Myopes, & Nyctilopes, imò pro eodem sæpè accipi: hoc est, pro ijs qui interdiu propter uisus hebetudinem contueri nequeunt, nec nisi clausis oculis: à conniuentibus oculis, Myopes nomen habentes: Nyctilopes, à nocturnis, quasi nocturnis oculis. Alij Nyctilopes à Myopibus distinguunt, eodem ad utrumq; significatum etymo subseruiente: ut sint Myopes, qui iam inde à principio ortus sui ni si admota oculis contueri nequeunt: cuiusmodi multos uidemus, qui res intuendas oculis propè contingunt, & limis etiam semiclausisq; oculis aspiciunt. Teuton. Vbersynnige.

Elutrare, id significat, quod Græcis μεταγγίζειν, hoc est, de uase in uas transferre, quod quidèm & transuasare dicitur latinè, sed rarius: fortasse à Lura, quę os culei est. unde Lurcones apud Festū, capacis gulæ homines. Apicius detrullare id appellat, hoc est, de trulla in trullam deplere, quod ipsum & diffundere uocatur Plinio, sicut in oleo decapulare. Vide, Decapulare.

ἁλυσίφανος, id est, corona salis. Lege, Halimum.

Halimum.

ἅλιμος, id est, Panicū, frumentaceis se minibus annumeratur apud Dioscor.

EM

Emacietur, fiat macrū. Col. lib. 7. ca. 10.
Emarginare, id est, crustas, & puluillos, & oras ulcerum adimere.

Embammata. Plinius noster intinctus subinde uocat, quę græco uocabulo Embammata nuncupantur. Yndunckend/ Soß. Sunt autem liquamina multiformia, quibus intingimus buccellas escarum, gulæ prorsus irritamenta: uulgò Sapores appellant, Græci dicunt ἐμβάπτειν, intingere. unde & Embammata, intinctus: Vnde illud ex Euāgelio, Qui manū intinxerit in catino, ἐμβάψας τὴν χεῖρα ἐν τῷ τρυβλίῳ. Col. lib. 12. cap. 54.

ἔμβασις, in oleum descensus, apud Paulum libro. 3. de colica.

Emblemata. Sic urbana omnia uocantur syluestribus insita. Teut. Ympffen.

Embractron, Dictamum apud Diosc. lib. 3. cap. 35.

ἐμβρέγματα, humida sunt quæ corpori applicantur cum linteolis, aut lana: omnia scilicet quæ fronti, temporibus, aliisue partibus, ad fouendum, discutiendū, compescendum, reprimēdumque inspergunttur. Nostra ætas uulgò adhuc corruptè Embrochas, ea remedia uocat. Sunt autem Embrochæ, siue Embrochationes, decoctiones quæ ex alto per uas quodpiam, exiguum habens foramen effunduntur, supra læsam particulam destillantes, ut penitus intro ab ictu compellantur. Austr.

Embrochationes. Lege, ἐμβρέγματα.

ἔμβρυον, fœtus in utero necdum perfectus.

Embryon duplex ambit tunica. Interior: quæ & tenuior est, ac mollior, Amrion ab Empedocle nominata, ut autor est Pollux. Exterior uerò Chorion. Lege, Chorion.

ἐμβρυουλκία, fœtus mortui extractio: quæ quomodo cōmodè per instrumenta fieri debeat, require apud Paulum libro. 6. cap. 74.

ἐμβρυοτομία, embryones in utero excidendi artificium, tractatur ab Paulo lib. 6. cap. 74.

ἐμβροσί, lingua Ægyptiorū Lactuca.

Emeruchit, herba est quæ Theriacen ingreditur: quæ autem, à multis aliæ atque aliæ afferuntur sentētiæ. Sunt enim qui pro Samsucho et Maiorana interpretantur: alij pro Matricaria, uel Febrifuga: alij pro Cotula fœtida. At ne hic quoque meam pronuncio sententiam. Apprimè enim mihi ipsi placet, rideoque in linum, dùm tot doctissimos uiros, de tàm minutula herba rixari, & interdum tàm nugacissimas rationes adducere uideo. Erit autem quùm super his omnibus semel sententiam feremus.

Emittere, uerbum medicinale, quid significat, lege, Discutere.

Emmanes, Hyoscyamus apud Dioscoridem lib. 4. cap. 72.

ἐμμήνια καὶ ἐμμῆνα, tempus muliebre, Plinius menses & menstrua uocat.

Empetron, Calcifraga, & Saxifragiæ generis apud Dioscor. lib. 4. cap. 191. De ea herba controuersiam, require apud Herbarij nostri Tomum. 2. Teut. Darm kraut/Widertodt/Junckfrawē hor. Hieronym. Trago.

Empirica secta. Lege. Sectæ priores.

Empirici qui dicti sint, & Empiricorū principes qui fuerint, lege, alibi.

Empirici primi fuerunt Serapion, Apollonius, & Glaucias: & aliquāto post Heraclites Tarentinus. Vide Cels. lib. 1. in præfatione.

Emphaxis, meatuum, uel pororum obstructio.

Emphyesma, excrescentia quædam illotum: est tumori similis.

ἐμπνευμάτωσις, flatus, in interiore parte aliqua collectio, inflatio, inspiratio, nō collectio flatus, sed incrementū tumori simile: quod nō aliter fit, quàm cùm oris spiritu impletur aliquid: idque nomen etiā indicat. Non fit nisi in occultò emphisema hoc

ma hoc. Est & oculi uitium ἐμπνευμάτωσις, excrescentia scilicet tumori similis: uel ut placuit in Isagogico Galeno, cùm repente tumefactus oculus, maiorem contraxerit pallorem & inflamationē: fitque in senib. plerumque, & in æstate.

Emphysma, tumor, & inflatio palpebrarum.

Emphysodes, febris est quæ uehementia caloris in ore gignit & pustulas, & inflationes.

Emplastica, medicamēta quæ lenticia, crassicieque sua meatus obstruunt: cuiusmodi Galen. utitur Method. ad sanguinem sistendum.

ἔμπλαστρον, pharmacon dicitur, quod imponi ulceribus solet præmollitis.

Emplastra uaria uide apud Gal. libr. 2. κατὰ γένη.

Emplastra differunt à Malagmatis, & Pastillis. Emplastra imponuntur uulnerib. Malagmata super integram cutem iniiciuntur, Pastilli autem illinūtur, aut alicui molliori ceromate miscētur. Sunt & alia horum inter se discrimina, de quibus per initia lib. 5. Celsus. Pastilli à pane per diminutionē, ut ait Festus, dicuntur.

Emplastra, quæ nunc uulgò à latinæ linguæ ignaris, Vnguenta uocantur, à doctis græco uocabulo dicuntur Emplastra: quæ autē uulgò Emplastra, Cataplasmata potius sunt, siue Malagmata. Differt autem Emplastrum à Pastillo. Quia Emplastrum utique liquati aliquid recipit: in Pastillo tantùm arida medicamenta aliquo humore inunguntur. Emplastrum imponitur, Pastillus illinitur, aut alicui molliori miscetur.

Emplastrum διαχύλων, id est, de succis, quod nos barbarè nuncupamus Diaquilon.

Emplastrum Ephesium, uel Ethesiū, Celsus lib. 5. cap. 19.

Emplastrum Apostolicum. Vide bellam Nicolai interpretationem, Apostolicum, id est, superpositum: uel Apostolicum, id est, supra missum.

Emplastrum Barbarum quomodo cōponitur, uide Celsum lib. 5. cap. 19.

Emplastrum Oxycroceon, habetur in officinis: ab ὄξυ, quod significat acetum, & croco.

Emplastrū tonsoris ex Bithynia, apud Aëtium lib. 10. cap. 22.

Emplastrū Magus appellatum, quod quidam etiam Hephesiæ nomine insigniunt, describit ab Aetio serm. 10. ca. 24.

Emplastratuius es. Id est, insiturus: eo genere insitionis quam Emplastrum, & Emplastrationē uocant: quæ ita fit. Detrahitur cortex à parte arboris nitidissima, eique imprimitur cortex cum gemma ex alia arbore pari: sic compage densata, ut delibratæ parti benè conueniant tessella hæc, siue scutella insiti corticis, mox oblinitur intrita, integiturque. Huic emplastrationi cōsimilis est Inoculatio, quę excidit in arbore oculū cum fistula, gemmamque includit sumptam ex alia arbore. Inoculationem signauit Vergilius, numeris poeticis scribens. Nec modus inserere, atque oculos imponere simplex. Et mox paulò, Huc aliena ex arbore germen includitur, udoque docent inolescere libro. Columel. lib. 5. cap. 9.

Emplattomena uocantur, quæ uidelicet detinent ea, quæ exiguis meatibus inhærent. Gal. 8. Method. sic dicit retineri ea, quæ per urinas, & per uniuersam exeunt cutem.

ἐμπλάττω, oppleo, obstruo. A quo euentu non erit difficile posthac nouisse, quæ Græci ἐμπλαστικὰ, & παρεμπλαστικὰ dixerunt: nempe illa, quæ sunt tenacia & glutinosa, unguineque suo corpori illita, meatus opplent & obstruunt: quales sunt adipes aliquot, oleumque, & plura alia.

ἐμπνευματούμενοι, inflati.

Empneumatosis item est, quando plurimus spiritus cōdensatur in stomacho, & ipse extendit simul uētriculum, adeò ut impediatur.

Emporetica charta, scribendo inutilis,

inuolucris chartarum,segestriumquē in mercibus usum præbet:& ideò à mercatoribus sic cognominata.

ἐμφράξις oppilatio,dolor aurium.

ἐμπροσθότονο, quando in anteriorem partem contrahitur ceruix,& nec retror sum torqueri,aut reuerberari potest.

Empnyici uocantur, qui sunt pectore suppurati,quibus abscessus in succingente costas intrinsecus membrana, aut in aliqua alia pectoris pellicula factus,acer uatim ruptus est, & in uacuum pectoris locum effusus,inter pulmonem & membranam costas succingētem. Aetius sermone.8.cap.65.

Empyema, collectum in thorace pus, excretio purulenta.

ἐμπόρφυρον,quod colorē habet in purpura albicantem.

E N

ἐναυλήματα,farina uino & oleo humectata. Item farina per se.

ἐγκάνθιδα nuncupant, cùm excrescit caruncula iusto amplius.

ἐγκανθὶς, in angulo oculi parū ungue exciso,tuberculum scilicet, quod palpebris parùm diduci patitur: cùm canthi carūcula excrescit amplius iusto. Lege, Ægylops,&,Exulcerationis effectus.

ἐγκανθίδες, canthorum in oculis radices,aliàs,ἐπικάνθιδες.

ἐγκαθίσμα,insessio.

ἐγκαθίματα,id est,insessationes.

ἔγκαρ, cerebrum. Quanq; Sophocles nominat λευκὸν μυελὸν,albā medullā.

ἐγκάρδων.Lege,ἐγκέφαλον.

ἐγκάρδων λευκὸν,medulla alba.

ἐγκέφαλον,Galen. palmæ cerebrum. Dioscor.ἐγκάρδων,id est,medullam uocat,quod & esculentum est.

ἐγκέφαλο,cerebrum.

Enchlasis,id est,illisio,est cōcauitas aliqua,à collidētis corporis ictu inducta.

ἐγκόλπιαι,qui ē sinubus prosiliūt uenti:quasi sinuales.

ἐγκολπισμός,apud Octauium Horatianum uidetur esse uocabulum ab re ipsa deductum:nempē ἀπὸ τοῦ κόλπου,quod significat sinū. ut scilicet ἐγκολπισμός dicatur infusio quę fit in sinum: quod alias per pessum, aut nasale Medici fieri dicunt.

ἐγχόνδρος,chartilagines.

Enchymoma uocatur,quando caro fracta est casu,uel pondere, ita ut ē uenulis ibi paruulis exiliendo sanguis profluat. Nam sanguis collectus est in loco contuso ἐγχύμωμα.

ἐγκλύσμα,clyster,infusio.

Encolpiæ,uide,Apogei.

Endemi,& Endemij morbi qui sint apud Hippocr.require in dictione, Morbi qui uno tempore fiunt.

ἐνδημο, qui in certis grassatur regionibus.

Endiuia,Græcè,σέρις.

ἔναιμα, emplastra quæ cruentis protinus uulneribus inijciuntur. Celsus libr. quinto,cap.19.

Enthemata, emplastra quæ cruentis protinus inijciuntur uulneribus, ad reprimendas inflammationes, & sanguinem inhibendum. Quod genus & ἄλιπαρα, καὶ κατεγματικὰ,καὶ κολλητικὰ uocant: quoniam medicamentis minimē pinguibus constant.

ἐνθουσιαστικοὶ, Melancholici: sic dicti ab Paulo,quasi deo pleni: & quia futura aliquando prænunciant.

ἔντερα,intestina.Vnde ἐντεριώνη,lignorum quorundam medulla,quæ tibijs faciundis,aut id genus alijs eximi plerumquē solet.

ἐγγίσωμα, caluæ ictus, in quo offensum os,ad interiorem cerebri membranam descenderit. Sic dicta:quoniam nullo relicto inter os caluæ,& cerebri membranam spacio,duo illa corpora sibi inuicem propinquent. Lege, Fracturarum ossium in capite differentiæ.

Engangis,uel Gangitis,idē quod Gagathes Diosc.lib.5.cap.137. Sic dictus à Gange Liciæ ciuitate. Hunc neq; fortis ignis impetus excedit, ut inquit in Theriacis Nicander. Vocatur & alio nomine

mine Engis,autor Scholiaſtes Nicãdri.

Enhæmon ſudat Arabiæ quædã olea, ex quo medicamentum fit ſingulari effectu cõtrahendis uulnerum cicatricibus. Plinius lib.12. cap.17.

ἔνυδρον. Lege,Fiber.

ἐννεαφάρμακον, emplaſtrum, quod ex nouem rebus conſtat: cuius deſcriptionem uide apud Celſum lib.5.cap.19.

ἐνεωρήματα,ſublimia quę in urinis cõtinentur & innatant.

Enodes arbores uocantur,non quę nodis omnino carent, talis enim arbor nulla eſſe uidetur,ſed quia nodos paucos ordine naturæ habeãt. Theoph. lib.1.ca.11.

ἐνωμά,cruda. ἔνωμος,crudus.

Enſis, Xiphion herba apud Dioſcor. lib.4.cap.23.

ἐνσημπτώδων,febris,cuius nulla manifeſta ſunt ſigna,neq; rigor apparet, pulſus arteriarum inæqualis, urina indigeſta, calor magnus & fumoſus. Huic miſsione ſanguinis occurrendũ: deinde putris euacuandus humor:balneis ex aqua dulci utendum.

ἐνσταλάζω, ſtillatim infundo, medicum uerbum.

Entaticos,ab erigendo, & inflando ſic dictum Satyrium apud Dioſcoridem libro.3.cap.145.

Enteni τῆς γῆς, dicũtur terreſtres uermiculi quidam.

ἔντερα,interiora inteſtina.

Enterocele,eſt interioris uiſceris in alterum locum pedetentim,aut confertim prolapſus. Cauſa enteroceles procatarctica,oppreſsio,aut plaga. Cauſſa autem continua,extentio,uel ruptio, aut huius fractio.

ἐντεροκήλη, ἐπιπλοκήλη, à noſtris dictum Hernia.

Enteroperocele, eſt lapſus inteſtini & omenti in ſcrotum.

Enterophali uocantur, quibus per umbilicum inteſtina egeruntur.

Entimon agrion,Hieracia altera,apud Dioſcor.lib.3.cap.71.

ἐντοσθίδια,thoracis intima.

Entypoſis, ubi articulus obfirmatur: uel humeri acetabulũ,ubi humerus brachio cöaleſcit.

Enula Campana. Vide ἑλένιον.

ἐνυχισμός,uenerei actus priuatio.

Enydrus,coluber in aqua uiuens: quē Lutricem Gaza interpretatur.

☞ E O

ἑωλοκρασία, heſternæ repletionis grauedo,& incõmoditas,temulentia pridiana.

ἕων,,oculorum magnus ambitus,

Eonem appellauit Alexander Corne. arborẽ ex qua facta eſſet Argo, ſimilem robori uiſcũ ferenti, quæ nec aqua, nec igne poſsit corrũpi.Plin.lib.13.cap.22.

☞ E P

Epaleſima,uulgarè,promiſcuũ, ac palæſtræ dictum unguentum.

ἐπαφαίρεσις,repetita ſanguinis miſsio apud Galenum de curandi ratione per ſanguinem.

ἐπάργεμος, qui oculorũ uitio laborat, quod ἄργεμα,hoc eſt,álbugo dicitur.

ἐπαγωγία,Dioſcor.nominauit prępu tia. Sic à Græcis dicta,quoniam ἐπάγονται,id eſt,ducantur & reducantur.

Epatitis,Smilax.Dioſc.lib.4.cap.145.

ἔφηλις, aſperitas ac duricies mali coloris quacunq; parte corporis. Lenticulæ tamen in ſola facie ſunt.

ἐφήμερος. Lege,διάρροια.

Ephemeron, Dictamum,apud Dioſc. lib.3.cap.35.

Ephemeron,aliud ab Colchico Ephemero Hermodactylo.apud Dioſco. lib. 4.cap.88. Dictum, quòd uno die flos eius confeſtim marceſcat. Meyenblũmlin Fuchſio, non quòd uno die ſumptū necat.

Ephemeron, Hermodactylorum generis,uel Colchicon apud Dioſcor. lib. 4.cap.87. Narcíſſus uera Trago. Vide lib.eod.cap.164. Teut. Wiſſen Zeitlöſ lin/Dchtblũm/Nackethůr/Pfaffenhödlin.

Ephemerum animal,à uita diei unius,

sic appellatum, pedibus quatuor, pennis quę totidem mouetur: & cum quadrupes sit, uolucre quoque est. Aristot. libr. 1. cap. 5. de Natur. animalium.

Ephestion, uel Ephestios, Aristolochia, Clematitis, Diosco. lib. 3. cap. 5. Biberwurtz.

Ephesia, Artemisia Diosc. lib. 3. ca. 125.

ἐφιάλτης. Fit hoc malum in continua crapula, & stomachi cruditate. Accidit que in eo cōstitutis, difficilis motus, torpidus in somno sensus, suffocationis in mente obuersatio, & ueluti ingruētis alicuius mali occupatio. Sequitur que clamoris & uocis frustratio, aut incertus & indiscretus sermo. Quidam eos qui in se irruerunt, audire etiam se credunt, & ab eis Venerem exigere, mox illos fugere: & his similia alia, quæ suauissimè in quarto cecinit Lucretius. Nostri uocant dæmonem Insultorem, uel Incubū. Teut. Schretzel. alij Phaunos uocauerunt, ut Plinius, & Phaunorū & Incuborū ludibria et oppressiones. Superstitiosè enim ad hæc moueri in quiete animos nostros ab hijs Dijs credidit Antiquitas: cùm tamen non tàm medicis autoribus, uerùm etiā Macrobio teste lib. 1. de somnio Scipionis, crapula & cruditate id malum fieri comperium sit. Cui præceperunt Veteres à principio adesse. Siquidèm permanente, crebroque per quietem nos turbante grauius aliquod malū, qualia sunt attonitio, insania, & comicialis morbus, cùm primum in caput mali huius uis fieri cœperit, resistēdum. Quæcunque enim comiciales per diem & in uigilia, eadem in quiete & nocte ephialtici patiuntur. Non negligenda igitur nocturnarū huiusmodi per quietem præfocationum remedia. Plura de hoc morbo Galenus, & Hippocrates lib. de ægritudinum caussis & signis.

ἠπίαλος, febris quæ in principio tranquilla, & quæ blandè leniterque calefacit. Dictæ Epialos, aut per translationem à mari, quod à principio tranquillū, tùm difficillimum: aut quoniam blandè & leniter calefacit. De origine uerò & caussa eius, longius à Galen. lib. 2. agitur.

ἐπιβολή, Incubus morbus. Lege dictionem, πνιγαλίων.

Epicanchidæ, Canchorum radices.

Epicataphori, in Venerem procliues.

ἐπίκαυμα, quoties exulceratio facta sordida, impura, & igne adustorum similis: qua se purgante in oculo, sæpius sequuntur & effluunt humores omnes.

ἐπικεραννύναι, contemperare.

ἐπικεραστικόν, contemperatorum, & infrenatorium.

ἐπικλίνεαι, uocantur terræ motus qui se ad angulos acutos in obliquum quatiunt, quasi in transuersum sese agentes.

Epicoma. Lege, Exulcerationum quę in oculis oriuntur differentiæ.

ἐπικανθίδες, idē qui ἐγκανθίδες, canthorum in oculis radices.

Epiceras, sic Hippocrates quondā nomen indiderat Fœnugræco: quia semen simile habet ceruiculis.

Epicrasis, Vocant inquit Galenus lib. 9. Method. uinosi succi curationem. Grę cè ἐπίκρασιν.

ἐπίκροτον, complanatam, pauitamque terrā cōtendunt, ubi testudo incumbit.

ἐπικρότα, percussionis genus, & mos quidam, quo puerorum mangones macros pueros cædebant, ut pinguescerēt. Ea talis erat. Ferulas paruas ac leues modicè illitas, gracilibus partibus incutiebant, donec modicè attollerentur: deinde & alia quoque adhibebant remedia. Vide Galen. 14. Method. à fine.

ἐπιχρίσματα προσώπου, unguentum ad faciem extergendam.

Epideris. Lege, Nympha.

Epididymis, particula testibus incumbens iuxta caput testiculorum, græcè ἐπιδίδυμις.

Epidimij morbi qui sint apud Hipp. require in dict. Morbi qui uno tempore.

ἐπίδοσις, morborum incrementum, & idem quod αὔξησις apud Galen. lib. de tem-

de temp. morborum.

Epidimiales morbi uocant, id est, grassantes uulgò & publicè. Scripsit Epidemion libros aliquot Hippocrates.

ἐπιδέρσις, summæ cuticulæ ablatio.

Epigastrion, totum id est quod supra uentrem, diuiditur in tres partes, id est, super Hypochondrion, id est, ilia, quod est super umbilicum: Vmbilicũ, & Imũ uentrem. Atq; ita diuidit Galenus comment. Aphorismo.35. libro.2.

Epigenema, quasi dicas aduentitium germen: atq; sic uocat Galen. morborũ symptomata. Est enim Epigenema, succedens, idem quod morbi symptoma, Gal. lib.1. de differẽtijs morborũ. Græcis parũ est in usu, sed symptoma, & pathema, & pathos creberrimè sunt ipsis in ore. Vide etiam de morborum symptom.

Epigeon. Lege, Absides.

Epigetis, Clematitis herba apud Dioscoridem lib.4. cap.192.

ἐπιληκμός. Vide, Morbi qui uno tẽpore.

ἐπιγλωττίς, inquit Pollux, simplicis uocis est organum: lingua autem uocis articulatæ. Epiglottida enim uocant minorem linguam, quæ duabus est interposita fistulis, duplici opere. Nam inter epulandum operi arteriam, ne spiritu ac uoce illic meante, si cibus potusue in alienum deerauerit tramitem, torqueat. Vbi uerò spiritus tantùm, aut uox cõmeat, gulã integit: ne restagnatio intempestiua alui obstrepat.

ἐπιγονάτις, genuum patella.

Epilepsia, siue morbus comicialis, est detẽtio mentis. sicut cùm quis mente, intellectuq; capitur, atq; ipse sensorijs organis: quibus casus repentinus accedit, & spuma abore profluit. Dicitur autem

ἐπιληψία, morbus comicialis, siue Herculanus, uel Caducus, Lunaticus, Sacer, Græcè, ἱερὰ νόσος, id est, sacra passio. Itẽ morbus S. Valentini, à mẽtis captione. Species habet ἀναληψίαν, καὶ καταληψίαν. Non est nisi spasmus corporis totius, cum nocumento membrorũ, & actionũ principalium. Vel est humor frigidus quo uentriculi cerebri non perfectè oppilantur. Serenus. Est subita species morbi, cuius nomen ab illo est: Quòd fieri nobis suffragia iusta recusant. Sæpè enim membris acri languore caducis, Consilium populi labes horrenda diremit: Ipse Deus memorat dubiæ per tempora lunæ, Conceptũ talis quùm sæpè ruina pro fundit.

Epilogismos, cõmunis ratio est, & omnium assensu cõspecta. primo prædictionũ Aphorismo, & primo prognostic. in commentario Galeni.

Epima, apostema pulmonis, hepatitis, uel thoracis. Et Epimici, qui saniem per os putridam reijciunt, mixtam sanguine, cum febri, tussi & macie. Hinc & Empimici, saniosi uocantur.

Epimedium, caulis non magnus hederæ folijs, apud Dioscor. lib.4. cap.22.

ἐπιμηλίς, ἀπομηλίς, ἀμαμηλίς, ὠμομηλίς, omnes unam & eandem arborem significant, quę aut in malo insita est, aut eadem illis figura, quantitate, saporeq; aut parum dissimili.

Epimelon, & Epimelida Græci nuncupant syluestris mali genus, copiosum in Calabria, fructu acerbo, & infesto capiti & stomacho. Sunt qui Vnedonem, & fructũ eius ita appellant: alij pyri genus. De quo lege Corol. Barbari, quod scripsit in Arbutum lib.1. cap.177.

Epinyctis, ulcus aciem oculi hebetãs, & in angulo oculi perpetim humore emanans. Plinius lib.20. Vel,

ἐπινυκτίς, pessima pustula, colore uel subnigra, uel subliuida, uel alba. Circa hanc uehemẽs inflãmatio est: & cùm ad aperta est, reperit intus exulceratio mucosa, Color est humori suo similis. Cels. lib.5. cap.28. Lege, Pustulas Græci.

Epinyctides, item ulcuscula, ut inquit Paulus, sponte sua surgentia sunt, pustularum figura, & rubescentia: quibus apertis, cruenta sanies effluit, præcipuè in suris, et pedibus, per diemq; non magno per dolorem sentiunt: per noctem uerò grauissi-

grauissimè:unde & nomen acceperunt.

ἐπιφορὰ, oculorum infirmitas: quem morbum & Plinius, & Cicero in Epistolis Epiphoram uocauit. Lachryma uulgò appellatur. Nascitur & Epiphora in genitalibus. Colum. lib. 6. cap. 16.

Epipactis, inter frutices Asiæ, & Græciæ à Plinio reponitur. Meminit eius & Diosc. lib. 4. cap. 110.

Epipetron, similis Ocimastro herba. Vide de hac Barbari Corollarium de Ocimastro, lib. 4. Diosc. cap. 31.

ἐπιπόχυ, superior pars brachij.

Epipomphalon, est excessus omenti per ipsum umbilicum.

Epiplocele, est delapsus omenti in partem aliquam suam. Nostris Hernia.

ἐπίπλοον, id est, omentū, quod intestina cōtegit, ex interiore parte leue ac strictum: ex superiore mollius: cui adeps itē innascitur, qui sensu item, sicut cerebrū & medulla caret.

ἐπιπόλαια τῶν ἑλκῶν, ulcera summam cutem occupantia.

Epipteron, Lens palustris, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 90.

Epirotica mala, quæ latinè Orbiculata, ex Epiro inuecta primùm. Orbiculata nostri appellauerunt, ex figura orbis in rotunditatem circumacti.

Epision. Lege, κτείς, græcè ἐπίσειον, id est, pubes.

Epistates græcè dicitur, qui nobis præceptor, siue præfectus rei faciundæ, uillicus, præpositus, procurator.

Epistomion, uertebra, quæ cum collo circumagitur.

Epistrophe, primus nodus colli.

Epithema, est quoddam aggregatum ex succis, uel aquis distillatis ex pulueribus, positum supra membrum mediante panno lineo, uel laneo in eis infuso. Ab Embrochis in hoc differēs: quòd ille ex rebus bullitis in aqua, aut uino, & alijs: hæ uerò ex aquis destillatis, & communiter ad hepatis, uel cordis alterationem, siue confortationem conficiantur.

Epithymos, Thymus, apud Dioscor. lib. 3. cap. 42. Plin. lib. 21. cap. 10. & 21.

Epithymum, flos est Thymi, sed non omnis. Egit de Epithymo Dioscorides lib. 4. cap. 189.

Epithymbrum, pro eo accepit Paulus, quod est in Thymbra, modo quo Epithymum uocamus, quod est in Thymo.

Epityrum, quanquàm sine e, quidam censeant legendum Pityrum, ex confractis oliuis fit, ex quibus etiam nomen traxit. Columella euidenter ostendit, Epityrum dici in oliuis genus conditurę: docetq; quemadmodū id fiat. Cato quoq; ante Columel. tradidit compositionem Epityri, cuius uerba hæc sunt. Epityrū album, nigrum, uariumq; sic facito. Ex oleis albis, nigris, uarijsq; nucleos eijcito: sic condito, concidito: ipsis addito oleum, acetum, coriandrum, cyminum, fœniculum, rutam, mentham: in orculam condito, oleum supra fiet. Ita utitur M. Varro libro de Lingua latina. 3. enarrās illud Plautinū. Si unum Epityrū estur. Epityrum, inquit, uocabulum est cibi, quo frequentius Sicilia, quàm Italia usa. Quidam quia apud Gręcos caseus dicitur, τυρὸς, opinati sunt Epityrum dici cibum caseatum. Quibus reclamat autoritas Scriptorum clasicorum, quos nominauimus. Videtur autem appellari Epityrum, à confracta oliua, quæ Græcè dicitur πίτυρις. Colum. lib. 12. cap. 46.

ἐπιτυμβίδιτός, dicta ab Theocrito Galerita, est auis, ex eo, quia secundùm Poetarū fabulas, τύμβον, id est, sepulchrum patris sui in capite gerit. Fabula est apud Aristophanem. Lege, Galeritam.

Epomis, uide, Acrocomia.

ἐπομφάλιον, umbilici superior pars.

ἕψησις, perficiendi cibi uocabulum.

ἑψητὰ, pota.

ἑψηθεὶς καὶ ἐκθλιβεὶς τυρὸς, caseus decoctus & expressus.

ἑρπυστικὰ, id est, serpentia, uel repentia.

Epulis, carnis quædam excrescentia, quæ ab inflammatione emergit, ad intimum

num molarē, cum febre & dolore nonnunquam. Paul. lib. 6. cap. 27.

Ephydros, Equiſetum, uel Hippuris, apud Dioſcor. lib. 4. cap. 49.

☞ E Q

Equapiū, Dioſcoridę Hypposelinon, lib. 3. cap. 76. apud Barb. inibi.

Equienti mulæ. Equum appetenti, & maritum deſyderanti. Canes conſimiliter dicuntur catulire, quando cupiunt maritare. Tradit Plinius, equas domitas ſexaginta diebus equire, antequàm gregales. Columel. lib. 6. cap. 37.

Equinalis, Hippuris, apud Dioſcorid. lib. 4. cap. 49.

Equiſalix, Hippuris, apud Dioſcorid. loco citato.

Equiſetum, Græci Hippurim dicunt, apud Dioſc. lib. 4. cap. 49. Teut. Katzen wadel/roſſʒſchwantʒ/groſſʒ Schaffthew/Kanten kraut/Daubenrock.

Equition, Hippuris altera. Dioſ. lib. 4. cap. 50. Kleyn Schaffthaw / kleyn katzen wadel/Roſſʒ weiden.

Equum fluuiatilem, Hippopotamon Græci appellant. Sanguine eius utuntur pictores.

De Hippopotamo Dioſc. lib. 2. cap. 25. Plin. lib. 8. cap. 25. & 26.

Equus. Plin. lib. 8. cap. 42.

Equorum alius uectorius, alius bellator, alius curſor, admiſſarius, quadrigarius, deſultor.

☞ E R

Eranthemis, Anthyllis, apud Dioſcoridem lib. 3. cap. 154. Teuton. Reynfar/ Latinè, Tanacetum.

Eras Medicus, citatur ab Aetio ſer. 9.

Eraſiſtratus, Ariſtotelis filia (cap. 49. genitus, uel ut placet Suidæ, Chryſippi diſcipulus fuit. Vixit ſub Antiocho rege: quo liberato à morbo, centum talentis donatus eſt, ab rege Ptolomæo filio eiuſdem. Eiſdem temporibus, ut inquit Celſus in treis parteis Medicina diducta eſt: ut una eſſet quæ uictu, altera quæ medicamentis, tertia quæ manu mederetur. Primam διαιτητικὴν, Secundam φαρμακευτικὴν, Tertiam χειρουργικὴν nominauerunt Græci. Eius autem quæ uictu morbos curat, longè clariſsimi autores etiam altius quædam agitare conati, rerum quoq; naturæ ſibi cognitionem uendicauerunt, tanquàm ſine ea trunca & debilis Medicina eſſet.

ἐρέβινθος, Cicer. Schwartʒ Kyſſeren.

Erechtites, Senetion, apud Dioſc. lib. 4. cap. 98. Teut. Creütʒwurtʒ.

Ereſionem, ſiue Ireſionem uocabant plantam oleagineam, uelleribus & corollis inuolutam. Vnde & nomen contra peſtilentiam foribus imponi ſolitum: ut & eſt apud Ariſtophanem. Hanc & Corythalion dicebant. Etiamſi pro laureo quidam ramo accipiant, in eundem luſtrationis uſum.

Eretrici canes, Apollinis iuſſu nutriti, qui & aratro terram uertere dicebātur.

Eretria terra qualis, Vide apud Dioſc. lib. 5. cap. 162.

ἐρευτικὸν, quod ructum mouet.

ἔρια οἰσυπηρὰ, lanæ ſuccidæ.

ἔρια οἰσύπηρα τὰ ἁπαλὰ; lanæ ſuccidæ molles.

ἔρια κεκαυμένα, lanæ combuſtæ.

ἐρεικα, Heyd, fruticoſa arbor, myricæ ſimilis, longè minor, cuius flore apes reprobum mel efficiunt. Plinius autor eſt, colorem habere Roriſmarini, ac penè folium. Germani ea utuntur ad ſcopas. Sola floret in ſyluis, Aſiæq;, & Græciæ fruticibus adſcribitur.

Ericęū, ſyluestre mel, minimeq; proba

Erigeron, Senecion, apud Dioſc. (tū. lib. 4. cap. 98. Teut. Creütʒwurtʒ. Dicta, quaſi neruus ſenex.

Erinaceus. Lege, ἐχῖνος θαλάττιος.

Erinacei ouarij. Lege, ἐχῖνος.

Erynacei Bryſsi. Lege ibidem.

Erineos, Epimediū herba. Dioſcorid. lib. 4. cap. 22.

ἔρινον medicamentū, quod naribus inijcitur ad purgandū corpus. Paul. lib. 3.

Erinos, Hydreron herba, apud Dioſc. lib. 4.

lib.4.cap.32.

Erithini pisces.Plin.lib.9.cap.16.

Erithace,apum cibus.Plin.lib.11.ca. 7.

Erithratones,siue ut alijs placet,Tetraones, anserum specie sunt nigricantes, rubeo paulum perfusæ,ueniuntq; e septentrione.In auiarijs saporem amittunt. moriuntur cõtumacia, spiritu reuocato. Plinius.

ἔρνος,surculus ex arbore, ramus, germen.

ἐρόγυμος herba quæ capellis inducit sitim, si eam gustent. de qua mira Plutarchus.

Erosio, si intrinsecus ab ipso animali prouenit,uinosi succi soboles est.Sin extrinsecus:aut ab ualentibus medicamentis fit,aut ab igni.4.Method.

Erosio quid sit,lege,Enchymosis.

Erothalles,Aizoum maius,apud Dioscor.libr.4.cap.91.sic dictũ,quia amatorijs conueniat.

ἔρωτες,inter melãcholiæ species à Paulo ponuntur, qui nimia amoris cura in ægritudinem labuntur.

ἑρπύλλον, Vide Serpillum.

Errabunda febris. Lege,Febris est exuberantia.&c.

Erratica aliquando uocamus,quę Gręci ἄγρια.

Eruca,græce εὔζωμος,olus excalfactorium,secundùm Galen.lib.2.de alimen. genitale semen augens, & in Venerem stimulans.Martialis.Et Venerem reuocans eruca morantem.Manditur autem cum lactucæ folijs. Austr. Germanicè, Weisser Senff.

Erucam dictam uolunt ab erodendo. nam bestiolas omnes innascentes corpori erodens conficit.Quasi Vruca,u,in,e, uersa.Ruel.Teut.Weisser Senff.

Erucæ iuuamenta,lege apud Dioscoridem lib.2.Plinium lib.19.cap.6.8.10. & libro.20.cap.13.

Erucæ,Græcè κάμπη,hortorum,olerumq; omnium pestis,Rupen:erodit enim & deuastat omnia. Nostra ætas, inquit Vergilius,totũ hoc genus,quacunque forma sit,& ubicunq; nascitur, una appellatione Brucos nominat, cùm tamen Locustarum genus quoddam priuatim Græci Brucum appellant. De Erucis Plinius lib.19.cap.16.lib.16.cap.12.& 23.Dioscor.lib.2.cap.157.

Eruilia,ut inquit Hermolaus, leguminis genus est,quam nonnulli falso Durellam uulgò dictã interpretantur,propterea,quòd hodie quoq; in Vmbria uocant Eruiliam agricolæ, quod in Gallia & Venetia prouincia Doram, Durellamq;:folio crasso & oblongo, Leontopodij,sed maiore,capitulis semen includentibus minutũ,simile Nasturtio, tantùm exilius:flore candido. scopas ex ea raras faciunt. At Eruilia syluestris herba est,amaritudinis eximiæ,colore & folio Cicerculę,quanq; minore. Vide Manardum lib.1.Epist.3.

Erungium,herbæ genus.

Eruptiones,ἐξανθήματα græcè.

Eruum,Græci Orobum. Auicenna ca. 331.herbam Iudaicam:capite.353.Herbũ uocauit: ignorare tamen uisus, quæ res esset:sicuti & à multis nunc quoq; seplasiarijs, & Medicis ignoratur: granum quoddam nigrum, Viciam potius quàm Orobum referens, pro ea capientibus, cùm sit in Tuscia notissimum. Vidi ego Florentiæ album,& ruffum.Manardus lib.9. Epistola tertia. Vide etiam Dioscoridem lib.1.cap.119.Plin.lib.18.cap.15. Teut.Rossz Wycken/ Grossz Wycken/Sam Wycken/oder feld wycken.

Eruiangina,cauliculus est sesquipedalis,& interdum maior, subruber, hirsutus, tener, folio pingui, flore luteo, aut candicante,radice digiti crassitudine, & cùm ariditate flaccescit, caulis fusculosa. Hanc inter legumina nasci constat,& ea strangulare.Ex maleficio, inquit Marcellus Vergilius, nomen Orobanche fecit Antiquitas:quia fruges,legumina,eruumq; præsertim circumligando se necet,Eruiangina dicta.

ἔριμος. Lege,Halimum.

Erynge, id est, Eryngion, apud Diosc. lib.3.cap.23.

Eriungij, Legendum, Eryngij. Est enim Eryngion, siue Erynge herba inter aculeatas in primis clara, contra serpentes & uenenata omnia nascens. Eius radix bibitur aduersus ictus, morsusque. Apollodorus aduersus toxica cum rana decoquit. Columel. lib.6.cap.5.

Eryngion, Aloe, apud Dioscor. lib.3. capite.23.

Eyngion ex rei natura nomen contraxit, ab eructatu scilicet, quem Græci dicunt ἐρυγγεῖν. Centumcapita cæteris, à capitulorũ numero: clara inprimis aculeatarum herba, de qua uide Dioscor. libro.3.cap.23. Plin. lib.21.cap.16. Teuton. Manßtrew/ Kynß/ Brachdystel/ Ellend/ Raddystel.

ἐρύσιμον, Sinapi syluestre, Rapistrum, Germanis Hederich/ Wylder Senff. Dictum Fuchsio ἀπὸ τοῦ ἐρύειν. quòd ob suam caliditatem maxima trahēdi facultate prędita sit. Ob id latinè Irion uocata, ab irruendo. ignea enim ui & serui do sapore irruit in gustum. Lege, Irion.

ἐρυσίβη, hordei, & frumentorum rubigo. gręcè, rubigo, morbus seminum, pruina, erugo in segetibus.

Erysipelas, autore Galen. is tumor est, qui ex tenni sanguine, interim & cum bilis parte incenso ac feruente consistit. Vulgò, Ignis S. Anthonij, uel, Ignis sacer. Serenus. Est etiam morbi species, quæ dicitur, Ignis, Languida quo multo torrentur membra calore. Quanquam me non fallit quid alij faciant ἐρυσιπέλαν. Fit in uulua, quando uulua affectum ignis similem sentit: & tunc inflammatur ipsa, & in aliquibus penetrat interdum usque ad alias partes secundæ. Vel, Est ru bor inflammatus, qui cum ardore febrē aliquando, interdum horrorem infert. Auferimus autem uel missione sanguinis, uel cucurbitis, uel sanguisugis, uel alio quouis pacto. Educimus autem sanguinis plurimum; quando sanguis maxima caussa esse morbi deprehenditur. Arripienda autem sanguinis missio, quæ tutior erit, quæ molesta & grauis uitanda: atque huius loco pharmaca exhibenda sunt. Cucurbita in contusione locorum, Sanguisuga, in quibus exiliter aperire locum affectũ uolumus, adhibenda. Galenus lib. de Definitionibus.

ἐρυσιπέλατα, ignitæ rubedines cum inflammatione, quæ febres & horrores aliquando afferunt. Latè patet hoc malum, nullaque pars corporis interior est, in qua hoc inflammationis genus non contingat. Patiuntur id fœminæ in locis suis: patiuntur homines in sede, in iecore, cerebroque, & alijs locis. Mox uerò in saniem suppurans, uel repens, alia nomina sortitur.

Erysisceptrum, græcè ἐρυσίσκηπτρον. Multæ herbæ hoc cognomine apud Dioscor. legũtur, quo nominis etymo, aut qua tandem ratione, nõ uideo: nisi quòd Hermolaum Barbarum & M. Vergil. dubitare uideo. Plin. Asphalatũ uocat.

Erythacus, à Theodoro interpretatus est, Tubecula. Est autem Tubecula quędam uolucris ab eodem confecto nomine, quam Aristoteles βάτιν uocauit.

Erythra, Melissophyllon apud Dioscoridem libr.3.cap.117. Müterkraut/ Ymmenblatt/ Hertzkraut.

Erythranon, à colore acinorum, Hederę genus, de quo uide Barbar. in Corol.

Erythronium Satyrium. Dioscorides libro tertio, cap.145.

Erythrodanum Græcè, Rubia latinè uocatur. Teuto. Röte. à rubore radicis, qua lanæ & coria tinguntur. Vide Dioscor. lib.3.cap.161.

Erythronion priapicum, Satyrion, apud Dioscor. lib.3.cap.145.

Erythini pisces. Plin. lib.9.cap.16.

ἐρυτροειδὴς, tunica qua conteguntur uenæ & arteriæ. Lege, ἐλικοειδής.

E S

ἐσχάρα, ustio, simul & nigri coloris crusta ab igne relicta. Hermol. ignis pustulas in-

las interpretatus est, ἀπὸ τοῦ ἐσχαρόω, more ignis crustam inducere.

Eschasmenes, Onobrychis apud Dioscor.lib.3.cap.171.

ἐσκοροδισμένοι uocantur, qui allio frequenter pro cibo pascuntur, eoq; edulio summopere delectantur.

Esdra, compositio ualens ægritudinibus cerebri: haud scio an Prophetę illius qui in Biblijs sacris celebratur: an sub ipsius nomine confecta, cuiusmodi sunt haud parū mulię. Describitur ab Nicol.

Esopos, syluestris Lactucę genus, quā Dioscor. uocat, syluestrem Lactucam.

☞ E T

Eterocrithon, genus hordei, ab rubigine, & quoniam incuruum nascitur.

Ethale, fuligo thuris.

Ethmoides, id est, Cola, uocantur narium meatus, quibus olfactus perficitur. Galen.lib.de Olfactus sensorio.

ἠθμός, narium intersceptum.

Ethusa, Cicuta, apud Diosc.lib.4.ca.82.

Etridia, frusta. Lege, κοιλία.

ἦτρον, id est, pubes, uel quod est inter umbilicū & pubem. In quadrupedibus Sumen à Latinis dicitur. Vide, κοιλία.

☞ E V

Euax, rex Arabum, de simplicium effectibus, ad Neronem scripsit, teste Plinio libro.5.cap.1.

Euboica, Ebulus, apud Dioscoridem lib.4.cap.185.

εὐκοίλια, id est, uentri utilia, & stomacho accommoda.

εὐκοίλιον. Vide, λύειν.

εὐκρασία, bonū temperamentū. Idem ualet εὐεξία.

εὔκρατος, id est, temperatus. Sic εὔκρατα uocamus, quę mitioris sunt temperaturæ corpora humana. Gal.1. de Temp.

εὔχονδρος, Cartilagines.

εὔχροια, quæ bonum colorem habent.

εὔχυλα, quæ boni succi sunt.

Eudamus, Medicus, & Pharmacopola quispiam fuit, annulos contra uenena & serpentium morsus uendere solitus, ut ex Aristophane conijcio.

Eudemus primus post Hippocratem neruorū anatomicen descripsit, non mediocrem Medicis scrupulum inijciens.

Eudemus Chius, arte minimè laudatus

Eudemus, medicamentarius, & pharmacopola laudatus, atq; ea in arte facilè princeps. Is cum ciere aluum uellet, inquit Theophrastus, atq; se nihil affectum iri percepisset, quiddam admodum mediocre ante solis occasum deuorauit, quod neq; continere, neq; deuincere potuit. Theophrast.lib.9.cap.18.

εὐδιαπνευστοι dicuntur, quibus libera corporis transpiratio est. Eosdem aliqui, tùm Medicorum, tùm Gymnastarum Areosyncritas appellant.

Eudios, Theriaca, sic appellata ab Andromacho in carmine suo ad Neronem.

Euectiti, qui sunt corpusculo habitiori.

εὐεκτικώτατον, corpus uocatur, quod est saluberrimum, atq; optimo præditū habitu.

Euelepides ætate Celsi insignis Chirurgus, & medicus ocularius: autor Collyrij quod Tragodes inscribitur, & item alterius, cui nomē μεμιγμένον. quorum compositionem uide apud Cels.lib.6.

Euemion, Arnemone.

Euenor, scripsit libros Therapeuticæ, ut autor est Aurelianus.

Euerriculum, genus retis piscatorij, à uerrendo dictum.

εὐεξία, bonus cum robore quodam habitus, uel bona corporis habitudo. Vide, εὐκρασία.

Eugalactos, Glaux herba apud Diosc. lib.4.cap.142.

Eugeniæ uuæ à generositate nūcupantur. Græco enim uocabulo εὐγένεια dicitur nobilitas. Eugenei quoq; populi Alpium incolæ, traxere nomen à præstantia generis, hoc est, ab eugenia. Itaq; Eugeniæ uuæ respondent suo nomini, quando uinum generosum fundunt. Columel.lib.3.cap.2.

Euidens caussa, ea quæ alio nomine

Proca-

Procatarctica dicitur.

εὐμάλακτον, quod benè mollitur.

Eumeces, balsami fruticum tertia species, procerior, cortice l. uiore.

εὐνουχισμὸς, castratio: quę quomodo fieri debeat, docet Paulus lib.6.cap.68.

Eunuchus. Lege, Morbi & Vitij.

εὐώδης, benè redolens.

Eupatorium, & Hepatorinm, officinis Agrimonia dicitur. Teu. Odermenig/ Bruchwurtz. Illud ab Eupatore Rege qui illā primus inuenit: hoc uerò, quòd iecori præcipuè medeatur. Dioscorides lib.4.cap.41.

Eupatorium adulterinum uocat Fuchsius, Eupatorio uerò simile quidem, at non uerum, Teuto. Kunigundkraut/ id est, S. Kunegundis. Wasser dost, ab Origani similitudine, propter aquas nascens. Alijs Hirtzklee. quòd uulnerati cerui, sibi hac medeantur herba.

Eupatorium, Prasium, & Marrubiū, apud Dioscoridem lib.3.cap.118. Weisser Andorn. Quomodo erratum hactenus in Eupatorio sit, require ex Herbario nostro Tomo.2. atq; item primo.

Eupilides, cui in gingiuis, in quibus fit, caro nascitur. Est autem excrescens caruncula, quæ ab inflatione fit ad intimos molares dentes, cum febre & dolore nō nunquàm. A Parulidibus differūt: quòd Parulides inflāmationes sunt in aliqua gingiuarum parte factæ, quæ nisi discussæ fuerint, suppurant: & cùm suppurauerint, secantur: insertisq; liniamentis aperiuntur. Egit de Parulidibus Celsus lib.6.cap.13.

Eupolides, citatur ab Galeno cōment. in Hippocr. 1. de ratione uictus in acutis.

Euphorbia, Libyca arbor, Ferulæ speciem habens, ex qua gumi Euphorbiū. Dioscor. lib.3.cap.95.

εὐφυΐα, digitorum inculpata constructio, bonacq; habitudo: ut interuallū illud magnum sit, quod est inter digitos medium, magnusq; digitus indici opponat. Atq; sic Galenus ipse interpretatur græce, libro de usu partium corporis humani primo. Aliâs, industria, ingenium, bona indoles, bona fortuna. Hinc εὐφυής, industrius, ingeniosus, facetus.

εὔφορον, corpus benè habens.

εὔφθαρτος, facilè corruptibilis, frangibilis.

Euphoria, non difficiles morbi, (bilis; uel febriculæ sublatio.

Euphrasia, Augentrost. Diosc. lib.3. capite.123. Dicta, quòd oculorum caliginē discutiat. Ophthalmica item dicta eadē ratione.

εὐφροσύνη Græcis, Latinis est Ophtalmica, corruptè Euphrasiam Officinę uocant. Teut. Augentrost, oculorum solatium: quemadmodum Buglossos animi leticia habetur.

εὖροι, uenti orientales.

Euriphon, medicus, citatur ab Gal. lib. 1. de ratione uict. in morbis acutis.

Euronotus, nomen uenti est, qui medius flat inter Eurum & Notum: unde & nomen accæpit. Autor Plinius in secundo. Columel. lib.11. cap.2.

Eurechnemon, μαγικῶς, Plantago.

Eurithmia, est uenusta species, commodusq; in compositionibus membrorum aspectus. Vitruuius lib.1.cap.2.

Euryphon Medicus, citatur ab Cœlio Aureliano.

εὔσαρκον, Galenus interpretatur in de Temperamentis lib.1. quadratum, id est, eum, quem nec gracilem dicere, nec crassum posis: sed nec calidum, nec frigidum, nec alio quouis nomine ex ijs quæ excessum, defectumúe indicant, appellare: id est, mediocri omnino corporis habitu.

Eusine, Helxine, apud Dioscor. lib.4. capite.42.

εὐστόμαχος, stomacho utilis.

Eusteralis, â Dioscoride uocat Sisymbrium: quo uerò etymo, non uideo.

Eustron, hordeum montanum.

εὐτοθριχες, id est, promisso capillicio & simplici. Cuiusmodi natura finxit Thraces.

εὔθμοι, Napium, uel Lapsana,

lingua Ægyptiorum.

ἔυτονος, ualens exercitatio, robusta & uiolenta, quæ musculos ad robur præparat: cuiusmodi est fodere, sublcuare onera ingentia.

ἔυτραφὴς, id est, pingue & feliciter nutritum. Aliâs & ἁδρὸν græcè.

ἔυζωμος, Eruca: sic dicta, quoniam iura commendat. Concitat hæc morantem Venerem, ut Poeta inquit, frigorũ contemptrix: erodit & gustantis & os linguam acriter.

E X

Exacinatio, racemorum pestis non bona, acinorum scilicet defluentia.

Exacuit, hoc est, ut ego interpretor, acorem fecit, & aceti saporem concæpit. Columel. lib. 12. cap. 17.

Exacerbatio, Græcè παροξυσμὸς.

Exalburnare, arboribus suum adipem detrahere, & amputare. Vnde Robur exalburnatum. Lege, Alburna.

Exaliptes, inunctores.

Exaliare sulcum, est alta fossione deprimere. Est enim altitudo superior, & inferior. Colum. lib. 3. cap. 13.

Exaniari, quasi sanie purgari, defæcari què. quo uerbo utiẽ Cornel. Celsus. Consimile est Apuleianum uerbũ Examurcari, pro eo quod est amurca emundari, & sanie repurgari, & quicquid est fæculentum exstillare. Sic ait Columel. lib. 2. cap. 46. scribens de salsura suillæ carnis, Compositis in tabulatũ tergoribus, pondere imposito, ut exanietur, hoc est, noxius humor emundetur.

ἐξανθήματα, pustulæ quæ circa totum corpus aspredinem quandam concitant: similes ijs pustulis quæ ex urtica, uel sudore nascuntur. Celsus lib. 5. cap. 18. uocantur & φλυκτίδαι. Lege, Pustulas Græci. Nam

ἐξάρθρημα diciẽ articuli à cauitate propria dilapsus ad insuetum locum: unde propositus præpeditur motus.

Exarticulatio, est ossis secundùm naturam motũ, ex concauitate profunda excessio in locum minimè naturalem.

Excarnia loca uocantur in corpore humano, quæ carne iniecta non sunt.

Excerni, id est, repurgari, uentilarique. Consimilia sunt Subcernere, & Incernere. Inde Excernicula, Incernicula dicta genera cribrorum. Aliâs Excernere, est uentrem purgare: unde Excrementa dicuntur, quæ & Retrimenta. Colum. lib. 2. capite. 21.

Excludant. Gallinæ dicuntur excludere, cùm post incubatum pulli maturi rupto ouo nascuntur. Plin. Celerius excluduntur calidis diebus. Item. Quædã gallinæ gemina oua pariunt, & geminos interdum excludunt. Dicitur & excudere in eodem significatu. Col. lib. 8. cap. 2.

Excrementa, purgamenta sunt humana, corporis scilicet, quæcunque ex superuacuo nutritionis in corpore relinquuntur, quæ expulsiua uirtus egerit.

Excrementa secernere, cacare, mouere aluum, aluum soluere, subducere aluũ, suspensam aluum soluere. Idem.

Excretio, est superfluitas incumbentiũ corporibus incrementorum.

Exercitij genera apud Gal. 2. de sanitate, τὸ πυτιλίζειν, τὸ ἐκπωλατρίζειν, τὸ σκιαμαχεῖν, τὸ ἀκροχειρίσασθαι.

Exgrumantes, de mensura & recta uia excedentes, uel grumos eruentes.

Exhalabilia sunt, quæcunque corpora humorem habent: sic tamen habent, ut euaporare, nisi ignitis addantur, nõ possunt. 4. Meteor.

Exhalatio, est cõmunis sicci & humidi secretio, quę uniuersim opera caloris usu ui fieri solet: proindeque non madefacit, sed calorem potius admouet. 4. Meteo.

Exherbatur, herbis liberatur, repurgaturque Colum. lib. 4. cap. 3.

Exhydriæ. Vide, Ecnephias.

Eximij propriè sunt porci, qui de grege excepti, ad sacrificandũ Dijs pascunẽ.

ἐξινάδας, ceruorum genus grande uocãt Græci, idque ab oppido eius nominis. Aristot. ἀχαίνας cognominat.

ἐχῖνος tria significat. Castaneæ aculeatum putamen, Terrestre animal spinosum. Et in mari, & in testaceo genere pi-

Exinus oculi, græcè ἐκπίεσ- (scem. μος, Lege, Ecpiesmus.

Exocætus piscis, sic dictus ab eo, quòd in siccũ somni caussa exeat. Circa Clitorium uocalis hic tradit̃, & sine branchijs. In Arcadia reperitur. Plin. lib. 9. cap. 19.

ἐξόμφαλος, procidẽs umbilicus. Siquidem procidit ille homini, aut dirupta eo loco interiore membrana: quam quoniam interraneis omnibus extẽsa adiacet, Græci περιτόνιον uocant: procidente illac aut omento, aut intestino: et nonnunquam ocioso humore umbilicũ subeunte. Aliquando etiã caro eodem loco augetur. Sæpenumero etiam sanguis dirupta uena, aut arteria illic coit. ut in dilatationibus contingit. Nõnunquàm etiam solus spiritus, omnibus his præcedentibus caussis procidit homini umbilicus. Hinc dicta,

ἐξόμφαλον πάθος, umbilici prominentia. Et,

Exomphalon, quod in umbilico ex morbo & inflammatione tumet.

Exostopes, ossium quorundam redundantia, apud Galenum.

Experimenta unde habuerint ortum, scribit Herodotus historiographus: quõdam agris in compita expositis illis, qui eisdem aliquando morbis laborarent, referre solitos, quibus unusquisq; usus sanitatem recuperauerit: atq; hoc modo, ex multorum usu & experimentis rem medicam conflatam esse. Sed hæc quidẽ experientia ratione uacua, nondumq; rationalis fuit. Galenus in Introductione, seu Medico.

Exscreationes Grammaticis dicuntur, quæ maiore conatu, & crassiore materia extussitantur potius, quàm exspuũtur.

Exulcerationum quæ in oculis oriuntur, differentiæ sunt, Argemon, Nepheleon, Epicoma, Bothrion, Pustula, siue Bulla ardens, Leucoma, Vnguis, Staphyloma, Carbo. Horum morborũ alij qui percussione fiunt: aut sine ictu. Argemon exulceratio quædam, quùm circa oculorum nigrũ alba apparent, circa album uerò subrubida. Nepheleon, est caligo, aut exulceratio in superficie eius, quod nigrum dicitur. Epicoma, exulceratio crustulosa, quæ fit in nigro oculorum, neq; diu permanet. Bothrion, est cauum ulcus, uel purum in oculorum nigro. Leucoma, est cicatrix ab exulceratione facta, & hæc crassa, & profunda. Ptosis, uel Vnguis, est collectio purulenta humoris, qui in nigro oculi irrepit cũ inflammatione ad irim, unguiq; similis est. Staphyloma, est humidum corpus in pupillę loco, persimile acino uuę. Carbo, crustosa exulceratio, cum passione & fluxu: interdum cũ bubone & febre. Galen. de Definition.

Exulcerationis oculorũ affectus sunt, Mydriasis, Phthisis, Nyctilops, Suffusio, Glaucoma, Paralysis, Myopiasis, Strabismus, Pterygion, Encanthis, Proptosis, Chymosis, Synchisis. etc̃. Mydriasis, est caligatio facultatis uisoriæ, quùm humores turbantur, & effunduntur. Phthisis, est pupillæ cum debilitate uisus extenuatio. Nyctilops, est affectio oculorum sine caussa euidente. Contingit autem, ut qui sunt ita affecti, interdiu nihil uideant, noctu uerò acutius. Glaucoma, est mutatio naturalis humoris in colorẽ cęsium Myopiasis, est affectus à generatione nascens: quo affecti, quæ sunt ante oculos uidemus: quæ uerò à nobis distãt, aut modicũ, aut omninò nihil uidemus. Strabismus, est solutio musculorum, qui oculum continent, non quidem omniũ, sed aliquorum tantùm: propter quem affectum aut sursum, aut deorsum, aut in obliquuum torquentur. Pterygium, est productio corporis alicuius, quæ circa tuniculam corneam admiscetur. Encanthis, est excessus, & abuudantia carnis in magno angulo. Proptosis, est quando uiolenta quadam percussione cum strangulatione,

gulatione, & febre continua, uel capitis dolore oculus de sede sua procidit. Chymosis, est humidum corpus membranæ eius quæ oculum circumit λευκὸν, Græci uocant, affectum similem albæ carni. Synchisis, interdum ex ictu est: nonnunquàm suapte natura, ruptio humorum, qui in tunica infima sunt: cum profluuio albuginei humoris, & alteratione pupillæ fit. Phlictis, est abscessio, quæ fit in nigro, & totum humorem cum phlegmone, id est, fluxu continet. Myocephalon, est ab exulceratione parua porrectio, atque perductio ragoidis, & similis capitis muscæ. Hippus, est affectus ab ortu ipso nascēs, propter quem instabiles semper ipsæ palpebræ, motumq́ sustinentes in turbatione, & tremore, aut horrore continuo. Hinc affectum ἵππον uocauit Hippocrates. Aut affectus musculi firmantis & corroborantis oculum, qui cō prehendit basim uisorij instrumenti. Hypochyma, est humoris liquefactio aquosa, magis, minusue impediens uisum. Differt autem Hypochyma à Glaucomate: quoniā Hypochyma liquefactio est humoris aquosi: Glaucoma uerò est mutatio naturalium humorum in albū: & quòd in Glaucomate nihil prorsus quis uideat, in Hypochymate uerò modicum.

Exudent, quasi sudando siccescant, exuantq́ noxium succum. Col. lib. 12. ca. 5.

Exuperantia, eadem quæ & exacinatio. Vide, Exacinatio.

ἐξυδρίαι, quasi aquatores dicūtur uenti, qui cum pluuijs aqueis grassantur, impetu & confertim effusis.

F A

Faba Græca. Lege, Lotos. Item, Faba Græcè κύαμος, Bonen. Egit de Fabis Diosc. lib. 2. cap. 115. Plinius lib. 18. cap. 12.

Faba Ægyptiaca, Feigbonē/lupinus: quam Ponticam etiam alij uocant, plurimùm nascitur in Ægypto, Asia, Ciliciaque, palustribus locis. Grande foliū Galeri modo habet, caulem cubitalem, crassitudine digitali, flore roseo, colore duplo, ad papaueris florem magnitudine: qui cùm defloruit, uesparum fauis similes utriculos profert, in quib. Fabę sunt, paululum bullarum modo supra operculum emergentes. Vocatur id κιβώριον, ab aliquibus autem Ciborium: quasi scriniolum, propterea: quòd seritur Faba hæc, indito in madente gleba semine eius, sicq́ in aquam proiecto. Comeditur uiridis Faba hæc etiam: nigrescit siccata. De Faba Ægyptiaca hæc ferè Dioscor. lib. 2. cap. 116. Vide & Theophrast. lib. 2. de caussis Plant. cap. 18.

Fabæ Baianæ. Insubres, & Ligures Fabas suas recentes uocant, Baianas.

Faba Marsica, Fabarum genus quod in Italia in uere seritur.

Fabalia, Fabarum purgamenta, ut inquit Plinius: uel ut M. Vergilio placet, Fabarum frutices, & siliquæ, cum sua cute & corio.

Fabaginem, à Faba primus deriuauit Cato de Re rustica.

Fabulum, idem quod Faba, teste Gellio, & Festo. Plautus in Sticho. Hæc satis est pro opibus nostris, satis commodulè, nucibus, fabulis, ficulis.

Fabulum marinum, Papauer corniculatum, apud Dioscor. lib. 4. cap. 69.

Fabulus, in Catone, quidam pro Faba candida interpretātur, quam ille bubus cùm languent, dare præcipit. Etiamsi in quibusdam Columellæ exemplaribus ueteribus, Balbulos legitur, fortasse pro Fabulos.

Faces, ab facis succensæ similitudine, cœlestis ignis inflammatio.

Faciem, partem eam nominamus dumtaxat in homine, quæ caluæ subiecta est. Nam piscis & bouis faciem dicere non solemus. Arist. lib. 1. Animal. cap. 8.

Fagus. Lege, Quercus.

Falces, scirpiculæ, à scirpando, id est, à ligando.

ligando. Nam ijs utunt in uinea ligāda.
Faliscus, suis uenter. Papinius. Nō Lucanica, non graues Falisci.
Falco sacer, seu Britannicus, aquilę magnitudine, capreolos inuadit.
Falconum multa genera recitat lib. de Animalibus Albertus.
Fames, morbus est Hippocrati: item sitis, & alia corporis incommoda. Lege Hippoc. lib. de Flatibus. fol. 53.
Fames interdum pro defectu ciborum accipitur: interdum pro tenui, & parum idoneo uictu, apud Galen. lib. 2. Aphorismorum, Aphor. 16.
Famescere dicimus, qui ob ciborum inopiam in extremam esuritionem perueniunt. Galen. lib. 2. Aphor. Aphor. 16.
Fanatici olim dicti sunt homines numine afflati, qui græcè ἔνθεοι, & θεοφορούμενοι, quòd non sua sponte, sed diuino numine ferantur. Cuiusmodi ferè fuerunt quindecim illæ Sybillæ, & apud nos Prophetæ.
Far, quod latinè in regionibus Romæ uicinis Far appellatur, hoc modo parat. Frumentum modico tempore aqua madefacito: indeq; extractum, ac in pilam coniectum, uelut ptisanam à cortice repurgato. Vbi uerò corticem exuerit tollito, atque in sole siccato. Deinde manibus tritum donec penitus à cortice fuerit mundatum, crassissimè molito, ita ut granum unum in. 4. aut. 5. partes rediga tur, & siccum reseruato: atq; id est, quod Romano nomine Far communiter Medici appellant. Hæc Ætius Ser. 9. ca. 45.
Farciminosus. Lege, Morbus farciminosus.
Farfugium, Chamæleuce, folio populi, sed ampliore, nascēs iuxta fluuios: unde Populago dicta. Hanc & Farfariam uocari, Dioscor. testis est: à fluuio fortassè Farfaro, quem Vergilius Fabarim appellat. In Sabinis Plautus. Dissipabo te, inquit, ut folia Farfari. Hæc Barbar. in Corol. Bechij. lib. Dios. 3. ca. 124.
Farina hordeacea, differt à Polenta: quia torretur Polenta, non Farina.
Farinam, Gręci ἄλευρον καὶ ἄλφιτον, & Halisparton, & Aliaton, & Aliton uocant. Quanquàm Alphiton Polentam ferè significat: Aliata, Farinam coctam.
Farraginaria, locus ubi Farrago serit.
Farrago ex recrementis fartis præde̅sa seritur, admixta aliquando & uicia. Eadem aliquando fit ex hordeo. Hanc esse Barbarus existimat, quam Cratin uocat Aristoteles, siue quod idem est, Crastin: & fœnum semi aridum intelligunt.
Fasciæ. Vide dictionē, Lumbrici lati.
Fascinatio, & incantatio inter portenta referuntur, quam uno consensu & diuinæ scripturæ, & publicæ, priuatæq; Leges damnant, capitaliq; supplicio, nec immeritò, puniunt.
Fatalis, Potamogeton, apud Dioscor. lib. 4. ca. 102. Teut. S. Lorentzen kraut/ Somkraut/ Wißen Mangolt.
Fatidici qui sint, require in diction. μαντικὴν appellant.
Fatiscit, resoluitur, languescit, deficit. Plin. Sine calciatu fatiscunt. Columel. libro. 7. cap. 3.
Fatuæ betæ, falsi saporis expertes.
Fatui cibi dicuntur insipidi, & inconditi. Martialis in Xenijs.
Vt sapiant fatuæ fabrorū prandia betæ,
O quā sępè petet uina, piperq; coquus.
Fatuum lapidem Herm. Barb. pro insipido transtulit in Themistio, hoc est, nullius saporis: quem Græci ἄχυλον dicunt.
Fatuus sal, id est, qui condimenti saporem amisit, ut Matthęi. 5. ἐὰν καὶ τὸ ἅλας μωρανθῇ.
Fauces, locus oris interius, in quo simul cōeunt gula, et gutturis partes extremę.
Fauus, est ulcus, continuos habens meatus, aut foramina, ex quib. melleus quidam humor excernitur.
Faui, ulcero quæ κηρία uocant Græci.
Fauonij, ab occasu uenti.
Faustinus Medicus, & chirurgicus, citatur ab Aëtio ferm. 9. cap. 49.

F E

Febricula, à feruore, ueluti feruicula

nuncupatur. Gariopontus.

Febrifuga, Matricaria. Müterkraut.

Febrifuga, Centauria minor. Diosc. li. 3. ca. 8. Aurin / Tausentguldin / Erdgall.

Febrifuga, Coniza, apud Dioscor. lib. 3. cap. 135.

Febriũ tempora quatuor sunt: Accessio, Incrementũ, Status, & Declinatio.

Februa, lanæ sunt, & arborum rami, quibus olim redimiti sacerdotes expiabant domos: quod deinde nomen ad omnia purgamina translatum est.

Febris est exuberantia caliditatis morbosæ, redeuntis cum mutatione pulsuũ, modò crebrius, modò uehemẽtius. Vel,

Febris est intemperies naturalis spiritus, in statum calidiorem, atq; sicciorem declinans.

Febris Continua est, quę neq; die, neq; nocte intermittit. Ardens febris, est feruor, qui cum inflammatione multa nullam qui escendi remissionẽ corpori præbet. Hæc linguam reddit aridam, ac nigram, & frigidi cupiditatẽ, atq; sitim ingerit. Emphysodes febris, est uehementia caloris, quę in ore gignit & pustulas, & inflationes. Lipyria febris est, in qua extremæ corporis partes frigescũt, uruntur autem intima: cohibentur excretiones, sitientibus lingua exasperatur, pulsus debilis, adeoq; exiguus, calor innatus perinde quasi deficiat, adeoq; mortuus sit. Rhoodes febris est, quę cum profluuio alui, frequenterq; cum uomitibus rigorem, atq; frigus infert: ad hæc, repentinam purgationem uirtutis, cum siti ac uigilia, & pulsuũ debilitate. Astringens febris, est contraria fluenti, nihil excrementorum eijciens: pulsus ingens est, macerãs, & longior morbus. Ictériades Febris, quæ colorem ictérico similem gignit, iecur exurit, linguam exiccat, cuius superficiem reddit aspectu horribilem. Pestilens Febris, quæ cum uehementi calore sitim intolerabilem adfert, excretiones alui cum strepitu exeuntes, fœtidas, atq; malè olentes reddit; urina multa, graue olens, pulsus exilis, & uix perceptibilis. Languida Febris, quæ cum perturbatione fit capitis, uel quæ per nares fluxum ciet, uel excrementi retentionem. Phrycodes Febris, quæ admixtam habet rigori caliditatem: pulsus est ualde debilis, utpote qui ad tactum uix perueniat, aut non cadat sub sensum, sed est penè extinctus, tumefactus: sublatrat, & instrepit: lingua humida ualde, aridũ quiddam et amarulentum, ueluti spuma lota, habet. Quotidiana febris, quæ singulis diebus ac noctibus, ut plurimum eodẽ tẽpore reuertitur. Tertiana est, quæ unũ diẽ intermittit, tertio redit. Quartana, quæ duos dies intermittit, deinde redit. Hemitritęos, id est, semitertiana, quã nos dicimus secundùm uetus dictum in primo Epidimiarum libro, Febrim Acutam: non enim in uniuersum intermittentem, unam autem leuiorem, alteram uerò grauiorem infert accessionẽ. Methodici Hemitritæam exiguam esse, duobusq; interuallis fieri dicunt. Errabundæ febres, quæ neq; statũ, neq; tempus, neq; ordinem ullum seruant. Galenus de Definitionibus.

Febris καύσων, fit æstiuo tẽpore, quando uenæ exiccatæ, acutos, & biliosos ad se humores trahunt. Galen. lib. 4. Aphorismor. Hippoc. 58.

Fæciuium. Inter genera uitium est Fęciuia: ex eo dicta, quòd plus quàm cæteræ fæcis affert, quod tamen incommodũ repensat uuarum multitudine: uentos et imbres patienter suffert, æstu infestatur, minuti acini & duræ cutis uuas habet. libro. 12. cap. 45. Columella.

Fel, ex inferiori parte hepatis adsidet, cuius folliculus ab Græcis dicitur Choledochus, qui flauum continet humorẽ pallescentem. quoniam ab Galeno dicitur uel coloris Cyanei, aut Isatidis herbæ. Est uerò nihil aliud, quàm purgamentum pessimi sanguinis.

Fel terrę, Centaurium magnum, apud Dioscoridem libr. 3. cap. 7. Quanquàm

inibi

inibi mendum existit, & ab imperito fortasse Librario ex minore Centaurio eo translatum. Nam minus Centauriũ propriè & uerè Fel terræ dicitur. Vide de hoc Vergilij commentarium.

Feles, animal familiare ac domesticũ, omnib. notũ: uulgò Catus nominatur, ut opinor, à solertia. Nam Catum sapientem dicunt, & acutum, Græci αἴλουρον uocant. Plinius tradit, Felium oculos in tenebris fulgere. Idem alibi sic refert: Feles quidem quoquam leuibus uestigijs obrepunt auibus: quam occulto specula tu in musculos exiliunt: excrementa sua effossa obruunt terra, intelligentes odorem illum indicem sui esse. Verùm apud Columellam & Varronem Feles accipi uidetur pro Fouino: sic enim uulgus appellat bestiolam gallinis maximè infestam, noxiamque, & sæpe gallinaria tota contrucidantem. Columella lib. 8. capite tertio.

Felliduca, græcè χολαγωγά.

Femen, Perineum uocant Græci.

Femina dicuntur, quæ à pectinis osse oriuntur. Sunt enim femora, coxæ interiores: & sine diphthongo scribi debet, cùm prima syllaba corripiatur. Ver. Eripit à femine. Hinc Subfemina, id est, sub femora interiora. Interfemineũ eleganti uocabulo Apuleiano, dicitur genitale muliebre, quasi inter femina collocatũ. Colum. lib. 6. cap. 37.

Fœnum græcum à Theophrasto Buceras appellatur. Epiceras Hippocrati, quoniam semen habeat simile corniculis. Ruel. Siliquam nonnulli appellant. Varro Siliculam. Plinius Siliciam.

Feniculum, condimentis idonea, & usitata herba, nota, & celebris. Iuuamenta eius lege apud Dioscor. libro. 3. cap. 79. Teuton. Fenchel.

Fœniculum dici putant, quòd satum, magno cum fœnore semen reddat.

Feniculum syluestre, Dioscor. Hippomarathrum. Ibidem.

Feniculum Equinum, item Erraticũ, Dioscor. Hippomarathrum. lib. 3. ca. 80. Teut. Roſſz Fenchel/ Wylder Fenchel/ Weyher Fenchel.

Ferali mense Lupercij, id est, Februarij mensis, in quo sacra Feralia mortuis fiebant, & ludi Lupercales.

Feriæ denicales colebantur, cùm hominis mortui caussa familia purgabatur.

Ferramentũ fœnisecis. Fœnisex, sic enim elegantius dicit, quàm Fœnisecus, siue Fœniseca: est is qui fœnũ secat. Fœnisecia, dicuntur fœni sectiones. Persius, Fœniseces crasse uitiarũt unguine pultes. Columel. lib. 2. cap. 18.

Ferrugo, non solùm color est compressæ purpuræ, uel coccini, ut illud Vergilij, Ferrugine tinctus hyberæ. &, Ferrugineos quoq; hyacinthos, uocantis, uerumetiam rubigo ipsa ferri, Plinio.

Ferrugineum colorem, ferrum longo situ rubiginosum, facilè à se appellatum ostendit: agit enim is, id est, refert colorem ferri. Quin & filamenta, quibus sæpè conopœum, & multę preterea uestes lineæ circumsuuntur, Ferruginea dicũt infectores. Tunica etiam nuclei pinei lanugine quadam puluerulenta, Ferruginea est. Erat is quoq; lugentium color. Itaq; capitur nonnunq; & ipse pro funesto: atq; ea de caussa Hyacinthi dicti fuerunt à Vergilio Ferruginei, quasi lugubres: quia puerum, ut est in fabulis, casu interfectum, Apollo diu luxit, atq; in eius folijs uelut epitaphium, in sui doloris perpetuum monumentum inscripsit: non quia uerè floris color sit Ferrugineus: est enim is, in quem mutatum ferunt adolescentulum, purpureus. De Hyacintho in literatum flosculum transformato fecimus hoc. Nil opus elogio redimire, aut flore sepulchrum. Ipse sibi flos est, elogiumq; puer. Eodem modo cœlum uocatur Ferrugineum, hoc est, nubilum & triste, atq; apud eundem Vergilium, Sol caput suum nitidum in morte Cæsaris texit ferrugine: quasi colorem se induit lugenti aptum, quod

ut tanti uiri cædem Sol ipse lamentar[i] uideretur. Nec alia ratione Charontis naviculã dixit Ferrugineam, quàm, quo niam ea una, loco Sandapilæ, mortuas omnes uespillo indefessus transuectat. Autor Thylesf. Consen. de Coloribus.

Ferula syluestris, Thapsia. Dioscorid. lib. 4. cap. 159.

Ferulæ descriptionem, lege apud Dioscor. lib. 3. cap. 89. Plinium lib. 13. cap. 22. lib. 20. cap. 23. lib. 24. cap. 1.

Ferulago, Thapsia, apud Dioscor. lib. 4. cap. 159.

Ferula calidis nascitur locis, atq; trans maria, genicularis nodata scapis. Duo ei us genera recenset Plin. Semen eius quidam Thapsiam uocant: decepti eo, quoniam Ferula sine dubio est Thapsia, sed sui generis, folijs feniculi, inani caule, nec excedente baculi longitudinem. Semen, quale Ferulæ. Radix candida. Incisa, lacte manat, & contusa succo: nec corticem abdicant. Omnia ea uenenata. Plinius lib. 13. cap. 22.

Ferula, à feruendo, uel ferendo dicta. Hippoc. eam Plestinga uocauit. Teuto. Ferbwurtz/Birckwurtz.

Eeruor, & Feruentia uocatur à Platone, quoties melancholia attollens se feruet ac bullit.

Festuca dicitur & arboris nouella, omninoq; infantis cuiusquè fati. ut Augustino quoq; placet.

Festucagò, Ægilops, uel Bromos, apud Dios. lib. 4. ca. 140. Teut. Dabeten.

Feuxaspidion, Polium montanũ, apud Diosc. lib. 3. cap. 122. Teut. Augentrost.

Fex uini quę præstantior sit, uide apud Dioscor. lib. 3. cap. 123.

F I

Fiber ponticus, à Græcis Castor appellatus, ut ait M. Varro, extremas fluminũ oras accolẽs. Meminit eius & Ælia.

Fiber: quem Græci κάστορα appellant, ab extrema ora, ut M. Varroni placet, uocatus: quoniã dextra & sinistra fluminis maximè uideri soleat. Et Antiqui fibrũ, inquit, dicebant extremũ. Differt à Lutra Fiber sola cauda: cętero pilus utrique pluma mollior. Dicta uerò Lutra est, quòd se in aquis lutet. Ob id Græci ἐνυδρον uident appellasse, quod Theodorus Lutrin, nõ Lutram conuertit. Plinius Enhydrinda, serpentis nomen esse maluit, ut aquatilis colubri. Varro quoquè non Lutram à luendo, sed Lytram tradit: quoniam succidat, dissoluatq; in ripis arborũ radices. De Castoribus cætera lege apud Diosc. lib. 2. Plin. lib. 8. cap. 30. Strab. lib. 3. Serap. 445. Gal. Paternianũ cap. 49. Auicen. lib. 2. de Castoreo.

Fibræ, capillamẽtis germanę sunt, quę herbarũ, arborumq; minutiores sunt radiculæ, in quas uelut extremas, crassiores effusæ spargũtur. Sunt & uenulæ pulmonis.

Pellicij Fibrij. Latini Fibrũ dicunt, Græci Castorem, qui amputatione genitalium liberat se à uenatoribus: gnarus ob medicatos testes se peti. Colu mel. lib. de Arbo. cap. 15.

Fibulas uocat Cels. quib. uulnerũ labia contrahuntur, ne latior cicatrix fiat.

Ficaria grana, Plin. frumẽta noiat, quę nos κεγχραμίδας uocari græcè diximus.

Ficarios culices, caprificus generat. Plinius lib. 11. cap. 55.

Ficus Græcis σῦκα uocatur. Eius pomũ ἡγητήριαν Athenienses uocabant, quasi ante alias fruges inuentum, & quibusdam festis præferri solitum. autore Athenęo.

Ficus Ægyptia, id est, Sycomorus. Lege, Sycomorum.

Ficus Cypria, in Creta nascit, ut inquit Barbarus. Trunco pomũ fert, & ramis, cùm in crassitudinem adoleuere. Distat à Ficu Ægyptia, quod germina emittit sine ullis folijs, radiculæ simillima: cui fructus quasi cuspidis accessu, præpilatur. Pingitur copiosius à Barbaro Corollario in Sycomoron.

De Ficubus optima quæq; lege apud Barb. in Coroll. Ficus. lib. Dioscoridis 1. cap. 184.

De Ficubus prouerbia adnotauit in Chiliadibus suis Erasmus rhapsodus. Assentari nescio ficum: ficum panem dico. Ficũ post piscem. Gallinaceos amantibus, ficum ne ferito.

Ficus sacra uocabatur Athenis uia, quę ducit ad Eleusinem

Ficus Indica, cuius germina per ambitum radicari tradunt: neq; caudicem contingere, arbor magnitudine insigni, ut sub qua tres turmas equi condi affirmẽt. Caudici crassitudo sexaginta pedes. Ramorũ umbræ latè operiunt: folijs Amazonicæ peltæ amplitudo, formaq;. ut Solinus inquit.

Fico fumus acerrimus, caprificoq;.

Ficus sola ex omnib. arborib. nõ floret.

Ficus flammam mollissimam reddit.

Fici cinerum lixiuium acerrimum.

Ficus capitis, nuncupantur germina ulcerosa, rotunda, acuminata, subdura, subrufa: quæ comitatur etiam dolor. Oriuntur & hæc reliquo etiam in corpore. Paulus lib.3.

Ficosa Exanthemata, Ficub. similes uomicę, & pustulæ, apud P. Æginetam.

Ficus terræ, Astragalus, apud Diosc. lib.4.cap.65. Teut. Erdnozen.

Fideliæ. Nomẽ est fictilis uasis, de quo Pers. Respondet uiridi non cocta fidelia limo. Plinius. Mulsi congialem tibi plenam faciam fideliam. Fidelię crebra mentio est apud Columel. utpote uasis condendis salgamis maximè idonei. Columel. lib.1.cap.7.

Fidicula, in cœlo sydus est, quod appellatur modo Lira, modò Fidis, modò Fidicula. Aliàs Fidiculas accipimus pro genere tormenti, ut in Commentarijs Suetonij est explicatum. Colum. lib.11.ca.2.

Fidicula, Trichomanes, apud Diosco. lib.4.cap.138. Teut. Mauraut.

Fidipedes, auiũ generis, apud Ælianũ.

Filica, Pteris, uel Filix, apud Dioscor. lib.4.cap.196. Grosser Far.

Filix fœmina, Thelypteris, eo.ca.197. Teuton. Waldtfar.

Filicula herba, Catananee, apud Dioscor. lib.4.cap.135. Teut. Ringelblům.

Filicula, Polypodium, apud Dioscor. lib.4.ca.198. Teut. Engelsůssz/Dropff wurtz/Wyld sůsszholtz.

Filicones dictos existimant à Filice, quos Veteres pro malis & inutilibus accipiebant. Dicebantur & filicati calices, à Filice herba.

Filifanaria, Pteris, apud Diosc. lib.4. cap.196. Teut. der grossz Far.

Filipendula. Lege, Oenanthe.

Filius uiuus, Queckſylber.

Filicula, diminutiuũ à Filice herba, de qua Persius. Non tamen ista filix ullo mansuescit aratro. Pterin Græci uocant. Preterea alia est herba nomine Filicula, quam Græco uocabulo Polypodion appellant: similis est Filici: bilem detrahit: in petris nascit. Col. li.6.ca.26. Teu. En

Filum, uinculũ, uel neruus (gelsůssz. sub lingua, qui linguam in infantibus retinet, ne loquantur: quod solui ab obstetricibus oportet. alioqui muti euadũt pueri. Lege, ἀγκυλόγλωσσον.

Fimbriæ, uestium extremitates sunt: à quibus & fimbriata folia dicunt, quæ in ambitu in quasdam fimbrias exeunt.

Finis est, cuius gratia quæ ad medendi facultatem spectant, ordinantur omnia. Finis etiam est, ad quem tendunt & referũtur omnia, quæ sunt Medicæ speculationis. Finis enim medendi est, quod assecuti, nihil quærimus amplius.

Fisco, Fiscus iuncea. Columel. lib.12. capite.48. Hinc Fisculus, paruus Fiscus, siue Fiscella iuncea. Columel. lib.12. cap. 49. Et lineum Fiscum uocat Columella lib.12.cap.38.

Fissile uocatur, quod non ampliorem, quàm quæ ab eo quod diuidit, fiat, diuisionem subire nequeat. 4. Meteor.

Fistici, Pistacia, idem.

Fistula, profundum ulcus, callosum, angustum, & obliquum, cicatricem difficilem admittit. Idcircò humorem quodam tempore excernit tenuem.

Fistula

Fistula item est sinus callosus, dolore aliquantulū uacans, qui in plerisq; membris exoritur: fitq; ut plurimùm ex abscessibus malè curatis. Paul. lib. 6. ca. 77.

Fistula cibalis, gurgulio. Aliàs, principium stomachi. Alias, gula. Alias, stomachus.

Fistula spiritalis, id est, arteria. Lufftror. Alias, guttur.

Fistularum differentiæ duæ. Harum enim quædam claræ sunt: quædam Occultæ: quandoq; in basi os habent, finem uerò in superficie. Claræ os habent in basi, & finum ad superficiem. Occultæ, quæ os & finum habent in profundo.

Fistura, unde dicitur fisturare, spissare apud Vitruuium, & Plinium, & Cæsarem in constructione pontis: instrumenti nomen est, quo figuntur, panguntur q; in terram sublicíæ, paliq;.

F L

Flaccidi uocantur, quorum aures pendent, & non sunt arrectæ.

Flagella, uirgæ, siue capita minorum sarmentorum, ubi nascitur uua. Teutonicè, Sprößling. Flabella etiam dicta, à flatu uenti. Flagella dicuntur item cymæ arborum, & ipsarum sūmæ partes, itidem à flatu uentorum, unde facilè mouentur.

Flammea, Lychnis dicta, apud Diosc. lib. 3. ca. 113. Kornblūmē allerley farb.

Flammatilia sunt, quæ flammam emittere queunt. Inflammatilia, quæ nequeunt. 4. Meteor.

Flauosus morbus, Epilepsiæ tertia species, quæ fit ex melancholia. De qua uide Gal. lib. 4. de locis affectis, cap. 6.

Flatus, qui in aëre spirant, uentos, auras, & exspirationes dicimus, quæ ex humore prodeunt.

Flauus color. Lege, Fuluus.

Flexilia atq; ductilia corpora sunt, quorum longitudo ex ambitu in rectum, & econtra è recto in ambitū permutari ualet, flecti ac dirigi. Aristot. lib. 4. Meteo.

Flexio est ad deuexitatem, aut concaui tatē seruata longitudine motio. Idē Ibi.

Flomus, id est, φλόμος, Enulæ campanæ cognomen, apud Dioscor. lib. 1. dictione Helenium.

Floridus color. Lege, Color uarius.

Flocci particulę lanæ, diuisę à uelleríb.

Florem uocant & uermiculum, qui nascitur in calamo aromatico.

Floridū cataplasma, quod uocant græcè ἀνθηρόν.

Florus, Anthus uocata auis apud Æl.

Flos, gaudium est arborū, herbarumq;.

Flos Achaicus, id est, lacca, uel Cancanum. Autor Democritus: si modò eius est liber, qui de tingenda purpura circumfertur.

Flos campestris, Argemone.

Flos campestris, Anthyllis, apud Dioscor. lib. 3. cap. 152.

Flos campestris, Parthenium, apud Dioscor. lib. 3. cap. 156.

Flos æris, quem nonnulli clauorū ueterum ramentum, id est, pſegma nominauerunt. Differt ab Calchanto, quod atramentum est sutorium. Differt & ab squama æris, quæ ui atq; ictibus clauis & panis æreis excutitur: Flos uerò sponte cadit. Fit autem in ærarijs officinis, iam fuso ære atq; percocto, additis etiamnum carbonibus. De flore æris est apud Dioscor. lib. 5. cap. 79.

Flos plumbi, Bleyweiſſz.

Flos salis, flomine Nilo defluit, græcè ἁλὸς ἄνθος. Require Diosc. li. 5. ca. 120.

Flos Syriacus, Cancani species, tinctu

Flos, generale nomen, & dia (ræ apta. lecticum, genus adeò omnium florū, cuiuscunq; tandē generis: sed preter hoc, in omni re purissima & tenuissima quæq; pars, floris appellatione demonstratur.

Flutæ, murenæ in freto siculo, græcè dictæ πλῶται. Murenæ enim & anguillæ uocantur Græco uocabulo Plotę, Latino Flutæ: quod in summo supernantes sole torrefactę, curuare se posse, & in aquam mergere desinunt: atq; ita faciles captu sunt. Autor Macrobius. Columel.

lumella libro octauo, cap.27.

Fluctiones pectoris, thoracis rheumatismi sunt.

Fluctio, rheumatismos.

Fluxus, siue rheuma oculorum. Lege, Oculorum morbi.

Fluxus albus. Lege, Muliebris deflu- (xus.

Fluxus russus. Ibidem.

Fluxus niger. Ibidem.

F O

Focaneus, dictus est palmes, quasi in faucibus uitis enatus, nam, ut inquit Columel. solet in bifurco medius prorepere: illud autem bifurcum ueluti fauces in uite repraesentat. Colum. lib.4. cap.24.

Foemina quando gignatur. Lege, Foetus parentis pars.

Foenisecae dicuntur, qui foenum secant & demetunt.

Foeniculum dictum, quòd satum magno cum foenore semen reddat. Teuto. Fenchel. Vide, Marathrum.

Foenum chordũ, secundarium foenũ, quod Augusto mense uellitur, Autumnaleq́ uocatur. Sed pecus chordum, & chordum suem dicimus, ut Graeci opsigonon. Lege, Chritmon.

Foenumgraecum, Kryechisch hew/ Kühhorn/Bockshorn/ notissimum legumen, digerendis & praemolliẽdis duriciebus accommodum. Eius iuuamenta plurima extant apud Dioscor. lib.2. capite.112. Plin. lib.24. cap.19. Columel. lib.2. cap.11. Lege, Telis.

Foenus, mustela, quae meles uocatur latine, secundi generis mustelarũ. Aelian.

Foeniticeta quae sint, require in dictione, Onisculos.

Foetus, genitura est omnis animalis.

Foetus figurae sunt quatuor: Vna naturalis, quae est in capite: reliquę tres sunt praeter naturã. In pedibus alia, obliqua: tertia duplex.

Foetus si in pedes uenit per locellos & uterum, rarò uiuit. Solin. cap.4.

Foetas ferè semper idonei scriptores appellant puerperas, hoc est, eas quae pepererunt. Inclytus tamen Poeta dixit, loca foeta furentibus austris, pro plena. Idem ait. Non insueta graues tentabunt pabula foetas, pro praegnantes. Verùm alio in loco posuit foetam, pro ea quae iam peperisset. Sic enim inquit in aspido Poeta. Fecerat & uiridi foetam mauortis in antro Procubuisse lupã. Plinius noster foetam semper usurpat pro ea, quae à partu cubat. Colum. lib.7. cap.6.

Folium plantae aut arboris, humore & carne concretum cernitur.

Folium uocant, carunculas quasdam ori propè caput arteriae asperae factas, ac loquelã impedientes: quę ad aegritudinẽ ducunt: & per solã ablationem curãtur.

Foliatinum, idem quod Foliatum.

Foliatum unguentum, id est, Malobathrinum.

Foliũ, & in herbis, & in florib. reperit.

Folium Indum. Lege, Malobathrum.

Folliculus, theca rei cuiuslibet, quę granum uel semen continet inuolutum. Sic mẽbranosa cutis acini, Folliculus dicit.

Fomentatio propriè est, quae fit ex decoctione herbarũ, uel in aqua, uel in uino. Etiam si quidam id uocent Embrocationem. Caeterùm Embrocatio uocatur, cùm ex alto in membrum infimũ demittimus eius decoctionis stillicidium.

Fons in Arcadia, cuius haustus, interimit. Solinus cap.12.

Fontes calidos habet Sardinia. Lege, Solinum dictione, Sardinia.

Fons in Alesina regione tibiarum sono ultra margines transit. Solin. cap.11.

Fontes duo apud stagnum Gelonium, quorum unus foecundat steriles, alter foecundas sterilitat. Idem ibidem.

Fontes centum in monte Tomaro. Solinus cap.12.

Fons in Epiro, ultra omnes frigidus, & spectatae diuersitatis. Solin. cap.12.

Fons quidam in Epiro, demersam facem extinguit, & procul amotam suaptè igne inflammat. Solin. cap.12.

Fons Castalius in Parnasi iugo, apud Solinum

Solinum in cap.12.

Fons Calliroe in Attica regione memorabilis. Solin.cap.12.

Fons Crunossa, Atticæ regionis memorabilis. Solin.cap.12.

Fontes Thebarum Arethusa, Ædipodia, Psamate. Solin.cap.12.

Fontem Libetrium, Magnesia regio habet. Solin.cap.13.

Fons Exampeus, infamis, amara scaturigine. Solin.cap.14. Fons hic etiam fluuium uicinum amaricat.

Fontes calidi, cõsolidantes ossa, in Sardinia. Solin.cap.10.

Fontium calidorum, & diuersorum generum rationes & naturas, uide apud Vitruuium lib.8.cap.8.

Forda, Vacca prægnans dicitur fœtu. Ouidius. Forda ferens bos est. Ab alijs Horda appellatur, quadam cognatione literarum: ut hædus fœdus. Inde in Fastis, dies Hordicalia, uel Fordicalia nominantur, quæ nonnulli appellant Fordicidia, quibus Hordæ, siue Fordæ, id est, grauidæ uaccę imolabantur. Colum. lib.6.cap.23.

Forma, est natura transmutationum effectiua.

Formica, est pustula parua: seu pustulæ quæ egrediuntur in summitate cutis, ex quibus sæpenumero oritur apostema purum, id est, inflammatio, seu herysipela. Cuius duæ sunt species: scilicet, ambulatiua, uidelicet, quæ ambulat sine corrosione: & corrosiua, quę ambulat cum corrosione.

Formica miliaris, est parua pustula, in colore & paruitate milij. De generatione earũ require cõment. Chirurgorum.

Formicatio, seu Formica, extuberatio quædam est in summa cute, parua, callosa, rotunda, latissimis radicibus inhęrẽs, quæ in perfrictionibus punctionũ quarundam morsionibus, formicę similium sensum exhibet. crebrò in manibus exoritur. Curam eorum require ex Paulo libro.6.cap.87.

Formicans pulsus. Lege, Pulsuum differentiæ.

Formix, malignum adeò ulcus, ut ex remedijs etiam quæ congrua uidentur, irritetur potius, quàm mitigetur, & in sanas partes depascẽdo uagetur. Sunt qui Cancrum esse putent. Manardus Ferrariensis Phagedęne speciem facit: cui & libenter subscribimus.

Fornacum terra quæ, uide apud Dioscoridem lib.5.cap.169.

Fortitudo. Lege, Nerui augmentant.

Fortis herba, à uehementi odore. Alias Sortis dicitur, Consolida item Saracenica, à Saracenis inuenta. Teut. Heydnisch wunt kraut.

Fortuna, est caussa per accidens agentium secundùm propositum, eorũ quæ rarò eueniunt, & alicuius gratia. Arist.

Forunculi, græcè, φάγυθλα, tumidi quidam in corpore abscessus.

Fossas ueteres tergere. Verrens Flaccus, Iurispontificij peritissimus: quia ferijs tergere ueteres Fossas licebat, nouas facere ius non erat, festiuiter dicere solebat, Ferias idoneas magis uiduis esse, quàm uirginibus ad nubendum: tanquã Fossæ ueteres sint uiduæ, quas feriatis diebus tergere fas esset. Col. lib.2.cap.22.

F R

Fracessere, id est, emollire, & cõalescere in fracium similitudinem.

Fracescere dicuntur oliuæ, quæ collectæ, caldore & uetustate putrefiunt.

Fraces, oliuarum sunt carnes: & inde fæces à Veteribus olei dictæ. Barbarus Ricini etiam carnem interpretatur.

Cum Fracibus. Sicut floces prisco uocabulo significant uini fæcem, è uinaceis expressam: ita Fraces ex oleis. Plinius dixit, Fraces esse carnes oliuarum, & inde fæces. Oleum, ut inquit Cato, quàmdiu in amurca & fracibus erit, tàm deterrimum erit. Hinc uerbum factum uidetur Fracessere: quod est, fracibus resolui, corrumpiq́, atq; putrefieri uetustate. M. Varro, Olea lecta si nimium diu fuerit in

rit in aceruis, caldore fracescet. Itē. Hoc de quo fit oleum, cōgeri solet aceruatim per dies singulos in tabulata, ut ibi mediocriter fracescat. Columella lib. de Arboribus, cap. 14.

Fractio, in magnas partes diuisio est, atq; distractio.

Fractura in osse, dicitur græcè ἀπάγμα, in neruosis fibris σπασμὸς, in musculis uerò hulcus & ruptio. Gal. 6. Me.

Fracturarum ossium in capite differentiæ sunt octo. Ruptio, Incisio, Engisoma, Ecpiasma, Camarosis, Aposceparnismos, Apagma, Thlasma. Nonnulli Thlasma inficiantur, Apechema autem ruptioni supponunt. Ruptio, est ossis in tercisio in superficie: quę recta est, aut angusta, aut lata. Incisio est ossis excussio, quando affectum os minimè ruptū est. Engisoma, est ossis discissio, quando id quod in imum subsedit, & ad os non affectum transcendit. Ecpiasma, est ossis multiplex incisio: & ossa ad imum extenduntur & descendunt, & menyngem membranam frangunt. Camarosis, est ossis discissio, quùm ossis fractura utrinquè, ut camaris ossis assimuletur. Aposceparnismos, est ossis eiusdem abscissio cum uulnere. Apagma, est ossis præcisio in superficie apparens, uel ad imum pertingens, descendensúe in partibus ruptioni appositis. Thlasma, id est, fractio, est separatio caluariæ in profundū circa fracturam: fitq; in puerili maximè ætate. Cognosces apertè in uasis stanneis, si quid contingat, aspexeris.

Fragariam herbam, Tragus Triphyllon, seu Trifolium uocat, à foliorum numero. Teut. Erdbörkraut. Dicta Fragaria à frago, id est, odorem reddo.

Fraginosa, Coniza, apud Dioscoridē lib. 3. cap. 135.

Fraxinella, Secacul secundùm Mainardum Epistol. lib. 5.

Fraxinula, siue Fraxinago, herba dicitur: Veteribus nusq; dicta, quod equidē sciam. Mauritania uel hanc, uel similem fraxinulę Secaculim appellat, in compositione ad Venerem excitandam quæsita adhibitam: radice candida & nodosa: flore uiolaceo, ferè inter candidum et nodosum: semine rotundo ut iuniperi: folia inter pinum & fraxinum. Non desunt tamen qui Secaculim ex India tantùm inuehi putent, notis quas modò exposui. Quandoquidèm Fraxinago hęc, quę in nostris habetur manibus, inefficax, & infirma sentitur ad medicinam.

Fraxinus, Eschbaum. Græcè μελία, uel milea. Trinodemquè cognominant: quia ramulos habet prægrandes, ordinatos, paresq; numero: quod genus arborum Græci ἀξιολογώτατον, ut quidam interpretantur, id est, egregias appellāt. Copiosissima, procera, teres. Fructificat æstate. Lasius depingitur à Plin. lib. 16. cap. 13. lib. 24. cap. 6. ab Dioscorid. libro 1. cap. 110.

Fremium, id quod Græci uocant Anemonem. Cæterum de Anemone Dioscor. libro. 2. cap. 195. Plinius lib. 21. cap. 12. Trago, Marien röslin.

Frænum lachrymarum, uocant neruosam carnem quæ spiramentis nasi interiacet: quoniā eo uelut obice ab exitu repellitur, ac uelut suffrænatur humoris illuc deflua abundantia, cogiturquè in nares delabi. Quòd si abscindatur, aut casu minuat, perennis fit lachrymarū fluxus.

Fressæ, id est, contusæ, ut palmæ abiectis fressæ.

Friare, id est, manu terere: medicū uerbum, longè uetustius quā terere. Item,

Friare, quod & infriare dicitur, est in puluerem redigere, & minutim digitis terere, atq; inspergere. Vulgò dicūt Pulberizare. Columel. lib. 8. cap. 5.

Friatio, in quascunq; partes, sine discrimine diuisio, & quę duabus plures sunt. Friabiles sunt, lapides, glacies.

Frictio, ἀποθεραπευτική, latinè recuratoria. Hæc cum plusculo oleo administrata, simul pinguediue, humectat, & solidas emollit, & quæ in meatibus conti-

nentur, euaporat. Galenus.2.de ualetudine tuenda. Vocatur & præparatoria frictio.

Frictionis differentiæ apud Galenum 2.de sanitate: καρσίον, id est, trāsuersum, σιμόν, idest, simum, πλάγιον, id est, obliquum, λόξον. τρίψις, καὶ ἀνατρίψις, folio.162.

De Frictione, uide Cels.lib.2.cap.13.

Frigoris uis excoquit. Idem est effectus frigoris, & caloris: iuxta illud Maronianum. Penetrabile frigus adurit. Consimiliter Lucanus. Vrebant montana niues. In hanc sententiam Palladius. In utraq; pastinatio decoquetur beneficio algoris & solis. Columel.lib.11.cap.3.

Frigidiora membra in homine, pilosa, chondros, chartilago, mēbrana omnis, quæ & ὑμὴν.

Frit, sic uocant id quod minus est in spica quàm granum.

Frondis recto casu apud Serenum legitur pro frons. Prodest præterea cū Baccho Persica frondis.

Frons, anterior capitis pars supra supercilijs, capillis carens, & glabra, ab aure ad aurem extenditur.

Frons interdū pro ramo ponitur. Propriè tamen dicitur id, quod ipse ramus circumquaq; producit, multa interdum folia habens, & nonnihil corticis: ac ueluti cauliculi.

Fructus dicitur, quod carne & semine compactum est. Frequenter tamen pro eo, quod inuolucro, perinde quasi carne & seminio cōactū est, accipi solet. Ruel.

Fruges primùm repererūt Gnosij. Solinus cap.16.

Frutex uocatur, quod ab radice, caudice multiplici, ramosumq; sese attollit, ut rubus, & paliurus. Theophrastus libro primo. Plin.lib.15.

Frutex item qui ad iustam arboris magnitudinem non assurgit.

Frutices quidam in mari Ligustico lapidibus duriores. Multa de his Solinus capite.8.

Frumentaria gustamenta, quæ ex frumento fiunt.

Frumentum græcè σῖτον appellant, quicquid scilicet ex se aristas mittit; maximè quidem triticum: sed iam tùm tritico, tùm hordeo, tùm zea uescuntur. Appellationem uerò ad plura extendētes, Cerealia quoq; semina appellata, connumerant lentem uidelicet, fabam, lupinū, cicerculum, panicum, milium, pisum, fœnumgræcum, auenam, tipham, ciceram, & id genus alia. Galen.libr.1. de ratione uict.acut.morborum.

Frumentum, ut autor est Varro.15.diebus in uagina est.15.floret.15.arescit. Post florem crassescit, inquit Theophrastus, maturaturq; intra quadragesimū diem: tùm tardissimè octauo à satu mense plurima parte metitur.

F V

Fucus marinus, Alga marina, quid sit, uide apud Dioscor.lib.4.cap.101. Teut. Somkraut.

Fuci, sine aculeo imperfectæ apes, nouissimęq; dicuntur à fessis & iam emeritis inchoatę, serotinus fœtus, & quasi seruitia uerarum apum. Plin.lib.11.cap.11.

Fuga dæmonum. Vide Perforata. S. Johañs kraut.

Fulgetra, est spiritus ignitus & coruscans, cùm nubes dirumpitur: quem tonitru antecedere solet, cùm tamen post ipsum fiat.

Fulgor fixus, est extensio longè porrecta, & loco permanens, & tanquàm pro fluuium syderis. Vel,

Fulgor, est ignis collectio, qui in aëre exarsit: per cœlum ille quidem aut iaculari specie trāsmeans, aut uno loco fixus.

Fulmen uocatur, si quod fulserit, ad terram usq; cursum illisum sit. Sin semiustum quidem, sed uniuersum tamen, uiolentumq; incubuerit, πρηστὴρ, hoc est, accensus Turbo dicitur. Quòd si prorsus ignis nihil interim ceperit, τυφὼν uocatur: qui est uertex procellosus, & euerberans. Horum quicquid in terram impetu

petu decubuerit, σκηπτός, id est, Fulmen nominatur. Qui ψολόεις dicitur, cùm fuliginem contraxit: ἀργής, si raptim emicuerit: ἑλικίας, si lineati specie confirmatus est.

Fuluus color, ex omnibus maximè lucet, Teut. Goldtfarb / quem multa iactant. Orichalcum in primis, Aurum, ipsæq; etiam Stellæ. Serenus. Quas non extinguunt uenti, non nymbus aquosa Nube cadens, celsa semper sed luce coruscant. Quare Tibullus propriè sydera Fulua appellauit. Est & aureolæ species arenæ, quam Fuluam dixit Vergilius: & genus quoddam aquilæ, ab Aristotele maximè celebratũ, colore etiam Fuluo. Qui si obtusus quodammodo est, atquè obscuratus, uocatur Rauus. Iamq; sic Horatius Lupam appellauit, cuius colorem noto magis uerbo plærique omnes Fuluum dixerunt. Tradunt aliqui Rauos oculos, quos in cane & ariete laudat M. Varro, inter cæsios esse & flauos. Ornat sæpè color hic Flauus uirginum ac puerorum capita: atq; in maturis frugibus semper elucet: necnon pro pulchro frequenter positum uidemus. At Luteum nihil æque ostentat ac flos Calthæ, & Genistæ, ouiq; etiam uitellus. Croceo est hic perquàm similis, sed lucidior aliquanto: ab antiquis Flammeus quoq; dictus. quoniam eo Flaminis uxor Flaminica utebatur. Potest hoc loco Pallidus poni, ac Luridus: mortui color est hic horribilis, ipsiusq; mortis, ut Poetæ dicunt, & Plutonis. Ille nonnunquàm uel gratus in homine, atq; amabilis.

Fulica, græcè φήνη, quam & Ossifragã uocant, ingens auis, pullos aquilæ ante tempus exclusos nutrit. autor Aristot. et Ambrosius lib. Hexam. & Ælianus.

Fuligo, & Fumus differunt: quia fuligo uapor est terrestris, Fumus mixtio quædam ex terrestri aqueaq; substantia, Galen. 8. Method.

Fuligo qua pictores utuntur, ex uitrarijs officinis colligi solet. Dioscorides libro. 5. cap. 173.

Fuligo liquidæ picis, fit è pice cremata.

Fumaria, uel Fumus terræ, Capnos Dioscorid. libro. 4. cap. 111. Taubenkropff. Dicta, quod succus eius oculis inditus, uelut fumus mordicet.

Fumus, lignosi corporis exhalatio. Aristo. 4. Meteo. Lege, Fuligo, & fumus.

Fumalis candidus, id est, Cereus albus, uel ex cera candela alba. Primus hanc Cornelius succendit, è senatu domum rediens: tanta uerecundia, ut non prius accendi pateretur, quàm tota curia è foro discessisset: quia cęteri aut laterna, aut triuiali cera deducebantur.

Fungus, à funere deflectitur, ut quidã uolunt.

Fungi græcè uocantur μύκητες. Sunt qui γηγενεῖς, id est, ex terra genitos appellent. Nuncupantur ab eisdem & Myce, genere masculino.

Fungorũ differentiæ multæ apud Dioscor. lib. 4. cap. 86. Plin. lib. 22. cap. 22.

Funis pauperum, Volubilis, Wynd.

Funis brachij, uena dicta, quæ inter auricularem, & minimum digitum intercurrit: quam Arabes uocant Sceilem.

Furfur, Porrigo. De qua lege in dictione Pityra, uel Pityriasis.

Furnus color. Lege, Ater color.

Furunculus, palmes est iuxta palmitẽ, custos nuncupatus, qui est uerrucæ magnitudine. Colum. lib. 4. cap. 24.

Furunculus etiam græcè δοθίην, tuberculum est acutum cum inflammatione ac dolore, in carnosis maximè partibus, Galeno prouenit ex humoribus crassis. Differt à Phymate, quod maius est Furunculo, rotũdius, atq; planius. Serenus

Cũ sanguis nimius puri cõmiscẽs atroci
Æstuat, et papulas altè sustollit acutas.

Furni campanici, id est, clibani, quibus passim utuntur officinæ, ex floribus, herbisq;, subiecto igne exsudatum ignẽ colligentes. Teuton. Dystillier ofen / oder Brennofen.

Fuscus color. Lege, Ater.

Fustinum. Vide, φύσιν.

Fusus Agrestis. Atractylis herba apud Dioscor. lib. 3. cap. 106.

G A

GAbalium nostro orbi tantùm nomine cognitum. Nascitur in Arabia cum Casia & Cinnamomo. Plinius libro duodecimo, capite. 21.

γάκος, uellus. Aliàs, suauis, dulcis.

Gados. Lege, Onistos.

Gagates lapis qui sit, & ubi reperitur, uide apud Dioscor. lib. 5. cap. 137.

Gaioli, & Lagunculi, dulciarij panes: à Gaio & Lagunculo pueris.

Galaadites lapis nascitur in Arcadia: cuius uirtutes lege apud Solinũ cap. 12.

Galacion, idem quod Galion apud Dioscoridem lib. 4. cap. 97. Verùm Trago Matrisylua dicitur, Teut. Waldtmeyst er/ Hertzfreüd/ Leberkraut.

Galactis, Tithymalus apud Dioscoridem lib. 4. cap. 168.

Galactites lapis appellatur, quod lacte um reddat, & ex uno colore lactis est, Dioscor. lib. 5. cap. 141.

Galactobdalon, apud Plin. lib. 27. capite. 9. id quod Galeobdolon, & Galiopsis apud Dioscoridem libro. 4. cap. 96. Daub Nesselen.

Galactopotæ, id est, potores lactis, & lacte uictitantes. Græcè γάλα, dicitur lac. Suidas. γαλακτοπώτης ὁ γαλαπίνων, id est, Galactopotes est lac bibens. Columella lib. 7. cap. 2.

Galaxia, lapis Morochthos, de quo uide apud Dioscor. lib. 5. cap. 143.

Galbanum, succus est nascentis in Syria ferulæ, quod nonnulli Metopiũ uocent. Dioscorides lib. 3. cap. 96. Plin. lib. 12. cap. 25. lib. 24. ca. 5. Stragonitin uocãt.

Galbæ, ut ait Suetonius in Galba, animalia sunt exilia, quæ in æsculis nascuntur. Lege, Psenes.

Galbuli, Cupressi nuces, & coni.

γαλῆ κατοικίδιος, mustela domestica & uulgaris.

Galeacius, cui cognomentum de S. Sophia, scripsit commentarios in nonum librum Rasis ad Almansorem, qui in manibus habentur. Ex albo Barbarorum & Neotericorum.

Galena, siue Molybdena, Glantz vnd Bleyertz/ auch Bleyschweyff. Vide, Molybdena.

Galene, græcè γαλήνη. Theriaca.

Galenia. Vide, κορυδαλλός.

Galenus Pergamensis, Medicorum princeps & primarius. De quo uaria passim apud Autores lege.

Galenus degens adhuc Smyrnæ, Pelopis audiendi gratia, qui secundus post Satyrum Quintum, discipulum præceptor inibi elegit. Anatomice libro. 1.

Galeotarum, piscium capturam & uenationem, lege apud Strabonem libr. 1. folio. 18.

Galerion, apud Dioscor. Galion herba, lib. 4. cap. 96.

Galerita, auicula parua, apicem in uertice pauonis modo gestans. Diosc. lib. 2. ca. 59. Teut. Wassersteltz. Sic Latini uocãt Gallica uoce Alaudam, Græci κορυδὸν, καὶ κορυδαλὸν, καὶ σκόρδαλον appellant. Item κορυδαλίδα: omnes à galero, siue Galea. Nam et ἐπιτυμβίδιον Theocritus, ceu τύμβον, hoc est, sepulchrum patris sui in capite gerat. Cuzulam Græcum uulgus nominat. Nota est apud Aristophanem Comicum fabula: primam uolucrũ fuisse Galeritam, priorem quoquè terra defunctum ei patrem, cùm humari non posset, nondum enatæ humo, conditum in uertice. Nota aliàs auis, nusquàm non obuia, etiam in delitijs habita diuitum, quas infensas sibi habent initio septembris magna obseruatione. Figura ab passeribus non differt, nisi quòd passercristam nõ gerit. Significat & alia κορυδαλίς, nempe herbam Capnon. Vide & Gellium de Galerica. Dioscor. lib. 2. Plin. lib. 10. cap. 49.

Galion, idem quod Galiopsis, Vrtica mortua,

mortua, apud Diosc.lib.4.cap.97. Teutonicè, Megerkraut/Wegstroe. à spissandi lactis similitudine dicta.

Galiopsis, Vrtica Labeo. Dioscor. lib. 4.cap.96. Teut. Daub Nesselen/ Bynsaug/Hanenkopff/Honigbblům.

γαλιόψις, ἢ γαλιόβδολον, Officinis Scrophularia maior, Ficaria, Millemorbia, Castrangula. Teut. Braunwurtz/ Sawwurtz/grossz Feigwartzēkraut. Diosc.lib.4.cap.95. Dicta, quòd mustelæ aspectum flores referant. capitis præcipuè. γαλῆ enim mustela est.

Galla, fructus est quercus. Aliqua ὀμφακῖτις appellatur, parua quidèm, sed torosa, solida, nullo foramine peruia. Altera plana, leuis, perforata. Eligi debet Omphacitis. De Galla plura Dioscor. libro.1.cap.148. Plin.lib.16. cap.7. Theophrast.lib.3.cap.6.8.9.

Gallephos, Vrtica, uel Acalyphe. lib. 4. Dioscor.95.

Gallia muscata, describitur ab Nicolao inter Electaria confortantia, et preciosa.

Gallicus, ad sinistrum flans circa septentrionem. Vitruuius.

Gallinaria. Quæ græco uocabulo dicta sunt Ornithrophia, & Ornithoides, nūc latina uoce appellantur Gallinaria, uide licet, stabula gallinarum & receptacula. Columel.lib.8.cap.3.

Gallinago, Gallinella. lege, Scolopax.

Gallus, & Gallinaceus. uide Plinium libro.10.cap.21.

Gallos gallinaceos, ἀλεκτρυόνας, καὶ ἀλέκτορας Græci uocant: quia uidelicet nos à lecto exsuscitent. Gallinas uerò ἀλεκτορίδας, καὶ ὄρνιθας. Aristophanes Alectoras qui mares sunt, Alectriēnas, quæ fœminæ. Alectronas uerò utrumquè continere. In Comœdia nubiū, inuenimtur & pro maribus alectorides accepti, ut inquit Athenęus. Sed & iubas, & capillū Græci ἀλεκτορίδας appellant. Et Persæ suos quoq; ceruos hoc significant nomine.

Gallina. De Gallinaceis, & eorum iuuamentis, Dioscorid.lib.2.cap.52.&.53. Plinius libr.37.cap.10.lib.11.cap.7. libro 29.cap.4.

Gallinarum multa genera Barbarus ibidem in Corollario distinguit. Sunt enim Cortales, & Villaticæ, siue ut ipse uocat Cortalles. Item Rusticulæ mansuetæ.

Gallinago, colore Attagę, rostro oblongo, cursu celeri: hominem maximè diligit: capiturq; inter sepes hortorum, & uinearum, uulgò Gallinella. Ælian.

Gallinarum iuuamenta, & Gallinaceorum, lege apud Dioscor.lib.2.cap.52.

Gallion, γαλλέριον, γαλάτιον, Germanis, Vnser Frawen weg/ whal/oder Bettstroe. Sic dicta, quòd uim spissandi & cöagulandi lactis habeat. γάλα, lac.

Gangamum, ambientem locum uocāt uentris: quia fit ibi neruorum implexio sagenæ modo: quam etiam γαγγεμόνα uocant. Aliâs Gangamon, locus uidelicet qui mesampholio, uel umbilico circumtectus est.

Gangæ, apud Germanos Anseres minores & candidiores dicebantur olim. Plinius lib.10.cap.22.

Gangitis, græcè γαγχῖτις, nardi genus: sic dictū à fluuio Gange, apud quē nascitur montem præterfluente. Dioscorides lib.1.cap.6.

γάγγλια, capitis ulcera sunt, & tubercula. Celsus lib.7.cap.6. Sunt qui diffiniunt, neruorum præter naturam concretionem, & in naturam reliqui corporis translationem. In brutis, præsertimquè suibus, antiquiores Glandia, & Glandulas dixerunt, suauitate in illis, quàm reliquis partibus deprehenso sapore: in hisquè factas inflammationes Græci φύματα, Latini Panos dixerunt. Et si Galen. quoq; solam inflammationem βουβῶνα, id est, inguen dixerit: φῦμα, suppurare incipientem.

Ganglion, nerui cōcretio, quæ ex ictu, aut defatigatione in nodo manus, aut talo, locisq; quæ articulis mouentur plæ-

runq; in alijs nõnunquàm putridis corporis etiam accidit. Paulus lib. 6. cap. 39.

Gangræna, est mutatio cuiusuis coloris secundùm naturam in colorem alium: aut mortificatio cum exulceratione, aut sine ea. Fit autẽ Gangrena, uel phletora præcedente & mortificatione, uel phlegmate ex manuum operatione. Teste uerò Galeno, est corporis à naturali habitu in alienum naturæ mutatio, uitq; què in ea parte priuatio: quàm ille à cadaueris forma νέκρωσιν quoq; uocat. Fitq; hoc malum, teste Paulo, cùm nec suppurauerit inflammatio, nec discussa medicamẽtis fuerit. Ea particula corporis, cùm iam prorsus mortua est, adeò ut præcidi opus habeat, Sideriiis, & Sideratio uocatur. Vide Siderationem.

γάγγραινα, cancer morbus. Teut. der Krebs. Caro emortua ex ulcere, uel inflammatione. Galen. appellat tumorem ingentem membrum aliquod afficientem: cui nisi succurratur, ad uicina serpit, inficitque.

Gangitis, id est, Engangis, uel Gagathes lapis preciosus, cuius meminit Dioscorides lib. 5.

Gaphagæ, Siculorum lingua, uermes terrestres.

Gapyras, caprarum recrementum.

Garab quid sit, lege, Coruus.

Gargarismus quid sit, expressit Serenus, cùm inquit. Atq; palato agitat pariter, retinensquè, uomensq;.

Gargarisationes aut leniunt, ut lac, cremor, uel ptisanæ, uel furfurum: aut reprimunt, ut aqua lentis, rosæ, &c. aut euocant, ut sinapi, piper.

Gargathum, ueteres lectum uocabant in quo mente detrij, & spiritibus afflati inmundis, uincti distinerentur, uersarenturquè.

Garyophyllon in India piperis grani simile, grandius, fragiliusq;. Tradunt in Indico loco id gigni. Vide in Plin. lib. 12. ca. 7.

Garyophyllatũ, ab Garyophyllis dictum comperio apud Nicolaum.

Garrus, latinum non habet nomen, ut autor est Ausonius Poeta, qui liquamen sociorum appellauit.

Garũ, differt à Muria, & Alece: quòd Garum est ex extis scombri, & quondã Gari piscis fiebat: Muria ex Thynno ferè. Quanquàm Muria Catoni, Palladio, & Columellę nõ liquamen ex piscibus, sed salsilaginem facticiam ad caseos condiendos, uinaq; significat. Alex, Gari potius ipsius fex. Habetur & Halme, latinè Salsugo dicta, & Salsilago apud Diosc. & Plinium. Quanquàm in medẽdi usu, Salsugo hæc à Muria nihil differt. Item ἁλὸς ἄχνη, hoc est, ramentum quoddam salis atq; spuma: cuius mentionem apud Latinos, in Plinio certè comperimus. Subindè & Oxalme appellata: quod ex aceto & sale fiat. Nam Gari genus acidi, Oxygarum appellatum, ipso nomine significat. Columella Oxygarum Moreti quoddam genus facit, & Oxyporum quoq; dici posse uult. Sunt et medicis sua Hydragora, Oenagra, & Elęogara. Alioqui Elęogaron & ferculi genus erat delicati, quod Gybariticum, missum in cœnis appellabãt: quoniam Gybaritæ quo anno id ganeæ inuenissent, perijssent. autore Spartiano. Legimus & Oxylaparon genus esse iuris, in quo Raiæ, ac cęteri eius naturæ pisces mandi solent. Item,

Garus, et Garum dicitur, à Garo pisce, ex quo olim conficiebat: postea ex Scombro pisce: nec liquor ferè ullus, prẹter unguenta, maiore in precio erat. Græci optimum genus Gari putant, quod αἱματεῖον, hoc est, sanguicolum appellant, ex intestinis thynni, cum branchijs, sanie, & cruore. De Garo Diosc. lib. 2. cap. 31. Est autem liquidum id, quod aquę modo fluit & supernatat, nedùm in piscibus, sed in animantium etiam carnibus, quod ex eorum salsura exudatum, siue exinanitum fluit. Austr.

γάρος, item putredo, σηπεδών, marcedo, caries.

Gastromantia, ex Amphora diuinatio, quæ

tio, quæ à puero solet inspici, etiam apud ueteres. Hoc Cicero fortaßè intelligit, in libro de Diuinatione, cùm dicit auspicia militum per acumina. Nisi de lapide Siderite intelligat: cuius est ea uirtus, teste Orpheo de Lapidibus, ut noctu uelatus ad lucernam, expiatis mente, introspicientibus moueri, responsaq; dare uideatur. Est & fons apud Ægienses in Achaia, teste Pausania lib. 7. Templum Cereris: ubi fons, in quem peracto sacrificio introspicientes, in morbo uident ualetudinis euentum.

γαστροκνήμιον, id est, cruris uēter. Nos Surā appellamus: posterior cruris pars.

Gasteres, Rapæ, lingua Lacedæmoniorum: apud Nicandrum Braßica.

Gatale, Astragalus. Diosc. lib. 4. ca. 65.

Garho, lingua Aphrorum Cicerbita.

Gazella, Capręa illa quę moschū edit, nobile illud odoramentum: si Hermol. Barb. credimus. Lege, Moschus.

☞ G E

Gehar, uitiū uisus, uel uidēdi impotentia: quod fit ex paruitate spiritus uitalis, & extensione musculi oculū mouentis.

Gelasini dentes, uel Cienes, dētes quatuor anteriores: sic dicti, quòd inter ridendum retegantur.

Gelatina, conditurę genus.

Geleniabin, mel rosatum, colatum.

Gelgos, nuclei alliorum.

Gelotopæus, qui risum alijs excitare (nouit.

Geminalis, Orminon græcè, herba amara, nigra, cumino non absimilis. De qua Dios. lib. 3. cap. 136. Plin. li. 22. ca. ult.

Gemæ, quę in palmitibus turgēt internodia. Teut. Broßlen. In uite Oculus.

Gemæ multæ & copiosæ in Ponto. Solin. cap. 23. atq; inibi de Gemis quædam.

Gemelli quomodo gignantur. Lege apud Autores suos.

Generatio, est substantialis formæ in aliquo acquisitio.

Genicularis, Lychnis coronaria, apud Dioscor. lib. 3. cap. 113.

Geniculata, Secacul, secundùm Mainard. lib. 5. Epist.

Geniculum, quod in harundinibus turget, internodium. Sic geniculatæ uites appellantur, quæ nodis quibusdam interstinctæ protuberant, rotundæ & leuiter capitulatæ.

γένειον, mentum.

Genistam Latini uocant: quia fortaßè genu modo flexilis ad nexus sit, & ligandis ideò uitibus idonea: uel quia genubus medeať dolētibus. Ruel. Lege, Spartæ. Teut. Pfrymmen/Genist. Est autem Spartium. Diosc. lib. 4. cap. 160.

Genistellam uocant, quòd Genista exilior et humilior sit. Teu Erdpfrymen/ Kleyn Streichblůmen / Stechende Genist. Differentem uerò à Sparto, ponit Fuchsius.

Genitura, ἀπὸ τοῦ σπέρματος, id est, semine differt. Nam Semen in seminarijs adhuc meatibus est. Genitura uerò, quod aut nondum in meatibus transijt, aut necdum excretum est. Ita Semen in his etiā dicitur, qui per ętatem nondum generare poßunt: Genituram uerò semen nondum concoctum. Austr.

Genistilla, Amerina. Lege, Amerinas

Genitura, & Semen differunt. (scop.

Lege, Semen differt à genitura.

Genitura Heròis, Polygonū. Diosco. lib. 4. cap. 5. Weggraß/Wegdrett.

Genitura Titani, Sideritis, apud Dioscor. lib. 4. cap. 36. Trago, Scharlach.

Genicularis, Lychnidis herbæ flos, apud Paul. lib. 3. cap. 24.

Genitalis, Xiphion, apud Dioscorid. lib. 4. cap. 23.

γένυς, gena, gula. στόμα, mandibula, maxilla.

Gentianam inuenit Genitius Illyriorū rex: unde nomen reportauit. Teut. Encian/Bitterwurtz.

Geodes lapis, ex argumento sic dictus, quoniam complexus est terram. Vide Diosc. lib 5. cap. 160.

χιώδη χωρία, in Re rustica Veteres dixerunt eas Agrorum partes, quæ nullos habent terræ mixtos lapides, sed so-

Iam terræ profunditatem.

Geomantia, quæ ex incertis quibusdã in harenam, uel puluerem, uel ut hodiè habet eius usus, chatarrum, uel tabellarum signis, omnium ferè rerum euentus prędicit: quam uanam esse clamant Theologi: ego respondere etiam euentus uidi, & expertus sum.

γεράνδρυον. Lege, δρῦς.

Geranium, Rostrum ciconiæ appellatur, Teut. Storckenschnabel. à gruini pedis similitudine uocatum, quę summo eius plantæ capitulo inest. Sic recentioribus Ciconiæ rostrum appellatum. Eius genera pulchrè describit L. Fuchsius in Herbario suo, cap. 76.

Geranogeron, Geranion, apud Diosc. lib. 3. cap. 129.

Geranopodion, Lychnis coronaria, apud Dioscor. lib. 3. cap. 113. Kornblům en allerley farben / Garten röβlin.

Gerardus Subuoletanus, Auicennæ libros conuertit ex Arabico: uerùm an primus id fecerit, ignoro.

γεραοπώγον, apud Nicandrum fortasse id, quod apud Diosc. τραγοπώγον.

γῆρας ὄφιος, senectus serpentis, id est, serpentis exuuiæ.

Germinatio, partus grauedo, Educatio in factu est.

Gerontopogon, herba senis, siue presbyteri barba, Tragopogoni ferè similis: nisi quòd lacte manat, & radice amara est, non dulci.

γῆς ἀστὴρ, terra Samia. Sic enim met interpretatur Cœlius Aurelianus.

γῆς ἔντερα, uermis terrestris.

Gessampini, arbores ferentes lanugines, ex quibus uestes fiunt. Plinius libr. 12. cap. 11.

De Gestatione uide Cels. lib. 2. cap. 14.

γεύρων σύσρεφαὶ, neruorum pręter naturam distentiones, quæ in corpus creuerunt.

Geum, herba similis Meo, uel Meu athamantico apud Plinium: quanquàm sint plurimi codices, qui Gethin habeant, non Geum. Vide Barb. in Coroll. Meu, apud Diosc. lib. 1. cap. 3.

G I

Giagones, buccarum musculi.

Gibbos solet Hippocrates nominare, quos nunc omnes homines Conuexos appellãt. Nam & ferè eis est spina in parte posteriore conuexa. Conuexio igitur apposite dicitur, cauum gibbo, gibbo re gibbum.

Gibber, quod est in dorso tumẽs. Hofer.

γίγαρτα, significat id nomen Medicis, acinos uuæ, aut etiam mali punici: sic uerò conterentes rustici uocabant. Meminit Aristophanes.

Giluus color. Lege, Rufum colorem.

Gingiberis, Ymber. Diosc. li. 2. ca. 177.

Ginos, Hippuris altera, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 5.

γιγγίδιον. Lege, Lepidium.

Gingidion (ex etymo nominis Bisacutum) Pfefferkraut / olus, in Syria & Cilicia plęrunque nascitur, herbula syluestri pastinacæ similis, tenuior, & amarior: radice parua, candicante, amœna. Vnde prouerbium. Multa Syrorũ olera. Sed hodiè peregrinũ regionibus in nostris, si Plinio & Dioscoridi credimus. Quidã hodiè falsò pro Fumaria, uel Capno interpretantur. Vide Dioscoridem lib. 2. cap. 154. Plin. lib. 20. cap. 5.

γίννοι, ab Aristotele appellantur equi pumili: non alia ratione, quàm maris et uteri uitio.

Gis, Hippuris. Dio. li. 4. ca. 49.

γίσσον, quod in supercilijs prominet.

Gith, Dioscoridæ Melanthion lib. 3. capite. 92. à nigredine seminis nomen traxit. Latinè Nigella. Teut. Ratten.

Gizer. Lege, Casia.

G L

Glaber, Glabra, Glabrum, depilem significat. Hinc Glabella fœmina decenter dicitur Apuleio, cuius corpus est lęuigatũ, politum, nulloque pilo hispidum. Columella libro septimo, capite tertio. Hinc et uerbum Glabrescit, id est, fit glabra, & polita, leuigataque. Columella libro

libro secundo, cap. 20.

Glabrentia loca dicuntur, quasi caluentia: quæ & Glabreta nuncupant, sine stirpe, sine stipula, sine frondibus, ut hominis caluitium sine capillo est. Græci consimiliter loca nudata fruticibus Phalacras uocant: à quibus φαλακρὸς dicitur caluus. Vnde phalacrocaraces dicti cor ui aquatici, caluitio monstrabiles. Caluescere de arboribus quoque usurpatur. Columella. Sæpè nouella castaneta caluescunt. Vinea caluata dicitur Catoni, Plinioque, in qua raræ sunt uites. Columel. libro. 2. cap. 9. Et glabrata, id est, depilata. Columel. lib. 12. cap. 52.

Glabreta. Vide, Caluata uinea.

Glacies, est aqua conferta, à serenitate compactilis. Aristot. de cœlo.

Glaciola, Iris.

Gladiola, Xiphion, apud Dioscor. lib. 4. capite. 23.

Gladiolus, alio nomine Iris syluestris. Dioscorides libro. 4. cap. 25. Vide. Iris syluestris.

Gladiolum quidam etiam interpretantur folium Narcissi: quòd formam gladij habeat.

Gladiolus, Iridis cognomentum, idque adeò à figura: pugionis enim atque ensis ἀκόντα gerit. Est & priuata eius nominis herba, cuius in quarto Diosc. meminit.

γλάμαι, oculorum uitia sunt. Latinè, Gramæ.

γλάμων, lippus, qui uitiatis & immundis est oculis.

Glandula, Astragalus, apud Dioscor. lib. 4. cap. 65. Erdnotzen.

Glandulæ, morbus faucium, ob quandam similitudinem glandis. Vocant & Tonsillas, Plinio teste.

Glans, summa pars pudendi uirilis, uocatur per similitudinẽ, à Grẹcis Corone.

Glans, Balanus, Suppositorium, idem.

Glans Hyberica, glans cæteris præcellentior.

Glans Ægyptia, Myrabolanus.

Glans unguentaria, fructus est arboris Myricæ similis, magnitudine auellanæ nucis, cuius nucleus græcarum nucum more humorem reddit: quo ad preciosa unguenta pro oleo utuntur. Dioscorid. lib. 4. cap. 163.

Glanus, uel Glanis, piscis qui auersus mordet hamos: nec deuorat, sed esca spoliat. Lege, Silurus.

Glandularũ in corpore curam, uide apud Gal. 14. Methodi, circa medium.

Glastum. Quomodo errauerit in Glasto Plinius, uide in Commentarijs Nicolai Leoniceni, de erroribus Medicorum. Et Herbarij nostri tomo. 2.

Glastum syluestre, apud Dioscoridem lib. 2. cap. 206.

Glastum, Gualdũ, Glasdum, quid reuera sint, lege in Barb. Corol. lib. 2. capite, Isatis. apud Dioscor. lib. 2. cap. 205.

γλαυκόφθαλμος, glaucus oculus.

Glaucedo, corporis qualitas.

Glaucia, Chelidonia. Dioscor. lib. 2. capite. 200. Schölwurtz.

Glaucias, pharmaceuticæ sectæ experimentator, siue Empiricus.

Glauciæ cuiusdam herbarij, meminit Plin. lib. 24. cap. 16. plura non lego.

Glaucion, Corniculatum Papauer dictum à quibusdam, haud propriè.

Glauciũ, succus est herbæ, quæ in Hierapoli Syriæ nascitur. de qua plura Dioscor. lib. 3. cap. 99. Plinius libro. 20. capite 19. libro. 27. cap. 10.

Glaucoma, non dissimile Hypochymatis, & oculorum suffusioni, unde aliqui idem uiciũ esse putauerunt. Fit Glaucoma ex mutatione crystalloidis ad glaucum, cùm oculus præter naturam glaucescit. Videtur Auicenna Glaucedinẽ, uiriditatem oculi uocasse. Lege, Exulcerationum quæ in oculis.

γλαυκῶπις, habens oculos cæsios.

Glaux. Cytiso, & Lenticulæ folijs similis, apud Dioscor. lib. 4. cap. 142. Teuto. Creutzblümlin/braun vnd blaw.

Glax, uel Galax, à lacte sic nominata, eadem quæ Glaux, apud Dioscoridem lib. 4.

lib.4.cap.142.

Glena, græcè γλήνη, nitor pupillæ.

γλεύκινον ἔλαιον, Gleucini, id est, musti unguenti confectio. Ita dictum, quòd ex musto conditur, & incoquitur. Græci τὸ γλεῦκος mustum uocant. Græca quoq; uoce dicitur ἀιγλεῦκος, hoc est, semper mustum, quod inter dulcia est. Id euenit cura: quoniam, ut docet Plinius, feruere prohibetur. Hinc oleū gleucinum dictum, ab eo, quod ei γλεῦκος, id est, mustum incoquitur, uapore lento, consumiturq; mustum: cui oleo admiscent etiam odoramenta. Plinius oleum gleucinum memorat inter genera olei factitij: quod nunc quomodo fiat, eleganter Columella præscribit libro duodecimo. cap. 50.

Glico, & ipse Romæ Medicus, sed nebulo: qui custoditus fuit, eo quòd Pausæ mors ante suspecta esset, quasi uenenum uulneri indidisset. Historia est apud Suetonium in Octauio Augusto.

Gliscere crescere est. Vnde Glires dicti, qui somno gliscunt, id est, crescunt, si untq; pinguiores. Glisceras mensas dicebant Antiqui opimas & lautas, quasi glicentes per instructionem epularū. Alibi Columel. scribens de gallinis farciendis, sic inquit. Prima Luna saginari cœpta, uicesima pergliscit. Colum. lib. 2. ca. 5.

Glichon, Pulegium, apud Dioscorid. lib. 3. cap. 34.

γλοιός, id est, ῥύπος.

Glomeramina, pilulæ.

Glomeramina ouis, stercus ouinum.

γλῶσσα, lingua.

Glubere, corticem detrahere.

Gluma, folliculus ille qui ex frumenti recens assurgenti & germinanti caulículo assurgit, cuius tertio, aut quarto genu spica geritur: folliculus grani quod in spica continetur.

Gluten pisciū, uenter est piscis cætacei, Diosc. lib. 3. cap. 101. Teut. Hußenbloß.

Glutinū, ex lapidib. græcè λιθοκόλλα.

Glutinum, siue Gluten, præstantissimū fit ex auribus taurorum, & genitalibus. Egit de Glutinis Dioscor. lib. 3. cap. 100.

γλουτοῦ σφαίρωμα, cotyles in coxa, scribit Eustachius. Ruffus uerò prodidit, Pogas & Gluton à quibusdam pro eodem accipi. Cædi pueros hac parte tradunt: quòd sint nates sensui obtusi, ob cutis crassitudinem, cui insit callosum quiddam & solidius, duriusq; quàm reliquo corpori, præsertim superno.

γλουτοί, lumbus.

Glycea, narium ulcera, apud Paulum.

Glyceraton, Glycyrrhiza, idem. Dioscorides lib. 3. cap. 6.

γλυκύπικρον uocatur, quod dulciter amarum est, apud Dioscoridem.

γλυκύ, uini genus est quod latinè Passum dicitur. Fit autem ex uua quæ diutius in uite solem passa durauit; unde latinè illi nomen.

γλυκυσίδη, Pæonia uocatur, Latinis Casta herba. Teuton. Peonienblūm/ Künigsblūm/Gychtwurtz/Benningen roß/Benedisch roß/ Pfingst roß. Sic dicta Græcè, quòd grana mali punici acinis similia habere uideatur. Pæonia, ab inuentore Pæone, medicinæ peritissimo. Diosc. lib. 3. cap. 158.

Glycyphyton, Glycyrrhiza, apud Dioscoridem lib. 3. cap. 6.

Glycyrrhiza, radix dulcis: quam barbari hodiè Liquiricium uocant, describitur à Dioscorid. lib. 3. cap. 6. Süßholtz. Sunt qui ἄδιψον uocent, quòd sitim in ore retenta arceat.

Glycys ancon, Abrotonon, apud Dioscor. lib. 3. cap. 27. Stabwurtz.

Glycythymus, uictus ratio animū demulcens, ac suaue ingenium.

G N

Gnaphalium, est inquit Dioscor. folijs mollibus, minutisq;: pro tomento utuntur. libro tertio, capite. 131. Dictum à Tomento, quod Græci γνάφαλον uocant, quasi fullonum herba, seu tomenticia. Teutonicè uocatur, Mattenwolle/ Wißenflachß / oder Wißenwolle.

Centunculum dictum, quod centonibus cum tomento maxima sit cognatio. Vocata etiã, Teut. Rhůrkraut/ꝗ mira illi contra dysenteriam insit facultas.

Gnaphalus, apud Aristot. fortaſsè id, quod apud Dioſcoridem Gnaphalium. uide ibidem Barbari Coroll. libr. 3. cap. 131. Sic & Gnaphos.

γνάθοι, buccæ.

Gnaphęus, piſcis nomẽ, Fullo dictus. quoniam omnes maculas decoctum eius eluit. Barbarus in Coroll. Gnaphalij.

γνώμονες, Aristoteli dicũtur dentes iumentorum, quibus deprehenditur ætas.

G O

Gobius, & Gobio, & gręcè κώβιος, Plinius quoqꝫ per c, ſcribit, non per g. Gobios ſaxatiles, ſunt qui Cothones dici putent, Laudauit Martialis in Xenijs.
In Venetis ſint lauta licet conuiuia terris, Principium cœnæ Gobius eſſe ſolet. Dioſcor. libro. 2. cap. 32. Plinius libro. 9. capite. 57.

γολγόσιον, Rapum.

γομφίασις, molarium dentium dolor, dũm ſcilicet erumpũt. γόμφιοι enim molares dentes uocantur.

Gonagra, genuum podagra.

γονατώδεις geniculatus. De herbis autem dicitur nodoſis.

Gonogeonas, Mandragora. Dioſcorides libro. 4. cap. 79.

γονοῤῥοία, feminis fluor ſpermatici. ἀπὸ τῆς γονῆς, quod ſignificat ſemen, & ῥέω, quod eſt fluo. Hæc autem ſeminis excretio inuoluntaria, morbũ ſeminis adfert, cum corporis colliquatione, & calore malo. Fit enim & cole haud quaquàm extenſo.

γόγγυλη. Rapum, Rüb Germanis à figura dicta. Nam quod in rotunditatẽ, uel in orbem circumagitur, Græci γογγύλιον dixerunt. Rapum uerò, quod ex terræ rure, quaſi Ruapa. Varrone teſte.

Gongyliorum uocabulo Hermol. dicit Hippocratem globos puſillos, quaſi pilulas, & catapotia ſignificare: ipſos autem paſtillos, ſiue orbiculos, quib. in medicina utimur, Dactylos appellari. Au ſtr. Vide Rapa.

γόνυ, genu, geniculum, ut in harundinibus internodia ſcilicet.

Gongri, rotunda internodia.

Gordylion. Lege, Teutlon.

Gorgonion, Eryngion, apud Dioſcoridem libro tertio, cap. 25.

Goſſampinus, ſiue Goſsipion, ſiue Xylon, fruticalis è ſuperiore parte Ægypti etiam in Italiam delatus, fructum ferens barbaræ nuci ſimilem, plenam lanugine: nec alterum lini genus eſt quod huic candore, aut mollicie præferatur, quamquàm firmitatis in eo parùm. Huius putant generis eſſe quod uulgò, à pocilli forma, Cothonem uocamus: ſiue à mali ſimilitudine Cotonei, quod in eo gignitur. Id maturitate hiaſcens, lanuginis pilas oſtendit. Folia huic uitium minora. Aliqui Gitonem, à Git, cui ſimilem ferẽ gerit in capite folliculũ, appellant. Teuton. Baumwoll. Lege, Xylon.

G R

Grab, fiſtula, oculi morbus.

Graculi Venetorum Hadriam uaſtãt, ac ſemina iacta abſumunt, niſi occurratur pabulis quibuſdam ad id diſpoſitis. Contra aliã Theſſalijs feruntur, aduerſus locuſtas, quibus ſiint infeſti. Ælian.

Gramen Cilicium, Graminis generis, apud Dioſ. lib. 4. cap. 35. Vide ibi Barb.

Gramen Harundinaceum, uero Gramine maius, apud Dioſco. lib. 4. cap. 34. Idem & Babylonicum uocatur.

Gramen, Agroſtis. Dioſ. lib. 4. cap. 33.

Gramẽ Parnaſi, quod in Parnaſo monte gignitur, apud Dioſc. lib. 4. cap. 35.

Gramen, inter herbas uulgatiſsimũ. Iumentis herba nõ eſt alia gratior, ſiue uiridis, ſiue in fœno ſiccata. Sunt qui & aculeatũ Gramen uocant: cùm in acumine ſint aculei. Gręci Dactylon dicunt: quia digitis medeatur. Colum. lib. 6. cap. 1.

γραμμὴ κυκλοτερὴς, orbicularis linea, uel circulus oculum ambiens.

Grando,

Grando, quam Græci χάλαζαν, καὶ χαλάζιον uocant, collectio est sub cute, buboni, & Ægyptiæ fabę similis, ut ait Pollux, dolorem si tangatur adferēs. Dicuntur & in oculo Grandines, cùm segnis humor circa palpebras coit, sed ita, ut id tuberculum digito huc & illuc impelli posſit.

Grando in oculo, quem uocant Hordeolum.

Grando item porcorum morbus, cùm sub lingua uenulæ uaricosæ fiunt, ac nigrescunt. Teuton. Pfynnen. Aëtius libro.13.cap.120.

Granatum. Vide, Paliurus.

Granum Gnidium, quod aliqui Linū uocant, fruticem uerò Thymelęam, alij Chamæleā, alij Pyros achnon, alij Cnestron, alij Cnecron: est similis Oleastro, folijs angustioribus, gummosis si mordeantur, myrti magnitudine, semine, colore, & specie, foris ad medicinæ tantùm usum. Plin.lib.3.cap.21.

Granum Indicum. Vide de eo prolixā disputationem apud Leonicenum, libro de Erroribus Medicorum, & Herbarij nostri Tomo.2.

γράσως, hircosus, cui fœtent alæ, fatuus, homo odoris mali. Hinc Grasoniæ, tetri odores corporis. Aëtius sermon.8. capite septimo.

Grauedo, ut docet Corn. Celsus, humor est ex capite destillans. Apuleius. Nares grauedine oppletæ. Græci uocāt Coryzas, nostri Grauedinem. Vnde & Grauedinosi dicti, qui ad morbum grauedinis procliuiores sunt. M. Tullius. Itaq; dicimus, Grauedinosos quosdam, quosdam Torminosos, nō quia iam sint, sed quia sæpè sint. Colum.lib.7.cap.3.

Graueolentia, corporis qualitas.

γραῦς, quod in summo lacte colligitur, & quod in summo refrigerati iusculi cō creuit, crustula polentis obducta, spuma quę supernatat feruentib. leguminibus.

Gramias Plinius appellat, quas Nonius pituitam oculorum esse dicit. Vnde Gramiosi oculi.

γραῖα, anus, umbilici cutis desuper iniecta: quia corrugatior, atq; rugosior, senectutis indicium est.

Græcinus, de uinorum & uitium natura reliquit plæraq;: Cornelij Celsi abbreuiator, ut inquit Plin, lib.14.cap.2.

Grossi, sunt primitiuæ, & immaturæ ficus, Græci ὄλυνθον, & Erincos uocant. Sed Grossi propriè olynthi sunt, hoc est primitiuæ ficus. Apud Macrobium leges Grossos ficus esse, quæ nunquā maturescunt. Alij sic distinguunt: ut ficus primo sit olynthus: deinde phrixa: postea sycon: postremò ischas.

Grues, æstatis aduenæ à Thracia tranant æthera trianguli figura, lapides pedibus librantes, contra uim uentorum. Ælianus autor.

Grues ubi potissimum regnent, & de earum immanitate, uide Solinum cap.25. Plin.lib.10.cap.23.

Gruima, Geranium alterum, apud Dioscor.lib.3.cap.130.

Grumi, sanguis, græcè θρόμβοι.

Grumus, collectio terræ, minor tumulo.

Gryphes auriti, aduncitate rostri. Plin.lib.10.cap.49.

☞ G V

Gula, ex neruo constat & carne: ea cibus & potus deuoratur, οἰσόφαγον Græci uocant. Ea intra collum, cui comes arteria iungitur. Aristot.lib.1. de Animal. capite.16.

Gummitione, inspersione gummi, & quasi tectorio. Itidem Ceratura dicitur, inductio ceræ, & quędam quasi incrustatio ex cera facta, in dolijs olearijs. Columel.lib.12.cap.49.

Gurgulio, pars ea gutturis, per quam pulmo attrahit, & reddit spiritum. Lufftrör. Ea cùm sit uocis quasi plectrū quoddam, sæpè à capite destillationē accipit: ac præter naturam auctus, cùm oblongus, ac tenuis euadit, Columella: Cùm uerò crassus & rotundus, Vua appellatur. Paulus lib.6.cap.31.

Gurguliones, in tritico marcescente ac crescentia animalcula.

Gustatoria, neruorũ cõiugatio uocat, ut inquit Gal. lib. de sectione neruorum, quorum ministerio gustus ministratur.

Gutta rubra, uulgò, & à nouis medicis uocatur in facie malignus quidã tumor, cum magno rubore: unde & rubea dicta est. Sunt qui ob eius molestiam Guttam rubidam uocant.

Gutta rosea, uel rosacea, malum facieі, & præcipuè nasi rubor, qui præire elephantiam solet.

Guttur, siue facies, cartilagine cõstant: per quas spiramus: uocemq; iuuant.

G Y

Gygarthus, lectus est in quo paralytici, menteq; capti, quiq; uocantur dæmoniaci, uincti iactant sese. Vnde prouerbium γύγαρθον φυσᾷ. id est, Gygarthũ spiras, in insana, frustraq; uociferatione. Paul. lib. 3. cap. 14.

Gyges, aggregatio omniũ sphondyliũ.

Gygenij, apud Strabonem equi pumili, idem quod Gumi.

χυλιαύχενες, uocant prætenues, & colli oblongioris.

Gymnasium, locus est in publica aliqua regione urbis extructus: quo ungendi, fricandi, luctandi, discum iactãdi, aut tale quippiam facturi confluunt. Galen. lib. de sanitate tuenda.

τὰ γυναικεῖα, id est, muliebria, uel muliebrium mensium fluctiones: quanquã sint alia huius passionis nomina. uidelicet, καθάρσεις, ἐμμηνα, καταμήνια.

γυναικομάστοι, uocantur apud Paulum lib. 6. cap. 46. quibus in morem mutonis mammę inmodicè turgescunt ac crescunt. Est enim Gynæcomaston, superexcrescentia pinguedinis præter naturã mammillis subiectæ ut plurimùm.

Gypsum, uel Gypsos, plura habet genera, de quib. uide Diosc. lib. 5. cap. 125.

Gypsum coctũ, Speckkalck / Gypß. Idem Gipsum fossile.

Gyrofalco, à uolandi modo sic appellatus, quòd prædam circumagat.

γῦρις, id est, Pollen.

H A

Habitus, est spiritus continens, comprehendens que particulas.

Hadrosphocron, spicæ maioris species.

Halcedo, eadem quæ & alio nomine uocata Aristoteli Halcyon.

Halcyones, aues paulò ampliores passere, colore cyaneo, tantùm purpureis admixtis pennis & candidis: nidificant in mari. Plinius lib. 10. cap. 32.

Halecem fœminini generis apud Catonem, minuti & uilis piscis genus putamus esse. Quanquàm alibi ex intestinis piscium fæcem legamus, quæ ganeæ olim materiam quoq; præbuit.

Hales achne, Spuma salis apud Diosc. lib. 5. cap. 118.

Hale, uel græcè ἄλυ, latinè anxietudo, uel pandiculatio. Cæl. in lect. Antiq. lib. 6. cap. 26. Quidam etiam Halycem uocant. Ea uerò est, cùm quis toto corpore extenditur. Inter sanos Halycem uocamus, cùm præsentia subindè stomachantur, ægreq; ferimus, & ab actione una & negocio ad negocium diuagamur.

Halicacabos, Anagallis. Itẽ herba alia cuius meminit in primo lib. Diosco. cap. ult. Alkakengi, Juden Kyrßen / Boberellen / Schlutten.

Halicacabus, Vesicaria. Solanum, apud Dioscor. lib. 4. cap. 75.

Halica fit ex zea, quam δίκοκκον uocant, hoc modo. Tunditur zea: tusa, in calidam conijcitur aquam, statimq; exprimitur: mox tusum in tenuissimum pollinem album, ei gypsum exigua quantitate additur: adspersoq; itidem sale, sal ardentissimo canis æstu, ne acescat, insolatur: & cùm insolata fuerit, cribratur, & seruatur. Plin. lib. 8. cap. 11. rem Romanã uocat, quæ Pompeij ætate nondum in usu fuerit. Theodorus pro Chondro uertit, repugnante tamẽ Paulo; qui differre

natura existimat, & simile quidem esse, sed uentrem tamen magis supprimere. Diosc.lib.2.cap.106. Teut. Kern.

Halycen nominat in Aphoris. Hippo. quã multi Græci ἄλκυ, ἢ ἄλυκα dicunt.

Halieuticon, est commentatio de piscibus: qualis Opiani extat.

Halimum, Halmyrim, à salsedine dictum uult Aëtius. Alimum Ruel. sine aspirato legit, à mirabili eius effectu sic dicta: quòd admorsa ea, fames interdiu nulla sentiatur. Meminerunt pluribus Halimi huius Dioscor.lib.1.cap.122. Theophrastus lib.4.5.de Causis. Paulus lib. 1. Teut. Goldwurtz. Hastula regia.

Halinon, sic uocant oleum amygdalarum, Græcè ἅλινον ἔλαιον.

Halíphlocos. Lege, Quercus.

Halituosa uocantur, quæcunque per cutem foras effluere sunt apta.

ἁλίζωσις, genus herbæ marinæ.

Hallecula, pisciculi nomẽ est, diminutiuum hallecis: quæ fæx est muriæ imperfecta, nec colata. Columel.lib.6.cap.8.

Halmades, dicuntur oliuæ quæ muria seruantur: etiamsi Græci quidam confudere nomina. Vide, Colymbades.

Halme, id est, Muria, apud Dioscor.libro.5.cap.119. in Coroll. Barbari. Lege, Garum.

Halmyris, Brassicæ marinæ caulículus. Sic dictus, quòd in maritimis præcipuè prouenit.

Halo, onis, hesterno uino languẽs: quẽ Græci ἴωλον uocant.

Halos, ἄχνη. Lege, Garum.

Hamonium, color tendẽs in subruffum.

Hammos, harena.

Hapala, oua recentia, quorum cortex nondum induruit.

Harmala, sic inquit Aëtius, quidã Rutæ semen uocarunt, Serm.8.cap.47.

Harmonia, pharmacum apud Aëtium Sermon.8.cap.55. leuans dolorem, & simul oris uocem instaurans.

Harmocrates Medicus quidã fuit tantæ ignauiæ & inscitiæ, ut non modò arte sua, quam non probè callebat, multos perimeret, uerùmetiam per somnium cõspectus, uelut basiliscus interficiebat, à quibus cernebatur. autor Martialis Epigram.lib.6.

Lotus nobiscum est, hylaris cœnauit, & idem. Inuẽtus mane est mortuus Andragoras. Tàm subitæ mortis causam Faustine requiris? In somnis medicum uiderat Harmocratem.

Haormia. Lege, ἀγάλλοχον.

Harpe, ex flaua bile humor, latè corripiens totum corpus, ut nomen indicat.

Harmus, spaciũ dentibus interlocatũ.

Harundo, Rot/ Græcè κάλαμος. In Harundinum genere quædam ναστὸς uocatur, ex qua sagittæ factitari solẽt. Alia fœmina, qua tibiarum ligulas efficiunt. Alia, quod fistulis addicta sit, συριγγίας, cui multum inest carnis, crebris cincta geniculis, ὡς βιβλιογραφίαν ἐπιτήδειος. Alia erassa, concaua, apud amnes nascens: quæ à quibusdam Cypria, ab alijs Donax appellatur. Alia φραγμίτης id est, Phragmites, seu uallatoria, gracilis, candicans, uulgò cognita. Plinius & Theophrastus addunt Characiam, Tibialem, Gnidiam, Toxicam, id est, sagittariam, Scriptoriam, & id genus alias. De quibus omnibus lege Dioscor.lib.1. Plinium lib.16.cap.36. lib.24.cap.11. lib.17. cap.20. & .28. Theophrast.lib.4.cap.21. & in Corollarijs suis Hermolaum Barbarum Coroll. super Harundinem.

Harundinum ferax est Thermitanus lacus. Solinus cap.11.

Hastula regia, Asphodelus. Vide Dioscor lib.2.cap.187. Plin. libro.21.cap.17. Teut. Goldwurtz/ Heydnisch blům.

H E

Hebenotrichon, Capillus Veneris, apud Dioscor.lib.4.cap.137.

Hecathęi emplastrum. Vide Celsum lib.5.cap.19.

Hectica febris, quę iam facta est, quęque ęgrè discutitur. Gal.8.Method.

Hectici, & febris Hectica, non à consuetudine,

suetudine,ut imperiti credunt, & ob id Ethicam barbarè pronunciant,sed ab habitu nominata est. Hæc non in humore tantùm,atque spiritu,sed in ipsis planè cõit & inolescit ossibus.

Hecticam habent dispositionem,quæcunque tenaciter hærent.

Hędera dicta,quòd hæreat:uel potius, quòd edita petat:uel quia id cui adhæserit,edat. Teut. Epphew. Lege, Cissos.

Hędera Bacchica,ea quæ & Nysia,uel Hędera poëtica.

Hędera Cilicia quæ sit,lege apud Barbarum in Coroll. Smilacis,lib.4.ca.145.

Hędera Ladone,id est, Cisthos quędã, è qua Hędera.

Hędera Nysia,qua olim Poetæ coronabantur,folijs minus nigris.

Hęderarũ genęra multa alia,uide apud Plin.lib.16.cap.34.lib.24.cap.10.Theophrast.lib.6.cap.2.Diosco.lib.2.cap.199.

Hederacula,Hęderago,id est, κίσσαρον. Lege,κίσσος.

Hęderalis herba, Ruta apud Dioscoridem lib.3.cap.51.

Hedemias, Coniza apud Dioscoridẽ lib.3.cap.135.

ἡδύοσμος,Mẽta latinè,Teut. Müntz. Græcis sic dicta, quòd suauem spiret odorẽ. Menta uerò, quòd odore suo mentem capiat:aut quòd grato (ut ait Plin.) odore mensas percurrat. Lege, Menta.

Hedysarum,semen Pelicianum secundùm Aëtium serm.12.cap.44.

ἡδυπότον,quod suaue est ad potandũ: epitheton uini. Odyss. B. πίθοι οἴνοιο παλαιοῦ ἡδυπότοιο.

ἡδύχρουν,unguentum quod in Co insula fieri solebat.

Hegeteria,fici pomum, ab Atheniensibus sic uocatum, quasi ante alias fruges inuentũ: etiam quibusdã festis præferri pompæ solitũ in offis.autor Athenæus.

Helbunion,Dictamnum.apud Diosc. lib.3.cap.35. Wylde Poley.

ἑλκτικά,uirtus attractiua Medicis.

Helcysma,scoria argenti.

Helenium folia habet Verbasci, angustioris folij,asperiora, oblonga: caulem quibusdam in locis non emittit: radicem subalbidam,interdum subruffam,odoratam,acrem,uegetam, magnam: ex qua agnatæ appendices liliorum,aut ari modo feruntur. Montibus in umbrosis, siccoque prouenit. Dioscor.lib.1.cap.31. Plinius lib.21.cap.10.&.21. Helenium è lachrymis Heleni dicitur natum, & ideò in Helenæ insula laudatissimum. Alij, quoniam contra serpentes ex eo primũ ab Helena remedium inuentum sit. Est autem frutex humi se spargens,dodrantalibus ramulis,folio simili serpillo. Teuton. Alant. Est & alterum Helenium, quod in Aegypto gigni Crateias tradit, herba cubitalibus ramulis, serpilli modo per humum repentib. folijs lenticulæ,sed longioribus,crebrisque: radice pallida,digiti minoris crassitudine, per ima tenui,supernè crassa:cortice nigro. Nascitur in maritimis, collibusque. Vocatur autem alio nomine Symphyton,Latinè Terminalium,aut Enula campana. An sit ea quam hodiè officinæ exhibent latis folijs,radice admodum crassa & tortuosa, necdum persuasus sum, ut credam: quando nihil eorum uideo respondere cum Dioscor. quæ in nostrate cernuntur. Quid igitur sit uerum Helenium,denique quæ radix illa pinguicula & crassior,quam hodiè demonstrãt,nedum alijs diuinandum relinquo,sed scrutari etiam mecum obsecro,& hortor. De Symphyto planè uerum est quod inquit Diosco. à cuius folijs & caule admodum diuersa est Enula officinarum,si cætera tantopere responderent. Probatur etiam mihi quod M. Verg.testatur, aliam quandã, magisque genuinam se habere Enulam, prorsus ea figura,quali hodiè ab Herbarijs prædicatur:caule scilicet crasso, hirsuto,cubitali,& aliquando maiori, angusto,& luteis floribus.

Heliacon,cyphi cõfectio uina pręstãs.

ἑλίχρυσος,hęderæ flos, Aurelia herba.

Dicta, quòd ad solis repercussum, comā tibus folijs fulgore auri rutilet. Aurelia. Teut. Reinblům/Mottenkraut.

Heliophyton, Smilax Dio. li. 4. c. 145.

Heliopos, Heliotropium magnū, apud Dioscor. lib. 4. cap. 203. Wegwart.

Heliosacte, Ebulus, apud Dioscorid. li bro. 4. cap. 185. Attich.

Helioscopius, Tithymalus. Diosc. lib. 4. cap. 172. Teut. Sonnenmylchkraut.

Heliotropium magnum, herba Solaris, apud Diosc. lib. 4. cap. 172. Teuton. Sonnenwyrbel/Weglüg.

Heliotropium paruum, apud Diosco. lib. 4. cap. 204.

Heliotropiorum diuersa & genera & nomina designauimus, idq; ex Scriptoribus longè probatissimis, in Herb. nostri Tomo. II.

ἡλίωσις, torrefactio in sole. Vtitur ea cura Aurelianus lib. 1. de capitis dolore.

Helitis, Squamæ æris genus electissimum, apud Dioscor. lib. 5. cap. 80.

Helix, apud Arcades tertium genus salicis, cōactæ breuitatis, & naturę sponta

Helix, Hęderæ tertia species. (neæ. uide Diosc. lib. 2. cap. 199.

Hellops, idem qui & Accipenser.

Helminthobotane, Abrotonon: sic dictum à uermibus, quia semen eius uermes perimat. Barbarus in Coroll.

ἡλιοκαύς, i. insolatus, in sole tostus.

Helui, uel Albi. est enim color Heluus siue Helueolus inter purpureum & nigrum. Vnde uuæ heluolæ nomen acceperunt, quę à quibusdam appellatæ sunt Variaræ, à colore sæpius uariāte. Grammatici Heluū colorem appellari dicunt, medium inter ruffum & album: qualis est color boūm. M. Tullius hinc uidetur heluolas herbas scito epitheto nuncupasse, cùm ait, Heluolas herbas ita condiūt, ut nihil possit esse suauius. Columel. libro tertio, cap. 21.

Heluros, id est, βούφθαλμος. Lege, Buphthalmus.

Helymos, græcis quibusdam Panicū.

Helxine in lappaceis capitib. semina uestibus adhærentia habet. Teut. S. Peters kraut/Tag vnnd nacht/Glaßkraut. Diosc. lib. 4. cap. 42. Helxine dicta, ab aspero semine, quod tenaci nexu uestibus adhæret. περδίκιον uerò, q ea perdices præcipuè uescantur. Vrceolaris, quòd detergendis urceolis uasisq; efficax sit. Muralis & Parietaria, quòd muros ac parietes natales locos sibi fece

Helxine cissampelos, Volubilis (rit. est media. Teu. Mittel Wynd/Weingarten Wynd. nam potissimū in uineis nascitur. Conuoluulus dicta, quòd crebra reuolutione uicinos frutices & herbas implicet.

αἱμάλωψ, cōcrementum sanguinis.

αἷμα ἴβιος, ibis sanguis. Sic dictus est Agnus castus, uel uitex: à rubore uirga-

αἷμα ἡρακλέους, sanguis Her- (rum. culis, id est, crocus.

αἱμασία, id est, sentibus consitus seps, apud Theocritum Idyllio, α.

αἱματίτης, lapidis nomen, à sanguinis colore: uel ab uirtute & effectu, uidelicet quòd sanguinē sistit. Plin. lib. 36. ca. 70.

αἵματος ἀναγωγαί, sanguinis excretiōes, fluxus, & reiectio. ἀπὸ τοῦ αἱματῶ, cruēto sanguine cōspergo, polluo, fœdo.

αἱμωδία καὶ αἱμωδιασμός, ἀπὸ τοῦ αἱμωδιάω, id est, stupesco dentibus. malum quod ex acidis, acerbisq; ciborum succis contrahitur: quibus aliquando dentes adeò torpent, ut sine dolore commanducare aliquid, & atterere nequeant. Inde αἱμωδιᾶν uerbum Græci fecerunt, quo non solùm in torpentibus à cremento ci borum dentibus utuntur, sed cum uidentibus, audientibusúe ingratum sensibus his, qualis serræ stridor est, non dissimili torpore dentes in ore afficiuntur. Huic dentium malo inprimis medetur Portulaca, ut inquit Dioscor.

αἱματοπότης, ein blůt sauff. draconis epitheton. Plin. lib. 10. cap. 47.

Hęmagogon, Pęonia, apud Dioscor. lib. 3. cap. 158.

Hęmatites, reperitur in metallis. Iuuamenta eius lege apud Dioſcor. lib. 5. ca. 135. Plinium lib. 36. cap. 20.

Hæmaniæ, ficus rubentes.

Hæmatodes, id quod Hypoſphagma. Lege, Hypoſphagma.

αἱμάλωπα, ſpina ſanguinea.

Hęmeris. Lege, Quercus.

Hemerocallis, Lilium ſylueſtre, apud Dioſc. lib. 3. cap. 138. Weiſſe Dornungs blůmen. Trago.

Hemerocatalacton, Lilium ſylueſtre, apud Dioſcor. lib. 3. cap. 138.

Hęmina. Vide, Cotyledon.

Hęminæ Italicæ, ubi mentio fit apud Galen. in compoſitionibus, ſemper intellige libram Italicam, hoc eſt, uncias decem menſurales. Sic enim ipſemet interpretatur Galen. de Sanitate tuenda lib. 4. Dicta ex græco ἥμισυ, quod dimidia ſit ſextarĳ pars, Græcis κοτύλη.

Hemionitis, deſcribitur in Dioſc. lib. 3. cap. 153. Teut. Hirtzzung.

ἡμιονῖτις, Latinis Aſplenion, Plinio Teucrion, Officinis Scolopendria, Teuton. Hirtzzung. Alia tamen à Dioſcor. Scolopendrio lib. 3. cap. 153.

Hemionos, Mandragora magicè, apud Dioſcor. lib. 4. cap. 79.

Hęmitonion. Lege, Tonus.

Hęmitriteos. Lege, Febris.

ἡμικρανία, ἀπὸ τοῦ ἡμι, καὶ τὸ κράνιον, dolor uidelicet medĳ capitis.

Hemineron, ſalſamenti genus piſciculi: ſed è Coracino. Dicitur & Peltes, & Saperda Coracinus, et ab alĳs Æolias, Meotide ſtagno commendatiſsimus. Quanquã alius piſcis eſt Æolias Epicharmo.

ἡμιπληξία, apoplexia dimidiata.

Hęmiplagia, ea quæ & dimidiata apoplexia. apud Paulum lib. 3. cap. 18.

ἡμισώματα, id eſt, ſemicorpora.

ἡμιτριταῖος, febris tertiana, et accedẽs ad quotidianam: quòd citius recurrat quàm tertiana. Serenus. Mortiferũ magis eſt quod Gręcis Hemitritæũ, Vulgatur uerbis, hoc noſtra dicere lingua Nõ potuere illi (puto, nec uoluere) parentes.

Hęmitarichon, ſalſamenti genus, aliud ab Omotarycho.

Hæmodia, dentium ſtupor.

Hęmophobi, Medici ſanguinem emittere timidi. Galen. 9. Terapeut.

Hæmoptoici dicuntur, qui ſanguinem exſpuunt, uel reĳciũt. Ptyleſis, quod ſpuitur, uel excreatur. Hæmagoga, quod reĳcitur.

Hæmota, Buphthalmus, apud Dioſc. lib. 3. cap. 157. Kalbsaug/ Genßblům/ S. Johañs blům.

Hęmorobios, ex tenui membrana uolucris quadrupes, in Hiſpani ponti fluuio: nec ultra diẽ uiuit. Plin. lib. 11. ca. 36.

Hæmorrhagia, eſt ſanguinis abundantis effuſio, per effluxionem quidèm magnæ eiuſdem excretionis, per emiſsionẽ & eiaculationem in anguſtum contingens. Differt autem Hęmorrhagia ab Hęmorrhoide. Hęmorrhagia eſt ſanguinis abundantis effuſio, ut dixi: Hęmorrhois per reſultum & redundantiam, & per eruptionem, atq; ſanguinis exiliter fluentis copiam. Modi Hęmorrhagiæ duo ſunt. Vnus per reſultũ et redundantiam; Alter per eroſionem, aut exeſionẽ uaſorum & inſtrumentorum quæ in nobis ſunt. Arteriarum autem magis quã uenarum: & eorum quæ ſunt in profundo magis, quàm quę in ſuperficie, & quę ſunt in locis uicina, qui fluxus ſanguinis patiunt, quibuſq; difficulter ſiſtitur: temporales, muſculi, minynges, palatũ, uua, collum, axilla, inguina, quę βουβῶνες grę cè dicunt, & alia id generis. Gal. de Def.

Hæmorrhoides cæcæ, ex quibus nullus fluit ſanguis, ſed grauiore quàm aliæ dolore excruciant.

Hęmorrhoidarũ quoq; differẽtiæ ſunt quinque. Aut enim magnitudine differunt: quod in quibuſdam plures et abundantiores, in quibuſdam uerò pauciores ſunt. Differunt etiam figura. Nonnullæ enim anguſtam baſim habent: aliæ uerò latam. Differunt etiam loco: quando hæ in ano

in ano fiunt, aliæ in fibula. Differunt dispositione: quando hæ quidem mansuetæ & mites, illæ malignæ & graues existant. Galen. de Definit. Est autem Hæmorrhois eneruatio uasorum, quæ sedē ambiunt, aut protegunt. Diciturq; ἀπὸ τοῦ αἷμα, id est, sanguis: et ῥέω, id est, fluo: quòd in eo morbo sanguis fluat.

Hęmorrhois serpentis nomen Nicandro, inter uiperarum genera, in petrosis recessibus commoratur, colore sanguineo, partim nigro. Inhorrent capiti, uelut i similia cornua: tacitè, pigreq; serpit, ob liquo semper itinere. Ictos, sanguinis excretione per omnia membra euacuatos perimit. Ælianus.

Hæmostaris, Nerion, apud Dioscor. lib. 4. cap. 85. Teut. Oleander.

Hepar, notæ significantiæ. Haberi & piscem Barbarus affirmat in Corol. eius nominis, qui à iecore dicat, & Hepar, & Hepatus, qui felle careat, in capite lapillos duos, ostrei colore, & rhombi forma habens. Hunc Phagro, & Rubellioni similē facit Speusippus. Archestrato Lebias uocatur. Inter saxatiles à Diocle ponitur. Color ei niger ab Aristotele tribuitur: oculi maiores quàm pro corpore, cor triangulum atq; candidum.

ἧπαρ κυνὸς λυσσῶντος, hepar canis rabidi. ἧπαρ ὄνειον, hepar asininū. Iuua (bios?) menta eius uide apud Diosc. lib. 2. ca. 42.

Hepatarius, qui ex hepate laborat.

Hepatici nominanť, quos ob iocinoris imbecillitatem morbus infestat, etiamsi nulla adfuerit phlegmone. Dolor diuturnus iecur obsidet, cum extensione, & duricie, & corporis decoloratione. In febricitantib. exurgit febris, & lingua eis exiccatur. De ea affectione uide apud Galen. de Symptomatum caussis lib. 3.

Hepatici, inquit Aëtius, tunc uocantur, quando citra debilitatē, aut scirrum, circa hepar, propter solam debilitatem, sanguinis effluxio contingit, li. 10. cap. 2.

Hepatitis, Volucrum maius, apud Dioscor. lib. 4. cap. 15. Bettler styl/Stylbaum/Wynd die grossz.

Hepatorium, idem quod Eupatorium, apud Dioscor. lib. 4. cap. 44. Agrimonia. Teut. Odermenig.

Hephesia. Lege, Emplastrum Magus.

ἠπίαλος, lenta ac phlegmatica febris, ex genere pituitosarum, & quotidianarum. Sic uocata, quasi ἠπίως ἀλεαίνων, id est, leniter cadere.

ἑπτάπλευρον, uel Septineruia, Plantago, à costarum sic appellata numero.

Heptaphyllon, Septifoliū latinè, Tormentilla latinè, Barbarè Bistorta. Teut. Tormentill / Rot Heylwurtz. Vide Bistorta.

Heraclea, Helxine. Diosc. lib. 4. ca. 42.

Heraclea, Lythospermon. Dioscor. libro. 3. cap. 159.

Heraclea, Polygonū. Diosc. lib. 4. ca. 5.

Heraclea, Siderites. Dios. lib. 4. ca. 36.

Heracleon, Abrotonon. Dio. li. 3. c. 27.

Heracleon, Achilleū. Dio. lib. 4. ca. 39.

Heracleon, Chamęlea, Dio. li. 4. c. 182.

Heracleon, Nymphęa. Dios. li. 3. c. 149.

Heracleotici, Cancrorum genus. Plinius lib. 9. cap. 31.

Heracleū quid sit, require in Cōment. Leonic. & inibi de eo prolixam disputationem, & in Herbarij nostri Tomo. II.

Heraclides, Hippocratis pater, Gal. teste lib. 1. cōment. de ratione uict. acut.

Heraclides Tarētinus, empiricus. Scripsit librum, cui titulum fecit ἀπνοῦς, ut inquit Galenus de locis Affectis. lib. 6. cap. 5. Dioscor. in præfatione.

Heraclidis cuiusdam, & alterius Hierophili, nomina utriusq; coniungit Strabo lib. 14. ut diuersi fuisse uideri possint. Ex Erythri inquit, ciuitate ætate nostra fuit Heraclides, Hierophilus medicus, Apollonij condiscipulus, eius qui Mus est cognominatus. Sed & libro. 12. Prusiensem quendam facit Asclepiadem, Bithyniensem. Vnde suspicor, plures eius nominis fuisse.

Heraclius lapis, id est, Magnes, sic dictus, ut contendunt, ab Heraclea ciuitate Lydiæ

te Lydiæ: siue ut alijs placet, Magnesiæ, ubi laudatissimus gignitur. Videtur id Lucretius uoluisse, cũ canit. Quem Magneta uocant, patrio de nomine Graij, Magnetum, quia sit patrijs in montibus ortus. Quanquàm Plinio placet, ab inuentore armentario inditum nomen.

Heras, Frontini Medicus, citatur ab Aëtio serm.12.cap.5.

Herba, quod ab radice foliatum, sine caudice prouenit, sępiusq; semen caulis fert, ut frumenta, acq; olera.

Herba Apollinaris, id est, Hyoscyamus. Vocatur et μετώπιον patrio nomine Ægyptium quoddam unguentum, propter galbani mixtionem. Nam lignũ in quo galbanum nascitur, Metopion quoq; uocant. describit hoc unguentum Dioscor.lib.1.cap.70.

Herba fortis, Absynthium.

Herba sancti Ioannis. Vide, Perforata. Hodie apud Italos Verbena, idq; apud uulgarem plebeculam.

Herba Mercurij, Mercurialis, apud Dioscor.libr.4.cap.201. Bingelkraut/ Hunds Kôl/Hundskraut.

Herba Nerualis, Græcè πολινεύρος, fortaſsè Arnoglosson. Vtitur ea Scribonius Largus.

Herba Pedicularis, Staphisagria.

Herba Regia, Artemisia, apud Diosc. lib.3.cap.125. Buck.

Herba Rutinalis, Sphondylion, apud Dioscor.lib.3.cap.88.

Herba Stataria, id est, Peucedanum. Horstrang.

Herba Stellaris, græcè ἀστήριον, figura stellæ similis, noctu lucens: quam Medici tradunt qualitatem habere Rosæ, uim què contra morbos genitalium, eamquè mirabilem.

Herba insana, id est, Hyoscyamus: sic enim Serenus hancappellat. Et quę uulgari sermone Insana uocat, Græcus Hyoscyamus, propria scit dicere lingua. Teut. Bylsen.

Herba Fullonum. Lege, Struthium.

Harba Leonina, Orobanche. lege, Erui angina.

Herba Ouilla, Plantago.

Herba Presbyteri. Lege, Gerontopogõ.

Herba Saponaria. Lege, Struthiũ.

Herba Veneris, Satyrium, apud Dioscor.lib.3.cap.145.

Herba Venerea. Multas herbas in Dioscoridę ueniunt hoc nomine: metaphora tracta aut ab amore, aut uoluptate, aut dea ipsa Venere. Sic Sisymbrium quoq; Dioscorides uocat.

Herba Viperina, id est, Echion. Lege Dioscor. & Nicandri Echion.

Herba Vrceolaris quæ sit, ignoro. Vtitur ea Scribonius ad dolorem aurium, & tinnitum earum.

Herbicidę, olerũ uermes, apud Pallad.

Herbigrada. Lege, Cochlea.

Herbulum, Erigeron, uel Senecion. Diosc.lib.4.cap.98. Teut. Creützwurtz.

Herbũ, idem quod Eruũ. Lege, Eruũ.

Herculea, Plinio Waldnesselen, est uerior Melissa.

Herculis genitura, Ruscus, uel Myrtus syluestris, apud Diosc.lib.4.cap.147.

Herculis sanguis, id est, Crocus. Tàm multæ apud Dioscor. & Apuleium eius cognominis & herbæ aliæ.

Herculem fuisse triplici dentium ordine, Iouis.12. proditum est argumentis.

Herculis farina. i. Irion. Lege, Irion.

Heres, medicamen(si modò non est uitiatus locus apud Cœliũ Aurelianum) quod auriculis adhibebatur quondam.

Hermaphroditę, qui utriusq; sexus sũt, ex hominib. & animantib. Est aũt cõmixtio masculi & fœminei sexus atq; figurę, cũ in utroq; genitalia disparia fuerint.

Herminion, Aloe. Diosc. lib.3.cap.24.

Hermodactylum Germani in Martio Hornungsblům/in Sept. Zeitloß uocant.

Hermubais, Magicè Pteris, uel Filix, apud Dioscor.lib.4.cap.196.

Hermuhotanion, Mercurialis, apud Dioscor.libr.4.cap.201. Bingelkraut. Aliâs, Hermupoa.

Hermus Medicus, citatur ab Aëtio, sermone.8.cap.46.

Hernion, Eryngion. Diosc.lib.3.ca.23.

Hernia aquosa, græcè ὑδροκήλη, segnis quidã ac hebes humor est in his partibus, quæ scroto annectuntur, concretus, tumoremq́ sensui euidentem efficiens. Caussam eius, & curationem require apud Paulum lib.6.cap.62.

Heroides, uel Æroides, ut legunt alij, quinta species Smaragdi. Pli.li.37.ca.5.

Herodicus, tempore Asclepiadis summi nominis Medicus, citat̃ ab Aureliano.

Herodius, quæ reuera auis sit, à Scriptoribus dubitari uideo. Nam Ambrosius Sturnum interpretatur. Seruius Herodios putat esse, quas nos hodie aues nobis fingimus Diomedeas. Theodor. & quidam alij etiam Falicam significari autumnant. Lege, φοινίξ.

Herodij, flumina incolũt & littora. Cernunt̃ in insula Diomedea: quia serui Diomedis dicuntur esse. Ælianus, Gaza. Aristot. pro Ardeola interpretatur.

Herodotus, admodũ nasutus quidem Medicus, qui præ nimia patientia & philautia, seipsum in multis fefellit: ut.3. lib. Simplic. differit contra ipsum Galenus.

Herophilus omnes ante sectas damnauit, in Musicos gradus uenarũ pulsũ discreto, per ętatũ gradus. Deserta deinde & eius secta est. quoniam necesse erat in ea literas scire. Herbarum studiosus fuit maximè. Vnde & dictum ab eo ferunt, quasdam etiam calcatas prodesse. Gale. 2. Therapeuticæ. Plin.lib.29.cap.1.

Herpacantha, Acantha. Dio.li.3.ca.18.

ἕρπης, id est, corrodens.

Herpes, est ulcus ex abundantia bilis natum: & pastinationem facit.

ἕρπητα ἐσθιόμενον, appellatur ulcus, quod celeriter serpendo, penetrandoq́ usq́ ad ossa corpus uorat. Id ulcus inæquale est, cœno simile: inestq́ multus humor, sicut cancro. Fit maximè in senib. uel quorum corpora mali habitus sunt. Cels.lib.5.cap.28.

ἑρπετοδήκτοι, à serpentibus morsi.

ἕρπυλλος, Serpillum. De quo uide Dioscor.lib.3.cap.44.

ἕρπυλλον ἄγρια. Lege Serpillum.

Herpetigo. Lege, Impetigo.

Hesitantes uocantur, qui proloquẽdo syllabam syllabæ properè coniungere non ualent.

Heterocrania, quando in altera parte capitis dolor accidit, fiuntq́ intensiones: aliquando se remittit dolor.

Hexastichon, sex uersibus constat. Distichon duobus. Hic hordeum nominatur Hexastichon, quasi sex ordinum: sicut alterum genus Distichon, duorũ ordinum. Nam in hordeo spicæ quædam binos ordines habent, & id Distichon uocant: quædam Senos, & hoc à numero ordinũ Hexastichon appellatur. Columel.lib.2.cap.9.

H I

Hiatula. Lege, Chamæ.

Hiberidis, duabus herbis inditum nomen. Vni, quam Nasturtij folia habere scribit Diosc.& Plin.lib.25. Alteri, quæ fruticosa, & lauri folio, id est, lepidio: de qua re uide Manardum lib.9.epist.3. Et agreste & uerè Nasturtium significat. Nam in utroq́, utriusq́ sub hoc nomine meminit Diosc.1.in primo &.2.libro.

Hiberitis, id est, Iberis, uel καρδαμάντικη. Lege, Iberidis.

Hibiscus, id est, Altæa, seu Malua. Sic Vergil. appellauit. Viridi oues compellere hibisco. Diosc.lib.3.cap.164.

Hibridas ueteres uocarunt sues semiferas.

Hienę collũ & iuba cõtinuitate rigens, spinæ porrigit̃, flectiq́ nisi circũactu totius corporis nequit. Multa pręterea mira de hoc animali tradunt̃. Plin. lib.8.ca.30.

Hiera, cõmune cõfectionis nomen, ut apparet ex Auic.& Gal. apud quos legitur Hiera Ruffini, Hiera Constantini.

Hiera Galeni Picra, id est, amara: ineptè pigra, ut legunt Barbari.

Hieræ omnes dictæ sunt à iuuamentis, & ualore. Extant earũ diuersæ compositiones,

positiones, quæ ab autoribus ferè nomina traxerunt. scilicet, Hiera Ruffini, Galeni, Hermetis, Constantini, Abbatis, Hieralogodion. &c.

Hieracia parua, Hieraciæ species secunda, apud Diosc. lib. 3. cap. 71. Summerdorn/Kleyner Abbiß.

Hieracia, Lactucarũ generis: dicta ex eo, quod accipitres scalpendo eam, & oculis succo tinctis, obscuritatem cùm sensere discutiunt. ἱέρακες enim Græci accipitres uocant. Describitur ab Diosc. lib. 3. cap. 70. Teut. Soñenwyrbel/ Mertzenblům / Dotterblům / Eyerblům/ Pfaffenblatt/Münchskopff/Pestementrörlin/Lewenzan/Wißen lattich/ Habich lattich. Latinè, Rostrũ porcinũ.

Hieracopodion, Lychnis agria, apud Dioscor. lib. 3. ca. 114. Blawe Kornblůmen/Habichs füß.

Hieranosos, morbus sacer: propter admirationem, ut inquit Cleomenes, quòd nihil habeat simile cum alijs morbis: curaturq́ exercitationibus, uel incantationibus. Ælianus uerò dicit: ob Herculẽ, qui ea tenebatur, sacrum uocari.

Hieratica charta appellabatur antiquitus religiosis tantùm uoluminibus dicata: quæ ab adulatione Augusti nomen accæpit. Plin. lib. 13. cap. 11.

Hieris, id est, Consecatrix: atq; si Vergilio credimus, pro Consecratrice Hieris legendum est, apud Dioscor. lib. 1. in Iride Illyrica, cap. 1.

Hiero Colocynthidos, cõfectio ex Colocynthide.

Hieromyrtos, Ruscus. Diosc. lib. 4. ca. (147.

Hierobryncas, Geranij genus aliud, apud Dioscor. lib. 3. cap. 130.

ἱερὰ σύριγξ, sacra ab nostris fistula uertebris noia: at eas uertebras seu nodos Græci Sphondylos uocant.

ἱερέα quid sit; require in dictione μαντικὴν appellant.

ἶρις, id est, iris.

ἱερὸς καυλὸς, sacer caulis, lege, Halimũ.

ἱεροσκοπία quid sit. Vide in dictione μαντικὴν appellant.

Higia græca, id est, Saluatrix græca, ut inquit Nicolaus, ex Græcis Scriptorib. originem habens.

Higra, radix Piperis, Costo similis gu- (stu.

Hilam, siue Hiram, Varro uocauit Ieiunum intestinum: ab Hilo, hoc est, minimo. Sic enim uocatur quod grano fabæ adhæret.

Hilla. Lege, Hira. Quibusdam est intestinum ieiunum.

Hilũ, macula illa nigra, quę in sũma faba cernit: cui in ꝓuerbio, ut inquit Barb. respondet, apud Græcos γρῦ. etiamsi aliud significat, hoc est, unguiũ sordeculas.

Hinus, id est, paruus mulus.

Hinnulũ, Varro et ex equo & asina uocari scribit. quos & Bardones aliqui appellant, sicuti ex asino & equa mulum. Quanquàm uetusti codices, tùm Varronis, tùm Columellæ, Innum habent, non Inulũ, quod ab equo patre nomen traxit. Sed & Aristoteles quoq; ἵννον græcè dicit, qui ex mulo & equa nascitur: ceu paruus mulus. Proinde Nonius Marcellus, Hiños inquit, & Hinnulos, sub quo noĩe accipere debeamus, Varro signat: ait enim, Ex equis & mulis qui nascuntur, Hinnos uocari. ut errauerit, qui distinctionis studio confinxit, Hiñulos ceruini generis esse pullos, equini uerò Inulos uocari. Quin si imitari oportet, uerius sit, Inulos per simplex n, & sine afflatu ceruinos pullos accipi: Hiños autẽ, & Hinnulos per duplex n, & cum aspiratione, ex asina conceptos equi coitu: sed utiq; si sint mares, ut Plin. adiecit. Quanquàm Nonius Marcellus aliter, ut præmonui. Vide Barb. in Coroll.

Hiplomachus Medicus, in quem lusit Martialis lib. 8. Hiplomachus nunc es, fueras ophthalmicus olim, Fecisti medicus, quod facis Hiplomachus.

ἱππάκη, caseus equinus. Nec desunt qui coagulum equinum uelint: Græcè τὴν ἵππειον πιτύαν.

Hippace differt ab Hippice: quia Hippace

pace caseus atque coägulum est: Hippice uerò herba Scytica equestris, à Theodo

Hippion, Hippophäes, apud (ro dicta. Dioscor. lib. 4. cap. 165.

Hippocampus, marinum animal est, exiguum, ut inquit Dioscor. lib. 2. cap. 3. & in locustarum genere à ueteribus numeratur. Breuem, paruumque hunc piscē Dioscorides ait esse, & nihilominus magnitudinis notam illi cōiunctam. Quod enim Graeci Hippo, multis in natura adiiciunt, grande significat. Sed id sic intelligendum est, ut comparatum id animal, olerum, aut arborum crucis grande sit: marinis uerò beluis & piscibus, breue & paruum.

Hippocratis medici uitam, & laudes, multa item alia lege apud Gal. lib. 1. de rat. uict. acut. & de Atra bili, fol. 307.

Hippolaphus, animal forma cerui & equi compositum, magnitudine ferè similis ceruo, uillo tantùm & barba hircina. Scribit ipsum gigni Aristoteles apud Aracotas: fortasse Tragelaphus: quod etiam Aelianus existimauit.

Hippolapathum, olus est magnum, in paludibus nascens. Easdem habet uires, quas reliqua rumicis genera, satiuo lapatho maius ac candidus est. Ab Hippo, hoc est, equo dictum, animalis magnitudine sumpta deriuatione, sicuti & hippomarathrum, hipposelinon. Teut. Roßß Lattich/Wasser Lattich.

Hippomanes, Capparis.

Hippomanes, Apocynon. Diosc. lib. 4. ca. 84. Wylder Köl/Hundts Köl.

Hippomanes, amoris ueneficium appellatū, in fronte equę caricæ magnitudine, colore nigro nascitur: quod statim edito partu deuorat fœta, aut partum ad ubera non admittit, si quis præreptum habeat. Plin. lib. 8. cap. 42. Est & herbæ nomen Hippomanes Hesiodo.

Hippomarathrum, à magnitudine sic appellatū, foliis maioribus, gustu acriore, crassitudine brachiali, radice candida. Dioscor. libr. 3. cap. 80. Roßß Fenchel/Weyher Fenchel/Wylder Fenchel.

Hippophäes, nomen uidetur accæpisse, quoniam fortè accommodata sit equorum naturę. Est apud Diosc. lib. 4. ca. 165.

Hippophanes, herba Gnaphalium, apud Diosc. lib. 3. cap. 131. & ibi in Corollario Barbari. Mattenwoll/Mattenflachß/Wißen Woll.

Hippophyes, idem quod Hippophäes apud Dioscor. lib. 4. cap. 165.

Hypopion, pus in oculi cornea. Auicenna uocat Ganion in siphac. Hali abbas Ganion post corneam.

Hipposelinon, satiuo Apio maius, & candidius. Diosc. lib. 3. cap. 76. ab equis dictum, latinè Equapium, Equinū item dictum, Roßß Fenchel, quòd altitudine equum superet. Aliàs, Grosser Epffich. Olus atrum, à foliorum atro colore.

Hippopotamus, Nili belua, ungulis bisidis quales bubus, dorso equi, & iuba & hinnitu: rostro resimo: cauda torta: dentibus aprorū aduncis, sed minus noxiis: tergoris ad scuta, galeasque impenetrabilis, præterquā si humore madeat. Plini. lib. 8. cap. 25. Lege, Equum fluuiatilem.

Hippotæmosis, morbus equorum.

Hippuris, piscis. Plin. lib. 9. cap. 18.

Hippuris, Equisetum, apud Dioscor. lib. 4. cap. 49. Est autem pilus terræ equinæ setæ similis, unde illi nomen Teuto. Roßßwadel/Katzenwadel/Schaffthäw/Kantenkraut.

Hippus. Lege, Exulcerationis oculorum affectus.

Hira, uel Hilla, intestinum ieiunum.

Hircescere quid sit, uide ī dict. Tragos.

Hircosi, olidi, & omnis nitoris expers.

Hirculatio uitium quæ sit, require ex Theophrasto lib. 4. cap. 16.

Hircus, alarum graueolentia & uirus. sic enim Plinius appellare maluit.

Hirculus, Græce τράγος. Ea uitiari Nardū syncerum, Diosc. tradit lib. 1. ca. 6. non grauitate odoris modò, uerùmetiam similitudine eius animalis nomen accipit. Non uideo quæ sit, nisi nostratis

regionis

regionis spicæ, uel Lauendulæ quoddā genus. Plinius lib.12.cap.12.

Hires, Gnaphalium. Diosc.lib.3.ca.131.

Hirundines ubi habitent, & de earum proprietatibus quædam apud Solinum capite.15.

Hirundo auis. Plin.lib.10.cap.24.

Hirundo, piscis similis hirundini uolucri & uolatili. Plin.lib.9.cap.26.

Hispanus color. Lege, Pullus.

Hissopum, siue Hissopus, uulgaris noticiæ, de qua lege Dioscor.libr.3.cap.28. Teut. Kloster Ysop.

H O

Holcimos, hepatis dolor. sic enim Archigenes uocat. Dictus est autem sic, id est, tractorius, inferens, torpidus, atque atrocius molestans. At uerbum istud, inquit Galen. de locis affect. lib.11. Græcis inusitatum. Sunt qui eum hepatis dolorem interpretantur, cùm uel induratum est, uel inflammatum. Vel, cùm diuturno laborat morbo: uel cùm mediocri afficitur dolore: uel ut alijs placet, acri & uehementi. Denique dura hepatis dispositio uocatur Scirrhus. quod scribit Paulus Æginetamedicinæ lib.3.

ὁλκός, id est, araneus, anguium tractus.

Holmisti, dentiū molariū cōcauitates.

Holmos. Vide, Thorax.

Holosteon, quadrantalis herba apud Dioscor.lib.4.cap.13.

Holoturij pisces. Plin.lib.9.cap.47.

Homo, animal rationale, morti obnoxium, sensus, doctrinæque capax. Galen. de Definit.

Homines quidam cur longæui, uide Solinum cap.21.

Hominum ossa monstrosa & prægrandia, uide apud Solinum cap.14.

Hominum quidam præter ætatē sunt iuuenes, alij præter habitum malis humoribus præditi, alij per tempus in æstate. Humor enim secundùm Hippocrat. semper ad constitutionē corporis cōue-(nit.

Hominis proportio, & eius com-positi ratio mathematica quæ sit, uide apud Vitruuium lib.3.cap.1.

Hominum primorum uictum, & instituta uitæ qualia fuerint, uide apud Vitruuium lib.2.cap.1.

Homiomeria uocant, quæ similis naturę sunt, totumque similiū partiū cōstituūt.

Homocentaurus, anteriora humano similis corpori, exteriora asino, colore albo, cursu uelocissimus. Captus, libertatis amore, mauult inedia perire. Ælian.

Homogenia dicuntur, quæ sunt eiusdem generis. Galen. de Temp.

Homonoea, Argemone.

Hordeū, Gerst. Vide Diosc.lib.2.ca.96.

Hordeum marinum, Phœnix herba, apud Dioscor.lib.4.cap.96. Plin.lib.22. cap.15. Teut. Gauch haberen/ Meuß haberen/ Dortweyssen/ Queckgraß.

Horda, uacca prægnans.

Hordicalia Veteribus festa dicta sunt, quibus boues Hordæ imolabantur.

Horęi, fructus sunt fugaces: nō solùm ob id sic uocati, quòd tanquam horarij uno tempore omnes proueniāt, sed & quòd eo nomine à conditaneis discernantur, & citius corrumpantur. ut cucurbitæ, mora, pepones, melopepones, persica, et id genus alia. Austr.

Hori. Lege, Pomi nomen.

Horminon Græcis, Geminalis Latinis, Officinis Gallitrichū. Teut. Scharlach. Horminon autem dictum, quòd Venerem extimulet.

Horminon, Stachis, & Leucographis quomodo ab inuicē differāt, uide in Herbarij nostri Tom.2. & passim in lib. Nic. Leoniceni de Errorib. Medicorum.

Hornotinas plantas. Ab horno hornotinus fit, ut à prisco pristinus, autore Prisciano: & pro re annua, siue ipsius anni accipitur. Dixit Horatius. Si thure placaris, & horna fruge lares. Cato Hornotinæ nuces, uirides sunt. Colum. libro de Arbo.cap.30.

Horquitalli uocantur pueri, ubi primū ad uirilitatem accedunt, nascitur que appetētia illa rei Venereę. Autor S. Pomp.

Horreum

Horreum pensile, repositoriũ sublime & editum: Plinius, & Varro probarunt suspensa & sublimia, hoc est, pensilia horrea. Cõsimiliter pensilis uua dicitur, quæ suspendi solet ad perennitatem. Pensiles horti erant Thebis, Ægyptijs memorabiles. Sergius item habuit pensiles balneas. Columella lib. 12. cap. 49.

Horror, concussio est, ex prauis per cutem currentibus humoribus accidens. Galen. lib. 7. Aphorism. 58.

Horrores, & tremores definit Hippocrat. lib. de flatibus fol. 57.

In Hortensi lyra, id est, in areola & sulco horti. Hortẽsia appellant omnia quæ seruntur & nascuntur in hortis. Græco uocabulo dicuntur Cepurica. Columella lib. 9. cap. 4.

Hortus est, siue in urbibus atq; oppidis, siue in uillis, rurisq; locus, in quo arbores & olera oriũtur. Horti plurali, arborum tantùm dicuntur, ut Grammaticis placet. Quanquàm & Adonidis horti uulgò celebrantur, in quibus & semina, & hortenses quædam herbæ proueniebant tantummodò.

Horybethron, Leontopetalon, apud Diosc. lib. 3. cap. 109.

Hostiarũ inspectatores qui dicti sint, require in dictione, μαντικὴν, appellant.

☞ H V

Humentia membra in homine sunt, adeps, cerebrum, spinæ medulla, ἀδένες in mammis, cęterisq; corporis partibus, glandulæ.

Humidus pulsus. Lege, Pulsuum differentiæ.

Humida uocantur, quæcunq; per uesicam facilè excernuntur.

Humor appellatur (ut Plato, & Aristoteles aiunt) secundùm gustus qualitatẽ, & unamquanq; earũ, quæ in nobis sunt qualitatum. Galen. in Definit.

Humor uitreus, à Praxagora uocatus Phlegma, quod uitro fuso, tùm colore, tùm substantia simile est, atq; omnino frigidissimus. Gal. de locis affectis lib. 2.

Humores sunt, ex quibus animal constituitur, quatuor: sanguis, pituita, bilis flaua, et atra. Hęc enim corporis elementa atq; principia Medici uocant. In sanguine siquidem calidum et humidum, & dulce collocant: in Pituita autem frigidum, & humidum, salsum & uiscosum. Flaua autem bilis calida & sicca, acris & mordax est: Atra uerò frigida & sicca, acuta & grauis. Pituita frigida est, & humida, ad ciborum attractionem, & ad articulorum & membrorum motionem à natura constituta. Flaua bilis calida et sicca, & mordax, ad sustentationem stomachi data, & ad excretiones uentris. Atra bilis est frigidior quàm flaua: & apposita sanguini, ut findat, ne quid crassum, aut densum, & digestu difficilè fiat.

Humorum temperamenta & qualitates. Vide Galenum de atra bile per tot.

Humor acidus, id est, melancholia.

Humores medicati, serosi & acres.

Humores perfricti, id est, congelati, apud Quintum Serenum, cap. 9.

☞ H Y

ὑακίνθος, Germanis Blaw Mertzen blůmlin. Dicta, quòd uidelicet cum Viola purpurea in Martio & primo uere erumpat. Est & Delphinium Diosc. lib. 3. cap. 82. Alibi Trago ronde Dolwurtz lib. 4. cap. 66.

Hyacinthinus color. Lege, Color ua-(rius.

Hyacinthizontes, quarta sma ragdi species. Plin. lib. 37. cap. 5.

Hyacinthus, Bulbi folijs flos, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 66. Eius fabula nota, mutatum iuuenem in florem sui nominis.

Hyalinus color. Lege, Color uarius.

ὑαλοειδὴς. Lege, ἀραχνοειδὴς.

ὕαλον, adeps suillus. Lucreti. in luctu ὕαλον πεζιχεῖοι.

Hybernus sol, unde sol per hyemem oritur.

ὑβὸς, qui collum habet obtortum.

ὑβρωσις, morbus posteriora capitis infestans.

Hycca,

Hycca, Sturio. Manardus li. 9. epist. 3.
Hydatides, id est, uesiculæ aquę plenę. ὑδάτις, id est, uesicula, substantia quædam tenuis sub cute palpebræ, prçter naturā collecta: Augbrawen bläterlin. de cuius curatione require apud Paulū lib. 6. cap. 14. Lege, Palpebrarum uitia.
Hyderica corpora, quę plurimo humore prægrauantur.
Hydieros, Erinos, apud Dioscor. libr. 4. capite. 32.
Hydreros, Diabetis morbus apud Aëtium lib. 11. cap. 1.
ὕδνον, tuber. Lege, Tubera.
ὑδραγωγα, pharmaca aquā proliciētia.
Hydragogos, Vinca peruinca, apud Dioscor. lib. 4. cap. 150.
Hydrargyros, siue Hydrargyron, argentum est uiuum.
Hydrastina, syluestris Cannabis, apud Dioscor. lib. 3. cap. 166.
Hydragora. Lege, Garum.
Hydrçleon, oleum cum aqua mixtum.
ὑδροκήλη, Hagel geschwullst. aquosus ramex, uel cessantis humoris in scroti aliqua parte collectio. Sic enim interpretatur Gal. in Definit. nam plura sunt huiusmodi tumorū genera. Est & aliâs
Hydrocephalon, aquosa humoris, uel sanguinis humidioris collectio. in parte eorū corporum quæ caput contegunt. ὑδροκέφαλον item uocauit Celsus morbū, ubi humor cutem capitis influit, eam què intumescit, & prementi digito cedit, lib. 4. cap. 2. Auicenna aquam uocat extra craneum, Abbas apostema intercutaneum. Vel clarius, Hydrocephalus, morbus quidam est appellatus, ab humoris cuiusdam, qui aquosus substantia est, proprietate. Infantibus contingit, cùm à partu ipsorum caput imperitè ab obstetricibus cōprimitur: siue ex incerta caussa: siue ex uenæ aut uenarum ruptione, cum in segnem quandam substantiam effusus sanguis conuertitur: siue ex rarefactione, cùm in aquam euadit materia, & inter cutem & caluariæ membranam defertur. Paulus lib. 6. cap. 3.
Hydrocephalus infans, quomodo ex utero sit extrahendus, uide Paulum lib. 6. cap. 74.
Hydrolapathon, id quod in aquis prouenit Lapathon.
Hydromantia, scientia quæ ex aquis quædam uentura præsagit.
Hydromelon, aliud quā Hydromeli, quomodo fiat, uide Diosc. lib. 5. cap. 23.
Hydromeli, secundùm aquæ mulsç genus, saporem uini uetustate assequitur: nusquàm magis laudatū, quàm in Phrygia, ex imbre quidèm puro, & melle. Dioscorides lib. 5. cap. 10.
Hydromphalon, est torpidi humoris constitutio in umbilico. Interdum etiam sub eius tunica continetur.
Hydromphali, quibus aqua inmodica umbilicum extrudit.
Hydronterocele, est intestini delapsus, & torpidi humoris collectio in scroto.
Hydropen, sunt qui urinæ profluuiū interpretantur, alia licet ratione, ut Aëtius sermone. 1. cap. 1.
Hydrelæum, id est, oleum dilutum.
Hydromalum, ex aqua meleomellæ confectio. apud Paulum lib. 3. cap. 30.
Hydrophobi, à cane rabioso demorsi. ὑδροφοβία, miserrimum genus morbi, in quo simul æger & siti, & aquæ metu cruciatur.
Hydropiper, apud aquas nascitur quæ stagnant, aut pigro lapsu repūt. Non desunt, qui Persicariam Hydropiper esse suspicantur: quanquam folium Persici huic reddatur, unde ei nomen, Hydropiperi [illegible]ro menthæ, atque lauri. Est & in folio Persicariæ litura, maculæ modo inscripta: quæ si fuisset in Hydropipere, fortasse non omisissent autores. Est ergò Persicaria folio Persici, flore candido, spicaceo, gustu acri, semine minuto, caule nodoso, rubenti, longo: quæ sunt omnia Piperi tributa. Liberum tamen sit hic æstimantibus iudicium. Teut. Wasser pfeffer/ Flöhkraut/ Kassel/ Mucketkraut,

Pfawenkraut/Pfawenspyegel. Hanc muscę uehementer abhorrent, nec succū eius attingunt.

ὕδερος, aqua intercus, quæ generatur ex corrupti iecoris uitio, uel splenis acie: aut cum siccati fellis medulla, ut inquit Serenus.

Hydrops, est morbus Anasarca dictus, in quo corpus totum intumescit, & humore obluitur. Morbo affectis, pudenda eriguntur, febresq́ accidunt.

Hydrops Tympanitis, est in quo plus spiritus, & minus humoris inuenitur. Itaquè si quis pulset, uelut tympanum sonū emittet & edet.

Hydrophobos, formido et pauor aquę dicitur, in ijs, quos canis in rabie percusserit. Vnde dicti Hydrophobici. Vel affectus est ex morsu canis rabiosi cū punctione: tumq́ abhorret à potu, & distrahitur & contrahitur corpus. His autem accidunt paracopæ, insaniæ species.

ὑδροῤόδινον, aqua rosata.

Hydrorosata, Aqua rosacea.

Hydroselinon, Helioselinon apud Dioscor. lib. 3. cap. 73.

ὑδρωτικά, sudorifica medicamenta.

ὑδύχρον, unguentum σκευαζόμενον ἐν κῶ, ut inquit Dioscorides à coloris hilaritate sic dictum, quam præstat inunctum, ut opinor, non quam habet in se: quod uerba sonare uidentur. Idem uidetur esse cum Amaracino: nisi quòd nomē hoc proprium habet in Co, ubi nobilissimū. Hinc prouerbio locus: Nihil cum Amaracino sui, ut est apud Gellium. Quanquàm in Chiliadibus suis, Erasmus Roterodamus amaricinum legit, non amaracinum. Sed ad rem ὑδύχρον, Andaracoron uocant Arabes, sed peruersè ac barbarè. Ingrediuntur hydythrum, ut Græcos sequamur, asarum, amaracus, aspalathus, carium semen, calamus odoratus, iunci flos, xylobalsamum, opobalsamum, phu ponticum, cinamomum, costum, myrrha, feniculum, amomum, mastyche, uinum uetus odoratum, & reliqua id genus.

ὑδρωτικά, sudorifica sunt medicamenta, quæ sudorem prouocantia.

Hydrotopium Olympiacum, id est, potus contra rigorem. Et Olimpiacum ab autore sic dictum. autor Nicolaus.

Hydrus serpens, ex cuius ictu tactus, grauis odor excitatur, ut uix ulli prope cōsistere liceat. Insuper eos quos tangit, obliuione afficit, ac oculos præstringit: deinde in furorem ac rabiem agit: postremò etiam perimit. Ælia. & Aristot.

ὑγίαν⊙, qui omnem sanitatis tuendæ artem profitetur: quemadmodum Gymnastes, tantū quæ ad exercitationes pertinent, callet. Quin Erasistratus quoquè ita eum appellauit.

Hygromyra, liquida unguenta, fœminarum auribus expetita.

ὑγρόν, humor. Hinc

ὑγροὶ, lasciui. Vocati sic à Grammaticis, ab humiditate: quoniam inquiunt ex humecta natura consurgit cōeundi auiditas.

Hymen, neruosa exilitas intra muliebre pudendum, integritatis argumentum: quam primus cōuellit congressus. Dicitur & Eugeon.

Hymenon, epanastases, apud Galenū in oculis membranarū rebelliones, uel insurrectiones, uel extuberantiæ.

ὑοειδὴς, os quod antiadibus subest: ab literæ imagine. Hierophilus, quia assistat antiadibus, Parastatem appellauit.

ὑοσκυάμινον ἔλαιον, oleum hyoscyami, uel apollinaris herbæ. Cerebri motus facit si potetur: quare cauendum.

Hyoscyamus quæ sit, uide apud Dioscorid. lib. 4. cap. 72. Dicta Græcis quasi suilla faba: quòd apri pastu huius herbæ resoluantur & conuellantur. Ruel. Teuton. Sewbonen/ Bylßenkraut/ Schlaffkraut/ Dollkraut.

ὑπάγειν. Vide, λύειν.

ὑπατῖτις, iecoraria uena.

Hypecoon nascit in segetibus, aruisq́, folijs rutæ, exilibus ramis. Dioscorides libro

libro.4.cap.71.

ὑπήλατα, lenes quædam ac blandiores purgandi facultatem obtinentes medelæ, uerbi caussa, Mercurialis, Polypodium, Cnicus, semen Vrticæ, & id genus plæraq;. Alexander libro.3.

Hypelata. Lege, ὑπήλατα.

Hypenemia, oua dicuntur ea, quę aues aliquot sine coitu masculi prægignunt: latinè fortaßè, non inconcinno uocabulo, subuentanea. Albertus oua uenti appellat. quoniam qui naturas rerum scrutati sunt, ex uento nasci suspicantur, maximè uerò Zephyro, uel Fauonio, idq; adeò in uere. Id ita habere, nedũ ex scriptoribus physiologis, sed experiẽtia ipsi didicimus, in uere anni tricesimi multam ouorum copiam prouenisse in Alsatia, in magna frumentorum & leguminum inopia, imo etiam siccitate, & graminis penuria: nõ aliundè, quàm quòd ex uento orientali & fauonio impregnatæ gallinæ, accedente simul libidinis imaginatione, etiam plaustra ouorum parturierunt. Quæ si quis Zephyria appellarit, non admodum aberrauerit. Id tamẽ fortaßè constare arbitror, quicquid est huiusmodi ouorum, non solùm sterilia esse, & pullos non edere, sed ne gustu quoq; adeò esse suauia, durareq́; minus. Plin. lib.10. Aristot. lib.6. Animalium.

Hypericum, herba S. Ioannis, describitur à Dioscor. lib.3. cap.172. Lege, Perforata. S. Johanns kraut/ Harthaw/ Küntrath/ Vnser frawen bettstro.

Hypericon, Ruta syluestris, apud Dioscor. lib.3. cap.51.

Hypericum tertium, Coris dicta herba apud Dioscor. lib.3. cap.175.

ὑπερῴα, palatum.

ὑπεροχαὶ dicuntur ea, quæ ulceribus excrescunt & extuberant.

Hypersarcosis, carnis supercrescentia. de qua plura Galenus lib.3. Method. atque ab eodem pro morbo reputatur.

ὑπερσαρκώματα, carnis superexcrescentiæ.

ὑπερτραγίζειν τῇ ὀσμῇ, pro, admodũ sub alis fœtere, apud Dioscoridem.

Hypnales. Lege, Aspidum genera.

ὑπνωτικά, somnifera sunt, quæ scilicet somnum pariunt.

Hypnoticon, Hyoscyamus, apud Dioscoridem lib.4. cap.72.

Hypocaustum, idem quod Laconicum balneum. Lege, Balneæ.

Hypocynipes, Myrti ramuli.

ὑποκίῤῥον, subflauũ, id scilicet quod aliĳ subruffum uocant.

Hypochistis descriptionem uide lib.1. cap.129. Dioscor. Teut. Hanroßen/ Haberroßen.

ὑποκολοβός, quod decurtata radice est.

ὑποχόνδρια dicuntur, quæ nos uocamus Præcordia, facto ex præpositione, & chartilagine nomine: quasi sub chartilagia dicas, Ea uoce Plinius lib.30. cap.3. significari ait omnia hominis exta. Verba eius sunt. Pręcordia uocamus uno nomine, exta in homine. Græci, quoniam sub chõdro, id est, sub chartilagine sunt, Hypochondria uocant. Latini sua Præcordiorũ uoce, significasse potius uidentur, quod Græci προκάρδιον dicunt, id est, quod cordi prætenditur. huic enim magis quàm illi latina uox respondere uidetur.

Hypochondriacus morbus, Epilepsiæ tertia species, quę fit ex melancholia. De qua uide Galenum lib. de locis Affectis, capite.6.

ὑποχόνδριον. Lege, προκάρδιον.

ὑπόχλωρον, subuiride.

Hippocloriasis, morbus oculorum in equis, à capitis humore descendens, & in uno oculo sese primo ostendens: postea transiens etiam ad alterum. Vegetius lib.2. cap.16.

ὑποχύματα diffinierunt esse, pigri cruoris concretionem in cornea tunicula, ad oculi pupillam, qua uisus impeditur. aut saltem uidẽdi perspicua claritas. Ad diderunt́q;, fieri frigiditate, aut infirmitate spiritus quo uisus peragitur: ideoq; se-

ribus,aut post longam ualetudinem accidere. Fieri etiam ex uiolento uomitu, ictuq́, & ob alias caussas:differreq́ ab albuginibus, quas Græci γλαυκώματα dicunt:quòd albugines crystallini humoris uitium sunt,quo mutatur in glaucum colorem humor ille. Suffusionem autem fieri,subeuntibus concretis humoribus, inter corneam & crystallinam: esseq́ omnes albugines æquè incurabiles, suffusiones contra curabiles, sed non omnes: ideoquè curandas antequàm inualuerit malum.

ὑπόχυσις,oculorum suffusio.

ὑπογάστριον,quasi submentale, & totũ id quod ab umbilico, usq; ad pilosos genitalium partes, à Latinis uocatur Pubes. Vide dictionem,κοιλίαν.

ὑπογωγὴς τῆς κοιλίας, subductitium uocatur uentris.

Hypegeson,Aizoum, apud Dioscor. libro.4.cap.91. quòd in subgrundijs ferè nascitur.

Hypoglossis,caruncula,qua lingua cõnectitur inferiori parti oris.

Hypoglossion,seu Hypoglotton,Laurus Alexandrina. Vide Diosc.lib.4.capite.148.

Hypoglotides,quibus item lingua cohæret uenæ inferioris partis oris.

Hypoglundis. Vide,Acetabula.

Hypoglutides. Vide,Acetabula.

ὑπόλευκος,subalbidus.

ὑπόνομα ἕλκη, hulcus cuniculosum, quod scilicet pluribus, transuersisq́ itineribus quasi canalibus per latitudinem putrescit. Nostri uocant Lepusculum, uel Cuniculum.

ὑπώπιον,circa oculos, & in cornea eius membrana suppuratio est. sic dicta, à πύον,quod significat pus.

Hypopheon,nascitur in segetibus, aruisq́, Rutæ folijs, exilibus ramis. Dioscorides lib.4.cap.71.

Hypophthalmon, Aster, uel Inguinalis apud Dioscor.lib.4.cap.121.

ὑποφθαλμία. Vide,ὑπώπια.

ὑπώπια,qui sub oculis contingunt ex percussu liuores. quòd ὦπες quidem oculos significant. Quanq; & durior manuum cutis ex labore callosa, nomine dicitur eodem. Autor est Pollux, ossa sub oculis,quibus accumbũt nares, dici quoquè ὑπώπια, id est, genas, & uoce alia ὑποφθαλμία. Vnde & ὑπωπιάζειν, custodire.

ὑπόπτια,uocãt sinuosam sub oculis partem.

Hypochysis,idem quod Hyposphagma. Lege,Hyposphagma.

Hypoglossos,acinos fert rubẽtes,Rusci modo. Dioscor.lib.4.cap.133.

Hypopion, Tapsia apud Dioscoridem libro.4.cap.159.

Hypoquistidos. Lege,ὑποκύσις.

ὑπορρίνιον. Vide, Mystaca.

ὑποσάρκα,ὑποσαρκίδιος,et ἀνασάρκα, omnibus uocibus à carne facta appellatione,quoties toto corpore resoluuntur solidæ parteis in aquæ naturam: cùm in cæteris in aquam conuersus cibus, inter intestina, & tunicam, quam Peritoneon Græci uocant, diffundatur. At hæc ferè, teste Hippocr. incurabilis est. Hydropis species

Hyposisma,id est, Manna thuris.

Hypospigma, est extra superficiem amoliti simile.

Hyposphagma,uenarum in oculis ruptura ex ictu ferè prouenìens, ex qua in extima oculi parte ueluti sanguinis puncta demonstrantur. Paul.libro.3.cap.22. ἀπὸ τῦ σφάττειν.

ὑποσπαδιαῖοι,uocantur Paulo Æginetæ,quibus à natali die glans perforata non est, sed sub eo qui uocatur canis, ad finẽ glandis foramen habent,lib.6.c.54.

Hypospatisther, chirurgicum instrumentũ,quo in emendandis oculorum uitijs usi ueteres sunt:alio nomine Spatha dictum. uide Paulum lib.6.cap.6.

Hypospathismos,ab instrumẽto. s. cui nomen est hypospatisther, frontis incisio,sic appellata:quæ quomodo fieri debeat,require apud Paulum lib.6, cap.6.

Hyposphа-

Hyposphatismus, cùm rheuma multū & calidum per oculos fertur, ac propter uultum rubor apparet.

ὑποσυμμίγυ, in umbra mixta exercitationis species.

Hypothemar, quod ab indice ad minimum digitum est spacium.

ὑπότριμμα, obsonium ex dactylis palmarum, & melle, alijsq́ quibusdam condimentis. Apitius etiam inter genera condimentorum collocat.

ὑπόξανθος, subruffus.

ὑπόζωμα, sub laterib. ipsum subcinctū.

Hyrudo. i. sanguisuga, notum animal. Horatius. Nō missura cutem nisi plena cruoris hyrudo. Teut. Aeglin.

Hysginum, herba est, coloris flaui. Interpres Nicandri. Nec plura.

Hysginus color. Lege, Color uarius.

Hysobrion, Marum apud Dioscoridē lib. 3. cap. 47.

Hyspaspidias, est morbus in quo penis subtrahitur.

Hyssopum. Dicit͛ Hyssopus tàm neutro, quàm fœminino genere, teste Hermolao Barbaro. de quo Diosc. lib. 3. cap. 28. Teu. Hysop/Kloster Hysop/Jspē.

ὑστέρα, Gręci secundas uocāt, & omnia quæ editum infantem in lucem sequuntur. χορίον autem quod ante puerperiū tunica & inuolucrum factus sit: ideò sic dictum, quod χόρημα, locum scilicet & spacium fœtui det: uel quòd nutrimentū fœtui subministret: constat q́ duabus uenis, totidemq́ arterijs, & quinto, quod ὀραχόν uocant.

ὑστερική, strangulatus.

ὑστερικὴ πνίξ, matris suffocatio. Sic eñ Paulus uocat, ἐμπνευματοῦται γὰρ, id est, tumescit spiritu ex frigiditate interdū, aut ἐκ δυσοκίας, hoc est, portionis difficultate, ore præfracto, uel etiam θρόμβυ φαρασφαυθέντος ἐν αὐτῷ, hoc est, in eo thrombo, siue malis grumum dicere, id est, amplius concreto. Latini nō tàm uocabulo appellant: sed alij præfocationes uuluæ, alij strangulatus, alij ab euentu eius morbi, obmutescentes strangulatu uuluæ fœminas dixerunt.

Hystericę mulieres, ab utero suffocatę.

Hysteralogia, uteri dolor.

Hystrites, acculeatis horrent peñis: sępè illas iaculi modo emittunt. Ælianus.

I A

Iabyzos, olim myrrhæ addebatur, multò preciosior quàm myrrha.

Iacha, flos. Vnde & Iachadæ coronæ, odoris commendatissimi.

Iacobus Psychrista, Medicus. Citatur eius Ceratum ad inflammationes pedū, apud Aëtium serm. 12. cap. 43.

ἰαμά, id est, sanitas.

Iaron, Dracontium maius, uel Iaros.

Iasione, olus est, ut inquit Theophrast. syluestre, repens in terra: cum lacte multò florem fert candidum. Concilium uocant, singulari folio. Sed ut descriptio tamen, & quasi rudimentum multorū apparet, Plinius inquit, unum tantùm habet folium Iasione, sed ita implicitum, ut plura uideantur. Huius flos conceptaculo auersa parte non indiget, sed postrema eius exeunt in angulos: qualus uerò oleagineus aspicitur. Stimulat hæc herba coitum, lactis ubertatem præstat, phthisicis prodest, infantium illita capiti nutrit capillum. In Plinio tamen pro Iasione, Lasma deprauatum erat.

Iasius scripsit de odoribus: & citatur ab Herm. Barb. de unguentorum ratione.

ἰασώ, καὶ πανάκεια, Æsculapij filię, haud dubium, quin Medicinæ quoq́ peritæ. Plura de his Aristophan. in Pluto. Sed & Hippocrates in iureiurando, per Panacæam sic iurat. Per Apollinem medicum, Æsculapiū, Hygæan, Panacæamquè iuro, cæterosq́ Deos cunctos, Deasquè testor.

Iaspis lapis, apud Diosc. libr. 5. cap. 151.

Iatraleptæ sunt, qui latinè Plinio reunctores, græcè ἰατρῶν ἀλεῖπται.

ἰατρονίκην se appellari passus olim

Thessalus, id est, Medicorum omnium autorem. De quo uide Plin. lib. 29.

I B

Iberis, græcè ἰβηρίς, siue καρδαμάντικον, folia habet Nasturtij, uere urentia, caulem item cubitalem, aut minorem. In incultis nascitur, æstate & lacteum florem promit: quo tempore efficacior est. Radices duas Nasturtio similes habet, calefacientes, & adurẽtes. Teut. Wyld er Kreſſz. Gauchblūm. Dioscor. lib. primo. Plin. lib. 25. cap. 8. & lib. 26. cap. 8. Officinæ Vincetoxicon uocant. Nascitur ubiq; in Italijs, in parietinis, & incultis. Lege, Cardamine.

Ibex, pernicitatis mirandæ animal, caprarum genus.

Ibis, Ægyptium animal, Lunæ sacrũ. Nam ad eius rationem syderis oua fingit, intestinum q; eius augescit. Insuper ociosè ingreditur: lauticiarum amantissimus: cubile sordibus maculatum abluit. Ælianus.

Ibridam, ex sue domestica & apro natum dicimus. Quo nomine Cicero collegam suum C. Antonium perstrinxit.

I C

Icteriades febris. Lege, Febris.

Ictericius color. Lege, Color uarius.

ἰκτηρικοί, renum uitio laborantes.

ἰκτερός à nostratibus, atq; item ab Horatio, Plinio, Varrone, & Sereno: à quibusdam itẽ morbus regius. Est autẽ morbus, cùm per totum corpus bilis suffunditur. Quæ interdum nigra, interdum flaua est. Sic dictum putat Plinius libro 30. cap. 3. ab Ictero aue: quæ si spectetur, sanari id malum tradunt, auem uerò mori. Hanc putant etiam latinè uocari Galbulam: & morbum Arquatum, à colore cœlestis arcus, teste Nonio. Verba Sereni super hac re adieci.

Regius est uerò signatus noĩe morbus,
Molliter quoniã celsa curatur in aula.

Celsus uocat Aurigonem, Acron dæmoniacum, comitabilemq;. Vel,

Icterus, siue Arquatus morbus, est effusio bilis in cutem: tingitur autem corporis superficies felleo colore, & fit qua si uiridis, cutisq; male affecta: uitiligines irrepunt, atq; deiectiones albę defluunt. Galenus de Definitionibus.

Ictis, Viuerra animalculum: à quo & Icterus morbus, siue Ictericia, mustellarum generis.

Ictus, pulsio, quæ per dilationem fit. Aristot. 4. Meteor.

Ictus in pulsu uocatur, quùm arteria motu suo tactui occurrit.

Ichneumon, notum animal Ægypto. Plin. lib. 8. cap. 24.

ἰχώρ, in hulceribus tenuius excrementum & sanies. Quod uerò crassum est, Sordes dicitur. Vide, Sanguis. Vnde,

ἰχῶρες, commixti sanguinis humores.

ἰχωρῶντα ὦτα, aures ex quibus sanies destillat: uel humor aquosus.

Ichrei asinus, Maiorona, & Samsuchus, quondam Magis sic uocata, ut autor est Dioscorides lib. 3. cap. 45.

Ichthyocolla, gluten pisciũ, apud Dioscor. lib. 3. cap. 101.

Ichthyotheron, Cyclaminus est. Dicta, quod pisces ea necantur.

Ichthyotrophia, uox græca est, qua uiuaria piscũi significantur, quę & piscinę nominantur. Plinius noster hæc omnia receptacula auium, piscium, ferarum, generali uocabulo uiuaria appellat. Columella lib. 8. cap. 1.

Ichthya, instrumentuum quo demortuus fœtus in utero præciditur.

I D

Idæa radix, acerba gustu, misceri solita luctantium in palestra pulueri, ad ea quę repercutere tantùm oporteat. Meminit Dioscorides lib. 4. cap. 47.

Idæus lapis, Dactylus in Creta, apud Solinum cap. 16.

Idiophyton, Leontopodion, apud Dioscor. lib. 4. cap. 132.

Idiopathia, Affectus proprius.

ἰδιοσυγκρισία, corporum proprietas, & natura quędam specialis. Galenus libro 3.

bro.3.Meteor.

ἀδελφισμένα,Hipp.uocat lib.2. de rati one uict.alimenta similia, congruentia que,genere iuncta,cognataq́ue.

☞ I E

Iecur,uenosum membrum,calidum,et multi sanguinis plenum:& primum san guinis concoctionem facit abundantissi mam,iuuatq́ue concoctionem quæ in uen triculo fit,eumq́ue suo contactu confouet & calefacit.Galenus de Definit.

Iecorosus,qui ex Iecore laborat.

Ieiunum intestinum, quod sic dictum græcè νῆστις, quoniam minus implicitū, nunq́ue quod accipit,continet,sed ad infe riora protinus transmittit.

☞ I G

Igname,radix insulæ Calechut,qua ad panes utuntur conficiendos:nostro orbi incognita,ut inquit Aloysius lib.2. cap. 65.nauigationis noui orbis.

Ignem S.Anthonij,appellant perfectā membri corruptionem, sensum penitus auferentē.Græci σφάκελον uocant.

Ignis sacer Plinio est,qui à Diosc.He rysipelas uocatur. Sunt & morbi quidā Herysipelatodes uocati, quoties accēsio interna cum dolore uehementi circum uiscera percipitur: sed cùm in cerebrum subit id malum, etiam refrigerantur & impallescunt ora.Herysipelas & in uul neribus quoq́ue dicitur, cùm super inflam mationem rubor ulcus ambit, isq́ue cum dolore procedit,ut ait Celsus. Idem au tor Ignem sacrum ab Herysipelate di uersum facit lib.5.genera Ignis sacri duo reddens: Alterum in altitudinem pustu lis continuis,æqualibus, exiguis: Alte rum in summæ cutis exulceratione, la tum,inæquale.

☞ I L

Ila,pars lumbi,seu lateris in fue. Hora tius. Potma magis,an magis Ilis.

Ilamides,membranæ quæ circa medul lam ἀλῆνται, id est, finguntur. Aliàs, μηνίγγαι.

ἴλεον,græcè Voluolum,

ἴλεον,tenuioris intestini morbus.

ἰλεός,tumor eminens in tenuiorum in testinorum parte, ut uideatur intestinū ad chordæ similitudinem inuolutū. Nō nulli etiam Chordapson uocant. Galen. de Defin. Est enim intestinorum inflam matio tenuium, ut neq́ue excrementa ex ercere possint: tormina subsequuntur im pendio molesta, doloresq́ue uehementer mouent.uide,Colici.

Ilia, in imo uentre posita sunt inter co xas & pubem, inquit Celsus. Græci ab immanitate uocant Ceneoma: & quòd flaccida sint,id est, Lagona.

Iliaca passio acuta est sub angusto tem pore. Colica uerò unius intestini quere la grauissima, frequenter chronica statu tis temporibus. Strophus ijs leuior. Vi de suo loco.

Iligneus,ab Ilice possessiuum.

ἰλιτενής, κίος ἀχάρωος. Hesichius.

Illecebra, Semperuiuum minus, teste Aëtio,lib.13.cap.123.

Illecebra, Diosc. Telephiū lib.2.ca.207. Romanū nomen, syluestris Portulacæ.

ἰλλός, strabo, accentruncula in ultima parte oculi,uel cæcus: unde & ἰλλώπτειν significat τὸ στραβίζειν.

Illyricæ Iridi regio nomen dedit. nam ea in primis probatur. Etiamsi Paulus Ægineta lib.3. Medicinæ suæ, Illyridæ appellationem magis probet. Plura su per ea re M. Verg. in Cōment. suis, qui admodum curiosè in eo uocabuli etymo laborat.

Illuuies,oris fœtor, græcè ἀλυσία.

☞ I M

Imantopodes,à Plinio ponūtur in Æ gypto inter aquatiles aues.

Imbecillitates, medicorum uulgus uo cat alteratæ qualitatis morbos. Vide Ga lenum de morbis,& symptomatis.

Imber,fit ex impressione nubis, mag nopere addensatæ, tot habens differenti as,quot [illegible] est nubis compressio. A ristot. [illegible] cœlo & mundo.

Imbuere,est inficere,et primū tingere,

Imminutionẽ uocauit Galenus, quod alij morbi ipsius declinationem, quùm scilicet ex febris magnitudine quippiam demitur. lib. de morborum temporibus.

Immussulus, uulturis pullus. Plin. lib. 10. cap. 7.

Impetigo, uulgò etiã Violatica: secundùm alios fœdatio cutis, serpẽs cum pruritu, & prominens. Quibusdam uidetur eadem esse, quam Græci λαχῆναν, ἢ φώραν uocant, ἀπὸ τῦ ψαχᾶν, quod significat cõfricare. Latini Zema. Sunt qui nominent Herpaginem, & Serpiginẽ, eo quòd serpit. Meminit & Celsus lib. 5. ponitq; species eius quatuor: atq; item Plin. lib. 28. cap. 10.

Impetix. i. Impetigo, ut placet Festo.

Impicato, pice oblinito. Picare, impicare, oppicare, uerba sunt ab uno picis fonte corriuata. Columel. lib. 12. cap. 29.

Impluuiatus color. Lege, Pullus.

Impresʃio, est partis eius, quæ per summa residet, introrsum migratio, quæ pulsione, aut ictu, sed in totum tacta accidit. Aristot. lib. 4. Meteor.

Imputrida uocauerũt ueteres Medici, quæ nos hodiè incocta nominamus. Galen. lib. 6. Aphorismorum, Aphor. 1.

I N

Ἶνας uocant Græci, quib. foliorũ partes intercedente diuisione aliqua inuicem separantur. Quod in folijs uitis & fici à tergo manifeste deprehenditur, in quib. nõ aliter, quàm in hominis dorso spina à reliquo folio ueluti costa & puluinus eminet. Plin. aliquando fibras, aliquãdo neruos, aliquando dorsum, & aliquando uenas pro rerum necesʃitate appellat.

Inangulares, encanthides, uel tubercula, quæ in angulis oculorum oboriuntur. Paul. lib. 6. cap. 17.

Incarnatio, quæ in uulua fit, est carnosæ molis productio: quam ex parte resecare necesse est, si magna fuerit: destillatq; è, ut citius mortificetur. Si autem fuerit modica, actutum ferri conuenit.

Incendiaria auis quæ dicta sit, nec reperitur, nec traditur. Plin. lib. 10. cap. 13.

Incensa. Lege, Thymiamata.

Incerniculum, ab incernẽdo, genus est cribri. Pli. li. 8. ca. 44. Cato in re Rustica.

Incertus color. Lege, Color uarius.

Inciles fossę dicuntur, ad deducendam aquam factæ. Aliàs Incilia.

Incilia, fossæ sunt, quæ in agris fiunt, ad aquam deducendam. Dicuntur & Deriuationes, de riuo communi factæ. Portius Cato. Incilia aperire, aquam deducere, uias & segetem curare oportet, ut fluat. Item, in monte fossas inciles puras habere oportet. Columella lib. 5. cap. 7.

Incilia. Vide Ilices. Inciles fossæ, & Elices.

Incisio. Lege, Fracturarum ossium in capite.

Incombustibilia uocantur, quæ nullos habẽt meatus, quibus introrsum ignem admittant: neq; humorem continent incẽsioni idoneũ, ceu glacies. lib. 4. Mete.

Inconcoctio, imperfectio est, quæ proprij caloris penuria accidit: caloris uerò penuria frigus est. Arist. lib. 4. Meteor.

Incrementum, est in longum, latum, et profundum corporis extensio.

Incubus. Vide, Ephialtis.

Indensatilia, quęcunq; uel impressatilia sunt, uel pressationem obtinent incõstantem. lib. 4. cap. 9. Meteor.

Indicatiuum signum. Lege, Signum.

Indici genera quæ sint, uide Dioscor. libro. 5. cap. 93.

Indici canes, ex Tigridibus nascuntur.

Indus Medicus, citatur ab Aëtio sermone nono, cap. 49.

Inedare. Plinius pertinentia ad hanc sententiam hæc scribit. Cæterùm ut odore careant, omnia hęc iubentur seri, cùm luna sub terra sit: colligi, cùm in coitu. Sine his, Menander è Græcis autor est, allium edentibus, si radicem betæ in prima tostim superederint, odorem extingui. Columella lib. 11. cap. 3.

Inæqualitas pulsuum. Lege, Pulsuum differentiæ.

Infamis digitus. Vide, φύσιν.

Infriata.

Infriata, minutim insparsa. Prisabile id latinè uocatur, quod facilè disteritur: uulgò uocant puluerizatum. Columella libro. 27. cap. 5.

Infiniti plures acceptiones ponit Aristot. lib. 4. Physicorum.

Infinitum magnitudine uocatur, quod suæ magnitudinis caret extremis.

Infinitum multitudine, quod suę discretæ multitudinis caret extremis.

Inflammatio in uulua est, quæ fit cum dolore uentris, inguinumq́; in qua cum febribus accidit syncopitis dolor, tendinum contractio, & oculorum cauitas.

Inflammationes à quibusdam ueteribus dicebantur, quæ sunt uelutí quædã excandescentię: à iunioribus autem non æquè. De arte curatiua ad Glauconem libro primo.

Infricare, est terendo aliquid digitis leniter inspergere.

Infusa aliqui uocant Clysteres.

Infusiones, medicarum & pharmacorum: quæ sic appellat Barbarum medicorum uulgus. Græci uocant ἀποβρέγ

Infundibulũ, instrumenti rustici (μετα. ci nomen est, quo uina diffunduntur in dolia, in usu cellæ uinariæ frequentissimo. Portius Cato scribit, oportere uillicũ habere in instrumento fundi Infundibula duo. Refert Flauius Vopiscus in Aureliano, fuisse quendam bibacem, qui bibere solebat Infundibulo apposito plus orca. Est autem orca genus uasis. Columella lib. 3. cap. 12.

Ingluuies. Albertus Magnus doctior quàm eloquentior, pappam uocat in auibus, quam Columella uocat Ingluuiem. Itidem Vergilius illo uersu, Improbus ingluuiem, ramisq́; loquacibus implet. A Plinio dicitur, sinus gutturis. Est autem capacitas gulæ patentior, qua merguntur recentia cibaria. Col. lib. 8. cap. 5.

Inguinalis, Aster, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 121.

ἰνίον, ceruix.

Inire gregem, id est, coire cum grege. Auson. Sic me taurus init, sic proxima buccula mugit. Ouidius. Ineas quamlibet ante uelim. Hinc Initus ponitur pro coitu. Plinius tradit equos, & canes, & sues initum matutinũ appetere. Idem de bobus scribens, ait, Conceptio uno initu peragitur. Colum. lib. 7. cap. 3.

Inis, infans, & paruulus.

ἴννος. Lege, Inulum.

Inordinatus pulsus. lege, Pulsuũ differ.

ἰνίον, occiput: sic dictum, quia ex ipso ἶνες, id est, nerui capitis principales procedunt.

ἶνις, infantem & paruulum significat.

Inquinatio, in cõcoctio quidèm, sed elixationi aduersa. Aristot. lib. 4. Meteor.

Insolationes uocanť, quando ad solẽ sic candi gratia hydropici exponũtur: olim frequentes ueterib. teste Gal. & Aëtio.

Insecta animalia uocantur, quæ nunc ceruicium loco, nunc pectorum atq; alui, præcincta separant membra, tenui modo fistula cohærentia. Aliquibus uerò non tota incisura eas ambiẽte rugas, sed in aluo, aut supernè tantùm imbricatis flexilium uertebris, nusq́; alibi spectatiore naturæ rerum artificio. Plinius libro 11. cap. 1.

Insipiat, apud Varronẽ, id est, alterando fuit insipidum. Quanq́; alibi legatur, cùm fur incipiat.

Insolare, id est, soli exponere.

Insolari item, est sole impleri, concoquique. Columel. lib. 11. cap. 3.

Insolati dicuntur dies, multo sole & puro intepescentes.

Inspergo, pulueris, uel farinę inspersio.

Insuccanda, aspergenda, & quodam quasi succo irroranda, madefaciendaq́;. Colum. lib. 7. cap. 4.

Insultus, accessionis tempus simplex, exactè iam primum. Idem hoc Græci ἐπισημασίαν, hoc est, febris significationem nominare consueuerunt. Galen. lib. de Morborum temporibus.

Integritas. Lege, Sanitati tria accidũt. Nam Integritas uocať, cũ morbus abest,

Intercidens

Intercidens pulsus. Lege, Pulsuum differentiæ.

Intercisio stomachi, uidetur Plinio esse rosio: ut in mentione Pulegij colligitur ex Dioscoride.

Interfemineum. Lege, κτείς.

Intergetini parietes nomen habent ab intergerendo, id est, ferendo, sustinendo quę, non à lateribus, ut communes, sed in medio eorum. Vitruuius lib. 2.

Intermissio morbi uocatur, quando morbus (exempli gratia, febris) in quietem desierit. Gal. lib. 1. de Crisib. cap. 3.

Intermittens pulsus. Lege, Pulsuum differentiæ.

Internodium, quod inter artus, uel genicula medium intercedit.

Interpolato, condepsitoq́, id est, benè premito & excolato.

Interpolare thura, est rudia cùm sint, polire & nouare. Plinianum.

Interuaseris. Hic Columellæ corrigendus est locus, interraseris. Namq; interradi dicuntur arbores, quando rami intermedij succiduntur: quoniam densitas officit, ideoq́ laxioribus interuallis serendæ sunt arbores. Interradi gaudent oliuę, autore Plinio. Colu. lib. 5. cap. 19.

Intertrigines, fricte/cutis ablata, excoriataq́ per urinã inter femora. Mali genus quod uocant aliquando attrita, aliquando confracta membra. Fit autem, atterentibus & urentibus in itinere pedes angustis calceis. Fit etiam confricatis longa equi uectione interioribus feminibus, alijsq; partibus, & ex alijs caussis. Græcè παρατρίμματα.

Intertrigo, à quibusdam etiam Cancer morbus uocatur.

Interuallum, pulsus uocatur: quoniam inter duos ictus quiescit.

Interuallum, & Hippocrates, & Galenus uocauerunt, ubi iam febris ad integritatem peruenit, & pulsus in naturali statu consistit, quantùm nos sensu percipere possimus. Lege Galenum lib. de Malorum temporib. Verba Gal. Quamobrem merito quis ueterẽ consuetudinẽ secutus, in tertianarum periodis interuallum, tempus integritatis appellarit.

Interuenium, quod inter uenas intercipitur.

Iestina, fabrorum opera uidentur esse, quæ Theophr. lib. 5. Oicodomica, à ligno appellat, in quo potissimùm probatur abies. Vnde Abietarios, & Abietaria negocia, pro materiarijs accipimus.

Intestina neruosa, & hæc quidem ad excrementorum excretionem facta. Gale. de Definitionibus.

Intestinum crassius, id est, Colon.

Intestinum ieiunum, Lege, Ieiunum intestinum.

Intestinum uacuũ, alio nomine, ieiunũ.

Intestinum cæcum uocatum est, quod altrinsecus tenui intestino cohæret. Ideò sic nominatum, quod à dextera parte incipiens, in sinisteriorem peruium & longum est, in dexteriorem nõ. At id quod peruium est, latè fusum, atq; sinuatum post multos anfractus. Deniq; dextra recuruatum in imo dirigitur, quia excernit: & proinde ibi Rectum uocatur intestinum.

Intomata iumentorum tubera, quę frequenter illis accidunt. De quibus Vegetius lib. 2. cap. 30.

Intrita, uocabulo generali dicta est ab interitu. Interdum esculentis est: sæpè alijs rebus accommodata. Ait Terentius in Phorm. Tute hoc intristi, tibi omne exedendum est. Exposuit Donatus, hoc inter rusticos de alliato mortarij dici solere. Propriè enim, inquit, Intrita, dicitur huiusmodi cibus. Alia res est Catonis Intrita, hoc est, emplastrũ ad insitionem; cui emplastrationi nomen est maximè idoneũ. Plin. lib. 17. Sed id etiam apud ueteres Gręcos inuenit, & apud Catonem, qui oleã, ficumq́ sic inseri iussit, mensura etiam præfinita, secundùm reliquam diligentiam suam cortices scalpro excidit, quatuor digitorum longitudine, & trium latitudine, atq; ita cõaugmentari,

mentari, & illa sua intrita oblini. Hic uidetur intrita pro fæce uini poni, sicut alibi ponitur intrita, folliculorum, quibus acini uuarum conteguntur. Columella lib.12.cap.40.

Intrita calx, quæ non è gleba statim ad opus confertur, sed tempore maceratur, atq; fermentescit.

Intubum agreste, Lychnis agria, apud Dioscor.lib.3.cap.114

De Intubi speciebus, uide Fuchsium in cap.262. Seris.

Intybus. Verba Manardi de Intubis. Intubum duplex est: domesticum, & syluestre. Hoc Cichorium, Gensdystel/Sawdystel/Leberdystel/ illud Endiuiam uocāt. Aruensis rursum duplex est, scilicet, Radicula, & quam Cicerbitam uulgus appellat. Lege, Cicerbita, uel Sonchus.

Inula, synonymum cum Enula.

Inulam item Iulia Augusta illustrauit, dum ea uescitur quotidiano cibo. Herba est hortensis, amara, & per se stomacho inimicissima: eadem dulcibus mixtis, saluberrima. Defectus, præcipuè stomachi, excitat. Columel.lib.11.cap.3.

Inuolucrum, Epithymum, apud Dioscor.lib.4.cap.189.

Inurinare, innatare, & mergi. Vrinantes uocant, qui sub undis natant: quorū frequens mentio apud Plinium. Vrna, ut docet M. Varro, ex eo dicta, quòd urinatur, id est, mergitur ad hauriendam aquam. Firmicus Maternus docet, Vrinatores habere in horoscopo sydus delphini. Columel.lib.8.cap.14.

☞ I O

Iocinalis, Onobrychis, apud Dioscor. lib.3.cap.171.

Iolas Bithynus herbarius. Multa eius transtulit in suam naturalem historiam Plinius, quæ nominatim etiam citat lib. 20.cap.17. Dioscor.lib.1.

Ion, Latinis Viola muraria, seu purpurea. Teut. Blaw Violen/ Mertzen Violen. Dicta Ion, à nympha quadam Ioniæ, quę Ioui florem eius primū dicauit: uel quòd cùm Io in uaccam à Ioue cōuersa esset, terra florem illum pabulo bouis eius protulerit.

Ionia, Aiuga, uel Chamæpitys, apud Diosc.lib.3.cap.176.

Ionia, uocantur purpurarum, buccinorumq; media, qua parte testæ uolumen clauiculatim intorquetur. Vel sic, & ut Hermolaus Barbarus explicat, est papauerculum in buccino pars ima, esculentaq;. Quanq; omnis callus pinnæ & conchilij interior, papauer quoq; dicit. Sunt qui florem esse credant (idem inquit Barbarus) eum quem purpuræ, ut Aristoteles scribit. Habent & buccina, & qui ab Democrito anthos porphyrios dicitur: alia nigrum, alia, quod rarius est, rubentem, medium inter papauerculū, & ceruiculā, ut Athenęus testatur. Idem Barbarus mendum esse credit in dictione ἰόνια, nec legendum ionia, sed Cionia κιόνια. Consule Corollarium eius, quod annotauit in eum locum.

Ionitis, Capparis.

ἴονθος, tumor paruus in facie ex humore crasso & calido. Qui curatur per pharmaca mollientia. Acnos quidam uocāt. Vide, Ephelis.

Iouis glans, id est, Castanea.

☞ I P

Ipes, appellantur uermes in uitibus nascentes, austrinis flatibus.

Iphiclus. Vide, Pedem.

Ipnon, id est, muscus.

ἵππειον πιτύα, cōagulum equinum.

☞ I R

Ir. Vide, Themar.

εἴρια, uellera lanæ.

Iris, ex argumento nomen accepit: q species & colores areis cœlestis floribus respresentet. Ruel.

Iris, herba est laudatissima in Illyrico. Floret diuersi coloris specie, sicut arcus cœlestis: unde & nomen: natura est feruens. Colu.lib.1. cap.1. Blaw Gilgen/ Violwurtz/ Hymel schwertel/ Blaw Schwertel/

Schwertelwurtz.

Iris syluestris, Viola purpurea apud Dioscoridem libro.4.cap.125. Mas Teutonicè Blaw Gilgen / Fœmina, Geel Schwertel / Wasser Gilgen / Wyld Dolwurtzel.

Irion, latinè id quod græci ἐρύσιμον uocant, alij Chamæplion, & Magi Herculis alphitam, uel farinam : & Ægyptij Erethmon: iuxta urbes, domicilia, et hortos nascitur, folijs Erucæ syluestris, cauliculis in Loti modum lentis: floribus luteis : siliquis in cacumine gracilibus, ut fœnugræco, corniculatisque : semine exiguo, urentis gustus. Eruculam nobilem interpretantur hodiè Itali, atque sic in commentarijs quibusdam scriptum reperimus. Quod si ita esset, mirum, quomodo Plinius inter fruges illam constituit. Vide Plin. libro.8.cap.10. & Dioscor. lib.2. cap.175. qui inter olera ponit. Teut. Ysenkraut weiblin.

Iris oculi. Vide, Albugo.

I S

Isaron, Dracontium maius.

Isatim, Lactucis syluestribus annumerant. Magna est de ea apud Scriptores controuersia. Locus est apud Dioscor. lib.20.cap.7. Teut. Weyd, Guadum.

Isca, medulla nucis quæ in ligno ipso continetur, teste Aëtio: sed deprauatè, ut suspicamur, quemadmodum multa alia. Atque fortè legēdum, Esca. quoniam pro igniaro & cauterio quoque est medicis.

Ischa. Lege, Grossulos.

ἰσχάδες, aridæ ficus sunt prædulces, in Attica, & caricæ. Inuenias apud Græcos Ischadas recentes, & ueteres quoque dici. Comœdia & Ischada, pro ficca uidetur appellata. Quanque & Ischada Sophocles, pro anchora est ubi accæperit.

ἰσχαίμακτα, sanguinem supprimentia.

ἰσχία, coxendices, ossa duo sunt, in posteriore hominis parte sacro ossi, in anteriore autem sibi inuicem insitionis modo adiacentia. Quo loco, in anteriore scilicet parte, pubis ossa hæc etiam dicuntur. Dico autem insitionis modo, quod Galenus κατὰ σύμφυσιν uocat: qui modus iungendi ossa tertius in natura ab eo numeratur. Siquidèm in animalibus duplicem ait esse ossium posituram : Alteram ad motum, appellarique articulos: Alterum contra, motu carentem, appellari què συνάρθρωσιν, nos dicere possumus, in articulos concretionem. Huiusque triplicem esse formam. Aut enim sutura est, ut in capite : Aut clauorum modo defixio, ut in ore sunt dētes: Aut σύμφυσις, quasi consertio, uel insitio quædam, quæ cætera ossa simul iungunt. Mar. Verg. super Dioscor. lib.1.cap.5. ἱερὸν ὀστοῦν, Sacrum uerò os, cui à posteriore parte coxendix iungitur, grandius omnibus in ea parte ossibus est, ideoque ἱερὸν, id est, sacrū à Græcis appellatum. Quanque & grande significat eadem uox. Vnde & comitialis morbus eo nomine uocatus est: quòd grandis esset.

Ischiaci dicuntur, ἀπὸ τῶ ἰσχίς, id est, à coxendice: de quo etiam aliâs.

ἰσχιαδικοὶ, coxendici, quos hodiè Schiaticos uocant.

ἴσχιας in Ischio est, id est, coxarum gignitur uertebris, atque subinde ad talos pertingens. Cæterum ischias, & arthritis, et podagra magnitudinis modo distinguūtur: caussis uerò & locis πρωτοπαθῶσι eadem sunt: ex pituita siquidèm gignuntur ut plurimum, neruosque afficiunt, quibus certandi motus adipiscuntur.

Ischias, Apion uel radix syluestris apud Dioscor. lib.4.cap.187.

Ischias, Leucacantha. Dio. lib.3.cap.21.

Ischion, neruus quo colligatio coxę fit, nomine eodem quo & uertebra.

Ischuria, est urinæ retentio, periculum adferens. Retinetur autem octo modis urina: inflammatione, duricie, sanguinis collectione, resolutione, lapidis procidentia, neruorum compasione, ulceratione, & lithiasi.

Isicium, farciminis genus.

Isis, Emplastrum cōferens in atra bile, apud

apud Aëtium sermone.12.cap.24.

Isocinomon,species Casię.lege, Casia.

Isophagus,pro œsophagus,barbarè.

Isopyron quæ sit, uide apud Dioscor. lib.4.cap.122.

Isostathmos, confectionis nomine tussi & tabi conferentis, apud Aëtium sermone.8.cap.55.

Isotheos,confectio tussiculæ ferens remedium,simul & tabi,apud Aëtium sermone & loco citato.

Isthmum,partem illam oportet intelligere, quæ os & gulam interiacet: quæ per metaphoram quandam ita nominatur ab his, qui propriè dicuntur Isthmi. Sunt autem angusti quidam terræ tractus,inter duo maria sitæ. Galenus lib.3. Aphoris.26.

I T

Itiadendros, Hippuris apud Dioscor. lib.7.cap.49.

Itea Græcis, Latinis Salix ex nominis etymo. Vide, Salix.

ἰθμωειδῆς,olfaciendi facultatis,cola.

Itria,rhemmata,platismata, & pemmata nominantur,ut inquit Gal.libr. de semine.1. edulia quæ pistores in uase quodam calido & amplo conficiunt, liquidũ paulatim panificium superiungentes.

Itrion,panis placentarius, qui constabat sesamo,melle,& farina.

Ityphallus,membrum uirile erectum.

Ithytherion,Hedera apud Dioscor. libro.2.cap.199.

I V

Iuba,& Rex,& herbarius. Celebrauit inter alia herbam Euphorbiam.Plin. libro.25.cap.7.

Iuba, aliâs, arundinacea coma effusa. qualis in Milio est:metaphora desumpta à iubis, hoc est, crinibus animalium à collo pendentibus.

Iucipellum.Lege,Iuniperus parua.

Iudaicus lapis,in India nascitur, glandis effigie, sata admodum configuratione discurrentibus lineis quasi industria detornatis.Diosc.lib.5.cap.146.

Iudæi emplastrum, quod fracto capiti administratur.uide Celsum lib.5.cap.19.

Iuga fracta.Genus uineæ est quam uocant Iugum.Fit autem, cùm defixis humi palis,annectuntur singulæ transuersæ perticæ, per quas prorepsit uitis pampini.Id genus iugi Cauterium uocant rustici:inde iugata uinea scriptoribus rusticationis nuncupata.Col.lib.11.cap.2.

Iugario ad circumeundum. Nomine Iugarij is significatur, qui iungit boues, iugumq; imponit,demitq;. Columella libro primo,cap.6.

Iugi totius. Vinearum multæ species sunt. Aliæ humiles, ac sine palis. Aliæ sublimes.ut quæ appellantur Iugatæ,ut pleræq; in Italia.Quib. stat recta uinea, dicuntur pedamenta:quæ transuersa iugantur,iuga nominantur:ab ea quoq; uineæ iugatæ dictæ. Iugerum ferè sunt genera quatuor.Pertica, Arundo, Restes, ac Vites. Iugationis species duę,Vna di recta,Altera cõpluuiata,hoc est, in longitudinem iugata: dicta à cauis ædium compluuijs.Columel.lib.8.cap.18.

Iugeratim,in singula iugera. Aduerbium est,ea figura formatum qua templatim,pagatim,uicatim,& alia sexcẽta hoc genus. Columel.lib.3.cap.3.

Iuglans,id est,nux regia. Lege, Caryon. Baumnuss. Caryon græcè, quasi Iouis glans.

Iuglans Græca quibusdam uidetur esse amygdala. Colu.tria facit genera lib. 6.Græcè iuglandis & amygdalæ.

Iugulares uenæ,σφραγιτίδες.

Iulianus farinæ Thessalicæ, Apollonidæ Cyprij discipulus.

Iulianus diaconus, Aëtij medicus, ut ipsemet testatur,serm.11.cap.12.

Iulep,clarificata potio: uel clarus dicitur liquor potabilis.

Iulij Græcini, & Iulij Attici meminit L.Columella,non minus rei medicæ, quàm agriculturæ quoq; peritus.

Iulus,uermis terræ, quem lumbricum uocamus. Quanquàm sunt, qui millepedes

quoque ἴουλοι faciunt. Pilosa hæc & arcuatim repens. Vocantur & Polypi. Iulum item Græci uocant id, quod in Auellana nuce, Coryloue, compactili callo racematim cohæret, & ueluti prælongus uermis, singulari pediculo pensilè nititur. Ruellius.

Iuncus, & Iunci Radix Cyperus, uel Græcè κύπειρος. Historia est apud Dioscor. lib. 1. Myropolæ nunc Germanicè interpretantur, Wylden Galgen.

Iuncus odoratus in Aphrica & Arabia nascitur, laudatissimus ex Nabathea: proximus Arabicus: quem aliqui Babylonium uocant, alij Teuchitin. Pessimus ex Aphrica. Eligendus est ruffus, recēs, floribus refertus, tenuis, rubētibus fragmentis, qui manibus confricando rosæ odorem emittit. Vide Dioscor. lib. 1.

Iuncus, & Iuncus marinus, Oxyschinos apud Dioscor. lib. 4. cap. 55.

Iuncus palustris, oxyschinos apud Dioscor. lib. 4. cap. 55.

Iuncus rotundus, odoratus. Vide, ὀχοίνον.

Iuniperū paruam, Wegholder. Græci ἀρκευθίδα uocant, alij μυνσίθεον, alij ἀκαταλίδα, Ægyptij Libium, Galli Lucipellum, Romani, Iuniperum. Eius duo genera, altera maior, altera minor. Vtraque acris est, excalfactoria. Vide Dioscor. lib. 1. Plin. lib. 16. cap. 25.

Iuniperos dictos putant, quòd iuniores & nouellos fructus pariant. Sola em̄ ferè arborum, fœtus suos in biennium prorogat: qui ne maturescūt quidèm nouis superuenientibus. Ruel.

Iupiter, chymistis, Zyn̄.

Ius album piscium sic conficitur, cùm sine garo, magisque etiā sine conditura, cuiusmodi καρυκείαν Græci uocant, præparatur: scilicet anetho, saleque cum oleo, & porri exiguo in aquam coniectis.

Iustitia, in symmetria pulchritudini assimilatur. Galen. de Definition.

Iustitiosus. Lege, Morbi.

Iustinum, à Iustino Imperatore primo inuenta descriptio, aduersus malum caculi. Citatur ab Nicolao.

Iustus medicus. Eius Hieram quandā describit Aëtius serm. 10. cap. 11.

Iustus, nomine ocularius medicus, insignis ætate Pauli Æginetæ, cuius meminit lib. 6. cap. 20.

I X

Ixia, Chamæleon albus. Ideo sic dicta herba, quòd quibusdam in locis uiscum circa radicem inueniatur, quo pro mastiche utuntur mulieres. Diosc. lib. 3. cap. 9.

Ixine, interpretatione Theodori Chamæleon albus.

ἰξὸς Græcis, Viscum Latinis & officinis. Germanis Mystel/Affolter.

L A

LAbello, Nomen est uasis, diminutiuū à labro. de quo M. Tullius. Labrum si in balneo nō est, cura ut sit. Villicus habere debet ex præscripto Catonis, Labrū uinariū unū, Labra aquaria quinque, Labrum lupinarium unū. Col. lib. 12. ca. 28.

Labeonia, Marrubium, uel Prassium, apud Dioscor. lib. 3. cap. 119.

Labeones, & dentati, qui his nascuntur, ut Curio dentato contigit.

Labia, interdum uasa maiora.

Labor, interdū uehemens, quem exercitiū nominat Gal. lib. 2. apho. 16. Apho.

Laborare significat dolere. Designat etiam & fatigari. Gal. lib. 2. Aphor. 48.

Labrum Veneris, Dipsacos Dioscorides libr. 3. cap. 12. Teut. Weiſſz Dyſtel. Onocardion nonnulli è Græcis uocant, quasi asini corculum: quòd id animal magna cibi huius capiatur uoluptate. Ruel. Teut. Sawdyſtel/Kartendyſtel/Bübenſtreel/Fraw Venus bad.

Labruscam dici putant, quòd in marginibus terræ ceu labris quibusdam ferè nascatur. Teut. Wyld Rebſtock.

Labrusca, uitis syluestris apud Dioscoridem lib. 4. cap. 193.

Labyzos olim myrrhæ addebat, multò preciosior quàm myrrha. Est autem

myrrha similis gumi, sed preciosior.

Lac cyrenaicum, Silphium est.

Lac schiston appellant, quasi scissile ac dimidium, quoties uidelicet concretam eius partem, quæ casealis dici potest, ab serosa, ut Galeno placet, separamus. Impropriè tamen inquit, Schiston lac nonnulli appellant, id, in quo aut littorales calculi, aut ferrum ardẽs restinctum sit. de cuius iuuamentis uide Dioscoridem libro.2.cap.77.

Lacaphthon, id est, Nascaphthon, secundùm Paul.

Lacca secundùm quosdam Cancanũ. Est & gumi quoddam genus, fluens ex arbore, tincturis utile. Vide Barb. in Coroll. lib.1. Dioscor.

Lacertæ inimicissimum genus cochleis. Negantur semestrem uitam excedere. Plin. lib.8. cap.39.

Lacerti Arabiæ cubitales. In India uerò in Nysa monte.214. in longitudine pedum, colore fului, aut punicei, aut cærulei. Plin. Ibidem.

Lacerta græcorum σαύρας, & Chalcidica. De quibus lege, Chalcidica lacerta. Est & piscis genus eius nominis. Item herbæ, cuius meminit in Theriacis suis Nicander, ubi inquit. σαυρῆντε ἠχθόνιον πέλεται εἶφ☉ ἠγεσιλάν. Variant in ea designanda commentarij et interpretes. Nam quidam pro Anagallide interpretantur: alij pro Nasturtio: alij pro Saurite, quæ est apud Dioscor. nonnulli pro Sinapi, quod, ut inquit Plin. Atheniensibus Sauron uocatur. Verùm qui ex his propius feriant scopum, alij uiderint.

Lacertum, uel Lacerta. Vtroq; genere dicitur. Iuuamenta eius lege apud Dioscor. lib.2. cap.198. Plin. lib.8. ca.39. Græcè σαύρα. Quanquã est & herbæ genus Saura Plutoni sacra, de qua in Nicãdro.

Lachanon, commune oleris nomen: priuatim tamen Brassicæ tribuitur.

λαχανώδης, uerti potest, oleraceum: oleribus tribuitur, quæ folio sunt latiore: cuiusmodi sunt beta, & brassica.

Lachryma, is humor est, qui statim desecto caudice, uel ramo, aut tantùm ipso ligno prosilit & apparet.

Lachryma quam Æthiopica olea stillat, Scammoniæ similis est, fulua, stillis exilibus constans, mordax. Diosc. lib.1.

Lachryma triplex, quæ offendit inmodicę sumpta, Cyrenaica, Medica, & Parthica. Galen.3. temper.

Lachryma Cyanea, Acacia Ægyptia.

Laciniæ, partes sunt extremæ, particulatim decoris causa concisæ, orarumquẽ summarum cæsuræ. Inde folia lacinosa, membratim per flexuras digesta, uel natiuis segminibus discreta. Sumitur et Laciniosum pro sinuoso.

Laconicis excoquimus. Balneæ ardentes, ne dicam calentes, fuerũt in usu quotidiano priscorum: quibus persuasissimũ habebant, in corporibus cibos coqui, & cruditatem digeri. In balneis erant tepidaria, caldaria, frigidaria: erant & sudatoria: quo ex genere est Laconicum, ubi sudando, exercendoq; corpus, cruditatem digerebant. & appetentiam edendi prouocabant. Scribit Vitruuius, Laconicum, sudationesq; coniungendas esse tepidario. Qui saturitate epularum immodica crudi erãt, & cacostomachi, cruditateq; laborabant: hi ad balneas confugiebant, & in sudatorijs, laconicisq; sudorem euocabant: ita stomachi cruditatem digerentes, quam epulæ copiosiores afferunt. Cornel. Celsus docet sudorem elici duobus modis: aut sicco calore, aut balneo. Siccum calorem esse Laconicarum, quæ utiles sunt, quoties humor intus nocet: isq; digerẽdus est. Consimiliter Seneca in Epistolis moralibus, carpens uentricolarum morem, sic refert. Quid mihi cum istis calentibus stagnis? quid cum sudatorijs? in quibus siccus uapor corpora exhauriens includitur: omnis sudor per laborem exeat. Poetæ satyrici consono ore carpentes ingluuiem helluonum, quorum deus uenter est, cõsimiles sententias numeris Poeticis com-

plexi sunt. Horatius. Crudi, tumidíq; lauemur. Persius. Turgidus sic epulis, atq; albo uentre lauatur. Iuuenalis. Crudum pauonem in balnea portas. Igitur Columella satyrico morsu, et canina facundia inuectus in delitias luxuriosorum ait, Romanos saturos cibo, potuq; distentos, excoquere, digereréq; quotidianam epularum cruditatem in Laconicis, hoc est, sudatorijs, ubi sudores digerebant: & ita acti, rursus ad geneata cibaria, cœnasq; esculentiores reuertebantur. Laconicum autem, ut Dion tradit, à Laconibus dictum est inuentoribus: quoniam nudè undiq; ante alios in hisce. s. sudatorijs exercebantur. Plinius autumat id genus instrumenta pellundedisse mores bonos, & debellasse corpora Romanæ iuuentutis. Colum. in præfa. lib. 1.

Laconici canes. Lege, Alopecides.

Laconicum balneum quale fuerit, require in dictione, Balneæ.

Lacta. Lege, Casia.

Lactaria, Tithymali masculus apud Dioscor. lib. 4. cap. 168.

Lactaria opera, cibi omnes uocantur qui ex lacte cōficiuntur: nos barbarè hodie uocamus Lacticinia.

Lactis iuuamenta, & uarios usus, uide apud Diosc. lib. 2. Plin. lib. 28. cap. 9. lib. 11. cap. 41. Aristot. lib. de naturis animalium lib. 7. cap. 5. & 11.

Lactis muliebris humani iuuamenta, uide apud Dioscor. lib. 2. cap. 78.

λάκτις, molam significat quibus medicamenta teruntur. Atticis ἀλεκτρίβιον uocatur.

Lactes, Plinius uocauit intestinum duodenum, ieiunum, & quod tenuius est implicitum. Quanquàm Suetonius in Vitellio murenarum etiam Lactes uocat: sicut Spartianus in lupis quoq;, quibus rusticos pauerit Heliogabalus. Quidam Lactium nomine pinguia intelligunt intestina, ut inquit Probus. Vnde apud Persium, lactes uncti. Quidam etiam membranas, quibus mutuo nexu implicantur intestina: quæ χολάδες item dicuntur Græcis, quoniam in ea corriuetur χολή, id est, bilis: quam uocant ξανθήν, id est, flauam, qua excalfaciens, acrimoniaq; irritans, uelut pruritu superfluitatum excitet egestionem. ut ipsi interpretantur.

Lactes, supra intestina positi sunt: qui & ipsi latiore cōstant membrana, & pinguescunt: pendent ex uena maiore, principe: uenasq; per multas frequenti concursu deferūt ex pari illo uenarum grandium ad intestina, de summis ad ima usquè spargentes. Aristoteles lib. 4. de natura animalium cap. 17.

Lactecula. Lege, Lactuca.

Lacticella, idem quod Sonchos, uel Cicerbita.

Lacticula. Lege, Lactuca.

Lactuca Paphia, ea quæ & Caprina.

Lactuca picris, id est, amara.

Lactuca latinis dicta est, quòd lactis abundantia exuberet. Teu. Lattich. Spodonia dicta Pythagorę, quòd Venerem inhibeat. Eius species multæ sunt.

Lactuca syluestris, radice breuior est, & multicaulior quàm satiua, spontè nascens in aruis, folio pusillo, & ubi consummatum est, aculeato: caule candidiore: à lacte copiosissimo, acri, medicatoq;, quod carpitur per messes, scapo inciso, præclarum ad multa.

Lactuca Hieracia, quarta syluestris Lactucæ species, rotundo folio. Lege, Hieracium.

Lactuca Isatis, quæ in syluis prouenit, tertia syluestris Lactucæ species. Quę et duplex est, syluestris, & satiua. ut suo cō stabit loco.

Lactuca, Lactucula, et Lactecula, sicut apud Græcos θρίδαξ, & Thridacina dicitur. De Lactucis lege Theophrastum libro. 7. cap. 5. Plinium lib. 20. cap. 7. Dioscoridem lib. 2.

Lactuca marina, eadem quæ & Caprina: cuius & inter Tithymalos mētio fit.

Lactucina herba, id est, Sonchos, uel Cicerbita,

Cicerbita, lingua Venetorum, folia ex aceto & sale manduntur.

Laculis, Pteris, uel Filix apud Diosc. lib.4.cap.196.

Lacusculos. Loculos, siue Loculamenta disclusa: ut unumquodq; genus seorsum ac separatim reponatur. M. Varro Loculatas piscinas appellat, in quibus generatim disclusi pisces continentur. Diminutiuum est à Lacu, & significat uas torculare. Columel. lib.12.cap.49.

Lactumen, in facie, & capite, ferecq; in toto corpore nascitur: infantum præsertim hulcusculum, maiori ex parte crusto sum statim, uel paulò post initium. Lactumen uocauerunt, quoniam lactis impuritatem sequi putabant. Species haud dubiè achorum, & exanthematum.

Ladam quidam existimant esse herbā ex qua fit Ladanum. Plin. lib.12.cap.17.

Ladanum quomodo colligunt capræ, & quomodo ex capris colligitur, uide apud Plin. lib.12.cap.11. Lege, λῆδον.

Lagides. Lege, Lepus terrestris.

Lagenium, pharmacum quoddam sic inscriptum apud Aëtium, hydropicis idoneum. Sermone.10.cap.26.

λαγύνη, idem quod κεντεων.

λαγωφθαλμία, quando oculus palpebra superiore non contingitur: quod fit interdum, quando palpebræ aliquid deest, uel conuulsioni obnoxia est. Lege, Palpebrarum uitia. Hinc Lagophthalmi, qui leporum more in somno oculos aperiunt.

λαγοφθάλμους uocant, ut inquit Paulus, qui superiorem palpebram retractā habent. Quod uitium interdum natura, interdum ex uulneris cicatrice fit: atque hæc uel sponte inducta, uel ex consutione, aut adustione, negligenter facta euenit. lib.6.cap.10.

Lagopodes, nigræ aues, & pede leporino uillos habentes, Ælianus.

Lagopus, leporinis pedibus auis, candida, columbarum magnitudine. Plinius lib.10.cap.48. Ælianus.

Lagopus, leporis cuminum apud Dioscoridem lib.4.capite.20. Haßen pfötlin/Haßenfüßß/Kätzle/oder Katzen Klee.

λαγωὸς θαλάσσιος, Lepus marinus.

λαγωὸς χερσαῖος, lepus terrestris.

Lamiæ, piscium nomen. Plinius libro 9.capite.44.

Lamina argenti, Geschlagen sylber.

Lamium, Vrtica mortua. Teut. Todt Nesselen / Taub Nesselen. quòd folijs non mordentibus sit.

Lampas, Lychnis syluestris apud Dioscor. lib.3.cap.114.

Lampetræ, siue Lampredæ, siue Lampyrides, à lambendis petris pisces, uulgò noti, in cibos admissi lautiores, anguillarum amplitudine parte plurima digiti minimi crassitudine, palmi longitudine. Cætera, anguillis pusillis & murenulis similes: nisi quòd septem habent à capite in collum foramina. Barbarus in Coroll.

Lampsana dicta, quòd folijs humum lambat, ἀπὸ τοῦ λάψαι, quod lambere deuotat. Ruellius.

Lampuca, Romanè Hieraciæ herba, apud Dioscor. lib.3.cap.70.

λαμψάνη, Lapsana.

Lana sulphurata De hac uide Plin. libro.29.cap.2. Cornel. lib.4.cap.6.

Lanas tradunt mederi pecori cibos fastidienti, si cauda quàm arctissimè præligata, ibidem pili euellantur: statim uesci pecus incipere, & quod extra nodum sit præmori.

Laneola, Lonchitis, apud Dioscorid. lib.3.cap.162.

Languida febris. Lege, Febris.

Lanigeræ arbores quales sint, uideapud Plin. lib.12.cap.10.

Lanugo in herbis atq; arboribus, lanata quædam est hirsuties, qua folia, colicu liq; canescunt.

Lanunini, & Cliternini, ut est in Ciceronis Epistola ad Petū. Itē Colei, id est, testes. Extāt super hoc uersus Propertij.

Catabant surdo, nudabant pectora cæco
Lanunij portas, heu mihi, solus eram.
λάπαρα, id est, Ilium, abdomen.
Lapathum paruum, id est, Acetosa, Teuton. Sauerampffer.
Lapathum, Theocrito ab effectu nomen accepit: quoniam exinaniat. etenim Attici ἀλάπαξα, quæ nos inanitionem dicimus, appellāt, & λαπάξαι uacuare, uel exinanire Græci omnes dixere. Omnium autem generū folijs Lapathi, molitur aluus.
Lapathon Cantherinum, ea Lapathi species quam Oxalida uocant.
Lapathū syluestre, Phyllitis apud Dioscor. lib.3. cap.120.
Lapathon syluestre, paruum, Plantagini simile, humile & tenerū. Aëtius Cencrodos à pinguedine cognominauit, radicem ei sublongam tradens, Rhaphano paruo similem. Teut. Güt Hentich/ Schmerbel.
Lapathum hodie omnes Rumicem interpretantur, radice altissima, & inter olera maxime singulari. Nec enim lateribus crassiores alas emittit, sed prætenues. Multicaule hoc olus, & ramosum: & cùm perfectè adoleuit, figura Betæ proximum: corpus carnosum & madidum, idq; uel exemptū terræ diu recens. Grossz Mengelwurtz / Rheu Barbarum das gemeyn Teütsch. De Lapathum generibus consule Herbarium nostrum, & Dioscor. lib.2. Plin. lib.20. cap.21. Item Fuchsium.
λάπαθος, Democritus pro uenaticis scrobibus accæpisse dicitur.
Lapides qui in spongijs inueniuntur, & ipsi uocantur spongiæ, Dioscorides libro.5. cap.154.
Lapilli nigri, Zwitten.
Lapis specularis, Vnser lieben Frawen eyss. Vide, Squama uitalis.
Lapis specularis, sistendo sanguini idoneus, citat ab Sereno cap.21. Sæpe lapis teritur, Specularem nomine dicunt: Et mustis hauritur aquis, sistitq; cruorem.

Lappa maior, Arction. Diosc. li.4. c.105.
Lappa minor, Rubia, uel Erythrodanum apud Diosc. lib.3. cap.161.
Lappa, Xanthion, apud Diosc. lib.4. cap.139.
Lappago, Hippophäes apud Dioscoridem lib.4. cap.165.
Lapsana, Brassica syluestris. Est enim Brassica, alio nomine caulis: & utraq; dictio latina est. Olus syluestre tritum diui Julij carminibus, præcipuè iocis militaribus celebratum. Alternis quippe uersibus exprobrauere Lapsana se uixisse apud Dyrachium: præmiorum parsimoniam cauillantes. Est autem id, ut inquit Plinius, Cima syluestris.
Larinę sues. Lege, Petalides. Et Barb. Corol. lib.2.
Laridum, salita est animalis caro, quasi largè aridum. Hodiè suillū pingue, quod exteriori cuti iungitur, Lardum uocant. Teut. Speck.
Larimnū nascitur apud Sabęos, inquit Strabo lib.16. suffitu odoratissimum.
Larix, non est nota, nisi his municipalibus qui sunt ad ripam fluminis Padi, & litora maris Adriatici. Folijs est Pini similibus: habetq; resinam liquidam mellis Attici colore, quę etiam phthisicis medetur. Vide Vitruuium, & Plin. lib.16. & 24. Teuton. Lörchbaum.
Larix pumila, id est, Chamæpeuce, apud Diosc. lib.4. cap.128.
λαρυγγοτομία, gutturis incisio: quæ quomodo fieri debeat, docet Paul. lib.6. (cap.33.
Larynx, arteriæ quæ aspera dicitur, pars summa. Item,
λάρυγξ, guttur. Vide, φάρυγξ.
Laser, Virgultū clarissimum est nomine Laserpitium, quod Græci Silphion uocant: cuius succum uocant Laser, magnificum in usu, medicamentisq;, & ad pondus argentei denarij pensum. In Cyrenaica prouincia præstantissimū. Vnde epitheto optimo Catullus Cyręnas Laserpitij feras nominauit. Palladius græco uocabulo Opon Cyrenaicum appellat

pellat Laser, quasi succū Cyrenaicū. Galen. quoq; Opi Cyrenaici mentionē crebrò facit: intelligi uolens hoc Laser. quā uis mendosè hæc dictio legat̃ in codicib. impressis. Plin. de Lasere scripsit hæc. Laser ex silphio profluens, inter eximia est naturæ dona numeratū: pluribus cōpositionibus inseritur: per se autem algores excalfacit. Potū, neruorū uitia extenuat. Fœminis datur in uino. A Lasere, Laserpitiatū acetū dictū. Col. lib. 5. cap. 8.

Laserpitiatū, à Laserpitio. Est aūt Laserpitium Silphium, Asam nunc uocāt. Laserpitium in Syria, & Armenia media, & Libya nascitur, caule ferulaceo. Diosc. lib. 3. cap. 93. Plin. lib. 19. cap. 3. lib. 22. c. 23. Fuchsius Meysterwurtz uocat.

Lassitudines nōnullæ quidē in multis accidunt motib. quę simpliciter & ꝓpriè labores nominātur. Quidam uerò neq; multis acuehementib. acti motibus, lassitudines pati cōsueuerunt: tales itaq; labores, nō labores simpliciter, sed spontaneos labores uocare cōsueuerunt Medici.

Later, Hissopus, apud Diosc. lib. 3. c. 28.

Latex scythicus, cœlestis aqua.

Lati porphyrides. lege, Porphyrides.

Lathyris, folia habet lactucæ similia, ut inquit Plin. lib. 27. cap. 11. Vide de ea Diosc. lib. 4. cap. 177. Teu. Springwurtz/ Creützbaum. Cataputia minor. Spring körner/ Springsam / Treibkörner/ Scheißwurtz.

Latiscunt in uentrē, latifiunt, pregrandesq;, & uentricosi. Colu. lib. 2. cap. 10.

Latitudo in medicinis, ubi uel corpus ad omnem partem extenditur, uel meatus quodammodo extenduntur. Galen. de Morb. different. lib. 1.

Latro, seruus fugitiuus, Queckfylber.

Latrina, cloaca priuata.

Latum Cyminū, gręcè πλατοκύμινον.

Lauacrū Veneris. Dio. li. 3. c. 12. Dipsa-

Lauendulam, Nardū Gallicam, (cos. uel Spicam celticam, primus M. Vergilius in Commentario pronunciauit: uerùm an ad rem, alij uiderint.

Lauer, nomen à lauatu cōtraxit: quòd personantibus aquis enatū, semper eluì gaudeat. etenim citato lapsu, repentibus undis, aut etiam resedib. existit: sæpè uerò intumescentib. demersum inuenitur. Lege, Sium.

Laureola, Daphnoides, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 149. Weißwurtz.

Laureola, alia ab Daphnoide, Peruinca, uel Chamedaphne. Dios. li. 4. ca. 150. Yngrien/ Todten Violen.

Lureā, & Laurū, & mutata diphthongo Loream, pro eodē accipit Cato. Alij folia distinguunt, appellatione Laureæ.

Lauacra adhibere, pro balneare.

Laurus, Apollini sacra, propter Daphnen, quā Apollo adamauit, in eam arborem uersa. Alij credunt è Græcis Soli dicatam. quòd ignea sit, & fulmine non icitur. Ignes abdicat salis modo crepitu. Hinc Gręcis Daphne, quasi Daöphone nomen accæpit: quòd inter urendum sonitum elidat. Ruel.

Laurus quædam tenui folio constat: altera latiore. Vtraq; excalfactoriam uim habet. De medicaminibus eius & præstantia, lege Plin. lib. 13. ca. 30. Theophrastum lib. 3. cap. 12. Dioscor. lib. 1.

Laurus Delphica, ex albo uiridior, maximis baccis, atq; è uiridi rubentibus. Dicta sic, quòd uictores Delphici coronarentur ea, ut triumphantes Romæ: unde & triumphalem uocabant. Ad Cæsaris Augusti tempora, delphicam Helianus è Thessalia translatam Delphos, ab ipsis nempè scribit, tùm cùm Pythius Apollo dracohē sagittis interfecit. Hanc Lactantius Gramaticus etiam Tripodē uocari dixit, quoniam radices ternas habeat: Apollini dicatam: propter uim triplicem diuinationis, præteritorum, futurorum, & præsentium.

Laurus Cypria, breuiori folio, nigro, per margines imbricato, crispo, quā Laurū syluestrem aliqui intelligunt. (pria.

Laurus syluestris. Lege, Laurus Cy-

Laurus regia ea dicta est, quondam ab

Augusta,amplissimo folio,baccis arbore,& gustatu quoque non aspero. Aliqui ab Augusta Regiam dispescunt longioribus folijs,latioribusque quàm Augusta.

Laurus Augusta. Lege, Laurus regia.

Laurus Baccalia, Laurus uulgaris,baccisque fertilissima.

Laurus sterilis ea esse perhibetur, quæ missa olim è coelo Cæsari, altitudine minima,folio crispo ac breui,rara inuentu.

Laurus taxa, topiarij generis, excrescente in medio folio,paruula, uelut lacinia folij.

Laurus Spadonia,opacitatis patientissima, & quæ quantumlibet sub umbra solum implet.

Laurus Alexandrina quid sit, uide apud Dioscor.lib.4.cap.148. Teut. **Dockenblatt/Zäpfflinkraut.** Aliàs Idea uocata Laurus.

Lautitia,epularum magnificentia.

Lax,Dacorum lingua,syluestris Portulaca.

L E

Leapetes, Aizoum, apud Dioscor.libro.4.cap.91.

Leberides. Lege,Hispani lepores.

Lebiani. Lege, Delcani.

Lecanomantia,ex peluibus futura prędicit. Strabo Leconomanias,& Hydromantias olim frequentes fuisse in Perside scribit.

Lecti lumbricorum, ramenta illa intestinorum,quę lumbricis latis,atque cucurbitinis similia sunt,& in excrementis interdum conspiciuntur.

Λεκυθώδης,quasi uitellum oui referēs. Sic uocatur cholera ea pallida,siue flaua, siue uitelli speciem referens. Galenus de atra bile.

λέκυθος ὠοῦ,putamen oui.

Lecti pensiles,in usu olim habiti ueteribus,ut perspicere licet ex Aureliano.

Λῆδον,Cisti genus alterum, è quo Ladanum colligitur. Est autem frutex simili modo nascēs,longioribus folijs, & nigrioribus,quę uerno tempore quiddam habent pingue. Cęterùm,modum illum Ladani colligendi,uide apud Diosc.lib.1.dictione λῆδον. Plin.lib.12.cap.17. lib.26.capite.8.

Legaria,ut inquit Varro,Gallicani uocant legumina:ideò uidelicet,quòd uelluntur è terra,nō subsecantur ut fruges.

λαφαίμοι, sanguine carentes.

Leguli,olearum lectores.

Legumina Aulus Gellius uocauit,quę & nos hodiè Legumina dicimus.

Lema,concreta lachryma,quæ insidēs oculum oblædit. Quidam eo nomine lippitudinem accipiunt, & oculorum sordes. Vnde uerbum λημᾶν, quod significat,oculis laborare. Sunt qui ita definiunt. Lema concretum est in oculo albū humidum,quod hebetudini præuiū est. Quidam ex recentioribus grana parua interpretantur, sicca, duraque in oculis, quæ uisuntur:quas Gramias etiam uocamus,fieri que ex arefacta lippitudine. De Gramijs uide in dictione Gramias. Item de Lemis quędam scitu digna,apud Coelium, Lectionū antiquarum lib.7.ca.6.

λαιμαγχία,immodica abstinentia.

Lemnia terra quid sit,& eius iuuamenta,uide apud Dioscor.lib.5.cap.104.

Lemnij sigilli terram nunquàm uidi, uel glebulam saltem. Nam quæ passim uenditur,nec facie,nec uiribus uerę similis est. Alioqui Galeni temporibus tàm aptè adulterabatur, ut dignosci à legitima non posset. Manardus.

Lemniū sigillum. Lege, Lemnia terra.

Lemonion,& Lemonia, quid differat ab Scolymo,& Carduo,uide apud Dioscor.lib.3.cap.15.

Lenæa sacra,id est, Vinalia.

Lene,id est, Enula campana.

Lenis,uua,à Lenæo Baccho sic dicta.

Lens apud Dioscoridem libro secundo,cap.117. **Lynßen.**

Lens palustris,uel Lenticula aquæ, apud Diosc.lib.4.cap.90. **Mößlynßen.**

Lens Ægyptiaca, eadem quæ & Pelusiaca,celebrata Ouidio & Vergilio.

Lenticula

Lenticula,uitium cutis. Est etiam genus uasis,à figura dictum,ut ait Plinius, & meminit Cels.uideturq; id esse, quod Discus appellatur Dioscoridi. Lenticula uerò, pro legumine, similis quidèm Lenti est,sed diuersum. Quod si Theodoro Gazæ credimus, Aphacen Græci uocant. Nam Lentem non Aphacen, sed Phacon dicunt. Quin & cocta quoq; Lens à Plinio Lenticula uocatur.

Lentigo,macula faciei. Serenus,
Inuida si maculet faciē lentigo decorā,
Nec,pdesse ualēt naturę dona benignę

Lentiscum dictam putant: quòd liquore quodam lentescat.resinam enim ubique sudat. Ruell.

Lentiscus,arbor ex qua colligitur mastix, & trifera, græcè σχῖνος. Fructus initio rubet, post nigrescit: qui & sambuci specie in racemis dependet: folio pistacij,sed minore, per extremitatem rubente: in summo filiquæ pisorum, sed corniculi modo intortæ, in quibus resina odoris iucundi continetur. His confractis, culices euolant frequenter. Diosc. libr. 1. Theophr. lib 9. cap. 12. Plin. lib. 13. ca. 24.

Lentisma, Lentiscus resinam gignit, ut inquit Diosc. quæ Lentisma cognominatur, & ab aliquibus Mastiche.

Lentorem,uulgò uiscositatem,uocabulo barbaro appellant. Lentor, tenacitas & uiscositas simplicium quorundam dictio est infrequens, sed oppido quàm elegans, Plinianiq; splendoris. Columella libro. 6. cap. 4.

Leo. De Leone uide Plin. lib. 8. cap. 16.

Leones, Cancrorum genus. Plin. lib. 9. cap. 31.

Leoninus lapis, Lithospermon, apud Dioscor. lib. 3. cap. 159.

Leonides, insignis Chirurgus, citatur ab Paulo lib. 6. cap. 7.

Leonides Alexandrinus, citat ab Gal. ex ueteri Medicorum Academia.

Leontiasis, alio nomine Elephantiasis. sic dicta: quia eo morbo correptis, leonis modo facies corrugatur.

Leontomiges, canes Arcades, ex canibus & leonibus prognati. Pollux.

Leontacharon, Polium montanum, apud Dioscor. lib. 3. cap. 122.

Leontice, Cacalia, apud Dioscor. libr. 4. cap. 124.

Leontica, Glycyrrhiza, apud Dioscoridem lib. 3. cap. 6.

Leontion, Lithospermon, apud Dioscor. lib. 3. cap. 159.

Leontopedalon, Leonis folium: quid reuera sit, lege apud Dioscoridem libro tertio, cap. 109.

Leontophonon, inquit Plinius, accepimus uocari paruum, nec alicubi nascēs, quàm ubi leo gignitur: quo gustato, tanta est illi uis, ut cęteris quadrupedum imperitans, ilico expiret. Plin. lib. 8. cap. 38. Aristot. de Animal.

Leontopodion, quale sit, uide apud Dioscl. lib. 4. cap. 132.

Leontopodion, Dioscoridę Leontopedalon, lib. 3. cap. 109. Leonis folium interpretatur. Teut. Synnaw/Unser fraw en Mantel / Lewen dopen / Lewen füsß. à similitudine foliorum.

λεπὰ, id est, putamina.

λεπιδοχάλκον olim uocauerunt, quā nos hodie uocamus Squamam æris.

Lepides. Vide, Porrigo.

Lepidion, quid ab Hiberide differat, uide apud Manardum libro nono Epistolarum, epistola tertia.

Lepidium, idem quod Gingidium, aliàs Hiberis, apud Paulum Æginetam. Lepidium uocata est ab eo, quòd lepidas & maculas in facie detergit, atq; repurget. Tractatur ab Dioscoride libr. 2. cap. 193. Plin. lib. 19. cap. 8 lib. 20. cap. 17. Teut. Pfefferkraut/Senffkraut.

Lepidion quibusdam est Nasturtium, uel Raphanus. Vide de hoc sententiam Manardi lib 9. Epist. Epist. 3.

Lepides, uel λεπίδες, Porrigo. Lege quid sit Porrigo.

λεπισμος, cortex.

Leporaria, affectio ea, quæ græcè aliàs λαγο-

λαγοφθαλμία.

λέπος, cerium, cortex, & cutis.

Lepra, est coloris mutatio in eum, qui est præter naturam, cum asperitudine et prurítu, & laboribus, & squamis. Interdum hæc non accidunt: interdum plures corporis partes depascuntur.

λεπτοντικός, extenuatiuus.

Leptinij. Lege, Delcani.

λεπτόφυλλος, habentes tenuia folia.

λεπτοκάρυα, id est, nuces auellanæ.

Lepus terrestris, græcè λαγὼς καὶ λάγωος χερσαῖος. & à stupore atque metu πτὼξ, & ab dormiendi habitu δερκευνής Nicandro. Lagides quoque Strabo eos uocauit. Genus leporum triplex: Italicum: Gallicum, siue Alpinum: & Hispanum, qui toti sunt candidi. Aristoteles & Iulius Pollux Leporem etiam Dasypodem uocari tradũt. Alij distinguũt Dasypodẽ à Lepore. Inuenitur & Chelidonia cognatum genus quoddam Leporis à Diphilo. Sunt & qui Plinium accusent, quòd Leporem alium à Dasypode uideatur habuisse. Nec intelligunt genus quidem unum ambobus esse, sed discriminis tamen aliquid inter eos notari posse. Nam illud quod à Plinio dictum, uidetur esse Leporis cõagulum inutile, Dasypodi præcipuum. Lectionem Barbarus arbitratur corruptam, ut in annotationibus libri eius undecimi. Nec illud tamen inficias eundum est, confundi sæpè nomina, ut & Leporem pro Dasypode, & contra pro Lepore Dasypodem, Lepores appellasse uideamus.

Lepus. Vide Plin. lib. 8. cap. 55.

Lepus, piscis marinus, in mari Indico. Plin. lib. 9. cap. 48.

Lepores Hispani. Lege, Hispani lepo- (res.

Lepyria, febris quæ stomacho sa- cris ignibus correpto prouenit.

Læsio humani corporis est, qua corpus ipsum in operatione sua naturali, uitali, uel animali exercenda læditur. Et Læsio ipsa est triplex. Vna connaturalis, uidelicet, quæ è cœlesti constitutione contrahitur, ut claudicatio, cæcitas. Alia nõ connaturalis, quæ sua diuturnitate potius habitus quidam existimatur. quales sunt podagra, chiragra, ethica, φθίσις, cancer, σπασμὸς, & id genus aliæ. Tertia, quæ ex perniciosis humoribus contrahitur.

Læspodia, ad rem Venereã procliuior.

Lestitis, Aristolochiæ species tertia. de qua uide Dioscor. lib. 3. cap. 5.

λήθαργία, passio mentis est cum febre acuta, cum graui pulsu, & tardo, & uelu ti inani. sic dicta, ab obliuione: passio puppis cerebri, obliuionem menti inducens: atque oppressio cerebri, cum extinctione euaporationũ. Auicenna uocat Subeth. Celsus Veternum. Vnde Veternosi, qui graui premuntur somno: tametsi secus uideatur Seruio, Donato, & Festo. Verùm de hoc disceptent alij.

Lœtalia medicamẽta, cuncta illa dicuntur, quæ in medicina quidèm esum aliquem habent, per se autem lœtalia sunt. qualis Apollinaris herba, Cicuta, Mandragora, Spuma argenti, & reliqua.

λευκὰ, alba, leuia emplastra, ferè non grauibus uulneribus accommodata.

λευκώματα, oculorum albugines.

λευκάκανθα. Vide, Rhamnum.

Leucacantha, siue Leucacanthos, ab Acantha leuce differt: priorem Græcè Plinius ferè appellat: posteriorem latinè spinam candidam, id est, Acantham leuce. Historia est apud Dioscor. libro. 3. cap. 21. Plinium lib. 22. Teut. Magtdystel/junckfrawen dystel/Gartẽ dystel.

Leucacantha, Phalangion, apud Dioscor. lib. 3. cap. 121.

λευκάλφιτος, sic quondam dicta Eritrea Euboiæ ciuitas, id est, candida, insignis farina.

Leucanthemon, Parthenium, apud Diosc. lib. 3. cap. 156.

Leucanthemon, Anthyllis, apud Dioscor. lib. 3. cap. 154.

Leucanthon, Oenanthe à Dioscor. lib. 3. cap. 134. Vide, Oenanthe.

Leucas,

Leucas, quæ herba sit, uide apud Dioscor. lib. 3. cap. 112. Plinium lib. 19. cap. 5. libro. 27. cap. 11.

Leuce, est corporis mutatio præter naturam in album. Græcè λεύκη, species scabiei totũ corpus occupantis. Herodo.

Leuce, Androsace. Diosc. lib. 3. cap. 151.

Leuceronios, ficus alba.

Leucoia, Viola alba, Violen. Est & Theophrasto quam Germani uocant, Weiß Hornungsblůmen.

Leucoion, Leontopetalon, apud Dioscor. lib. 3. cap. 109.

Leucius Medicus, citatur ab Aëtio sermone. 12. cap. 42.

Leucographis. Lege, Orminon. Est & Leucographis lapis Morochthus, apud Dioscor. lib. 5. cap. 143.

Leucoia, cãdida uiola hoc nomine nuncupatur. nam Græci leucon, candidum, & ion Violam dicunt. Columella libro nono, cap. 42.

Leucomata, maculę in oculis profũdę.

Leucomęnides. Lege, Męnas.

Leuconotos, uẽtus flans ad dexteram ipsius Austri. Vitruuius.

Leucophlegmantia hyderos, aquę intercutis species.

Leucorodius, alba ardea, interpretatione Theodori Gazæ.

Leuisticum, id est, ἄγνος, uel uitex. Existimo legendum, Ligusticum: quod & Hermol. Barbaro, & M. Verg. uidetur.

Leucrocuta, perniciosissima fera, asini ferè magnitudine, cruribus ceruinis, collo, cauda, pectore leonis, capite cameli, ore usq; ad aures rescisso, dẽtium ordine perpetuo. Plin. lib. 8. cap. 21.

λευκύος τοῦ ᾠοῦ, luteum oui.

Lexipyretas medicinas nominãt, quæ febres finiunt. ἀπὸ τοῦ λήγειν τοὺς πυρετούς.

L I

Libadion, Centaurium minus.

Libanotis, id est, Rosmarinus coronarius. Dicta, quòd odorem thuris redoleat. Eius genera diuersa, require apud Dioscor. lib. 3. cap. 86. Plin. libr. 19. cap. 12. & inibi scriptorum commentarios. Teuto. Roßmarin.

Libanotos, Lachryma thuris Galeno dicitur. Euripides contra, Libanum pro lachryma, Libanoton pro arbore thuris accępit. Lege, Rosmarinus.

Libanotis, Conizę species tertia, apud Dioscor. lib. 3. cap. 137.

Liber, pars corticis interior, quæ ligno pressius adhæret. Ruell.

Libera, dea est, per cuius beneficiũ fœmininæ emissis in coitu seminibus liberantur. unde & nomen. Quam etiã Venerem esse putant. Autor Augustin. lib. 6. de Ciuitate Dei. Quidam autumant Liberam esse uxorem Liberi patris, hoc est, Bacchi. Numen utriusq; in Bacchanalibus celebratur. Colum. lib. 12. cap. 18.

Libium. Lege, Iuniperus parua.

Libyca citrus. Lege, Malus medica.

Liburnia, Argemone.

Libra Romana capit uncias. 12. mensurales.

Libyon, Lotus urbana. Diosc. lib. 4. cap. 112. Vocatur & syluestris.

Libysticum, uulgò Leuisticum. Teut. Lyebstöckel.

Lichas appellabant eas dimensiones, quibus pollex explicatur & index.

Lichen, Steyn/oder Brunnen Leberkraut. Dicta, quia saxis familiaris est, eis semper adhærens. Vel quòd contra lichenas remedijs omnibus anteponitũ. Aliquibus Bryon appellatur. Dioscor. lib. 4. cap. 56.

λειχὴν ἄγριος, impetigo, summeq; cutis asperitas, cũ multo pruritu. Lege, Mentagra.

λειχῆνες sunt in equorũ genib. et super ungulas indurati calli. Diosc. lib. 2. Plin. lib. 28. ca. 16. Aliter Barbarus. Lichen est os dentibus caninis simillimũ, in genib. & super ungulas animalis eius agnascens. Sunt & limi arborum Lichenes. Et herba eius nominis Lichen. Gręci & impetiginem Lichenas uocant.

Licion, medicamentum, cuius descriptionem uide apud Plin. lib. 12. cap. 7.

Licoctonia,

Licoctonia, herba ex etymo nominis sic dicta: quoniam si lupi eam attigerint, moriuntur.

Lien, capræ, secundū Prophetas, quos alij Magos interpretantur, Malua hortensis.

λειεντερία, ἀπὸ τῦ λιεντερίω, id est, laboro fluxu intestinorum.

Lientericus, qui aliâs & Aluinus.

Lienes animantiū, qui esui apti, & qui non. Galen. lib. de atra bili, fol. 328.

Ligamentum, est proprio, nō communi uocabulo, corpus neruosum, ex osse quidèm minimo ortum habens, in diuersam autem materiam transiēs, aut in os, aut in musculum. Galen. lib. 1. de motu musculorum. Teut. Band.

Ligean Græci uocant & arborem, & quoddam herbæ genus, quod, ut inquit Athenæus, in nidos suos parituri cygni inferunt.

λιγίσματα ἄρθρων, fracti articuli, Græci λιγίσματα ἀνακλάσεις. Suntq́ illis ἀνακλάσεις, quæ fracta inflectuntur magis, quàm à sua continuitate separentur.

Ligneum putamen nucis, quod nucleum nucis inmediatè continet.

Lignum uocatur, quod ex neruo est & humore, & quod fissile est.

Lignum Gallicum, apud Palladium, aut Laricem accipere oportet, aut ei simile quid: ut inquit Hermolaus Barbarus.

Ligon, ferramentum est rusticum, à legendo dictum. Namq́ eo propter latitudinem id quod sub terra est, facilius legitur. Vlpianus inter instrumenta fundi, quæ culturæ utilia sunt, enumerat ligones. Columel. lib. 2. cap. 16.

Ligula, nomen est mensuræ paruæ, instar cochlearis, quarta scilicet pars cyathi, hoc est, semiunciæ, demptis duobus scrupulis. A linguæ similitudine Ligula dicta. Quidam Grammatici pertinaciter contendunt, Lingulam debere dici potius, quàm Ligulam: quos hoc disticho taxat Epigrammatista. Quàmuis me ligulam dicant equitesq́, patresq́, Dicor ab indoctis lingula grammaticis. Plin. lib. 20. Sunt qui comitialibus morbis dandā putant Ligulæ mensura. Ligulam quoquè dicimus uinculum calceorum, de qua Iuuenalis,

Et ligulas dimittere sollicitos. Ligulam item dixere ueteres gladiolum oblongum, in speciem linguæ factum. Columella lib. 12. cap. 22. Est & chirurgicorum instrumentum. Teuto. Súcherlin.

Ligusticum, est olus, siue herba hortensis, à Liguria nominatum. Plin. lib. 18. Ligusticum syluestre est in Liguriæ suæ montibus, seriturq́ ubiq́: suauius satiuum, sed sine uiribus. Panacem aliqui uocant. Apitius condimentis apitianis frequenter immiscet Ligusticum. Columella lib. 12. cap. 56. Ligusticum, Galen. unius literæ inuersione, Lybisticum appellat, de quo Diosc. lib. 3. cap. 56. Teut. Lyebstöckel.

Ligustrum quidam existimauerunt esse, quæ apud Plinium Cyprus uocatur, lib. 12. cap. 24. arbor est oliuæ, folijs circū ramos latioribus, mollioribus, & uirentioribus: flore candido, muscoso, odorato: semine sambuci, nigro. Fortè illud est, quod Mauri uocant suum Alcanna. Seruius Grammaticus Commentario in secundam Eclogam Vergilij Bucolicorum, Ligustrum, inquit, flos est candidissimus, sed uilissimus: tantùm refert cum Grammaticis etiam aliarum literarum esse peritum. Sunt qui Conuoluoli hunc florem existimēt. Sed qui tandem uerius existimarint, non uideo. Certè dùm Grammaticos & Medicos quàmplures perquirimus, tamen nemo eorū adhuc mihi demonstrare ualuit, quod nam uerū sit Ligustrum. Tametsi Vergilius existimat in Cisalpina Gallia esse notissimum, et Hetruria adhuc corrupta uoce uocari Ruuisticum, sine labore cognoscendum in sepibus Maio mense, cùm floret: autumno autem cum maturis baccis nigrescit. Germanis Peruinca syluestris, Beynhöltzlin/Rein weyden/

en/Schwelckenholtz/Mundholtz.

Lilieta,loca in quibus crescunt lilia.

Lilinum unguentum,id est,Liliorum.

Lilion,Lilinum,Lirinum,& Lirinum oleum,id est,Susinum,uel Liliaceum. Barb.Coroll.64.lib.1.

Lilium,è Iunonis lacte natum,Graeci perhibent:respersa terra,dùm Hercule dormientis uberibus admoto,mox post suctum digresso latè fluxit. Ob id & Iunonia rosa nostris dicta. Ruel. Teuton. Weiß Gilgen.

Liliorũ diuersa & genera,& nomina, uide apud Barb.in Coroll. Liliorum.

Lilium,uulgaris noticiæ,describitur ab Dioscor.lib.3.cap.115. Plin.lib.21.cap.5.Theophrast.lib.6.cap.6.

Lilium marinum,Lilium syluestre,apud Dioscor.lib.3.cap.138.

Lilium Conuallium,magna pars herbariorũ interpretatur,Teutonicè,Meyblůmen. Alij flores liliaceos,teneros. Herba quæ lupulorum more & uitium arbores,& altiora quæq; scandit,odore non iniocundo,& nescio quid aromaticum redolente.

Lilium syluestre,Hemerocallis Dios. lib.3.cap.138. Teut. Weiß Dornungs blůmen.

Limax.Lege,Cochlea.

Limnesium,Centaurium magnum: sic dictũ,quòd secundùm paludes,quas Græci λίμνας uocant,aquarumq; scatebras innascitur. Diosc.lib.3.cap.7. Aliàs Limnestis.

Limonion,Beta syluestris,apud Dioscor.lib.4.cap.19.Teut. Wißen Mangolt/Holtzmangolt/waldmangolt/Wintergryen/Waldtköl.

Limonium,Aëtius interpretatur Cynoglosson,serm.10.cap.8.

Linariã in Herbario nostro attigimus germanico. Quidam Linum syluestre interpretantur,luteis floribus,formam galeæ habentibus,cætera Lino non dissimile. Sunt qui alterius speciei faciunt,& inter esulas referunt. Vnde,Esula lactescit,sine lacte Linaria crescit.

Lincurium,succinum,siue electrum,secundùm Aëtium serm.11.cap.12.

Lingua,uenosa,& carnosa,subpinguis quidem,humorũ sensoria,deglutioni ciborum subseruiens. Galen. de Definit.

Linguam incontinentem Medici appellant,quæ infirma est,ita ut non possit integrè dearticulare uocem,aut immobilem,aut omnino resolutam.

Lingua bubula,Buglossa,apud Dioscor.lib.4.cap.129.

Lingua ceruina,Pteris fœmina,uel Thelypteris,apud Dioscor.lib.4.c.197.

Linguæ retractio,uitium,quod græcè uocatur ἀγκυλόγλωσσον.

Linguę tumor quomodo curandus sit, uide Galenum Methodi lib.14.

Lingua,diminutiuum à lingua: uideturq; significare hic lignum,uel lapidem concauũ,qua aqua,uel uinum confluit.

Lingula,ipsa Epiglottis.

λινοκαλαμός,Linum,aut cum culmis suis Linum.

λίνον ἄγριον,idem quod Linum satiuum.Sed ideò dictum agreste,quia in agris seritur,non quia duorũ generũ sit.

Linospermon,Lini semen.

Linozostis,Cynia,uel Cynocrambe, apud Dioscor.lib.4.cap.202.

Linozostis,Apium syluestre,Raphani syluestris generis,apud Dioscoridem lib.4.cap.187.

Linozostis,Mercurialis,apud Diosc. lib.4.cap.201.Herba à Mercurio inuenta:ob id Mercurialis dicta. Teut. Bingelkraut/Kůhwurtz.

Linum,Thymelæa,apud Dioscoridẽ lib.4.cap.183.

Linum,& plantam significat,& folia, quæ ex Lino fiunt,uulgò notissimum. Lein/oder Flachß.

λεῖον,non semper id significat,quod pilis caret,sed interdũ,& fortè magis propriè id,quod non est asperſum & prominulum. Manardus libro.12.epistola.6.

Liostrea.Lege,Chamæ.

λιπαραὶ, emplastra. λίπα enim Græci oleum, adipem, unguentumq́; omne appellant. Idq́; Homerus multis in locis testatur. Celsus leuia emplastra nominat, ab euentu & potestate sua indicãs: quem admodum græci, à substantia qua præcipuè constarent.

λίπαρον, id est, pingue in ipsis herbis.

λιποδερμία, genitalis glandis cuticulæ contractio, ut non amplius operiat glandem. Quod interdum morbo fit: interdū περὶ τομῆ, ut in Iudæorum gente humana iniuria. Vnde λιποδερμοι, qui pelle in ea parte carent.

λιπαρὰς, lenia quædam emplastra uocant. Celsus libro. 5.

λιπαρώτερα, pinguiora.

λιποθυμία, animæ defectus, uel omnis ex quacunquè caussa factus animi defectus. Ea fit aut ex nimietate euacuationis sanguinis, aut ex uentris solutione, aut hæmorrhoidarum fluxu, siue nariū, aut ex menstruorum fluxu inmodico, aut ex plenitudine sanguinis, uel cholorum.

Lippitudo, est membranæ quæ Cerati di tunicæ adhæret phlegmone. Quàmuis ex accidentibus oculi morbus esse ui (deatur.

λιποψυχία, defectus, uel deliquium animi.

λιπυρία, febris ualdè maligna, & quæ profundissimè putrit, cute refrigerata. Lege, Febris.

Liquamen, purissimum, quod fluit ex Gari coctione.

Liquamen fociorū. Lege, Garrus lati- (nū.

Liquaminarij, Gari concoctores.

Lirium, id est, liliaceum unguentum. Sed & succus floris sic uocatur.

λιθιασικοί, calculosi.

Lithargyros quid sit, uide in dictione, Spuma argenti.

Lithargyrum, Glett.

Lithiasis, est calculi in uesica generatio, propter quam urinæ excretio prohibetur. Aliter. Lithiasis est affectus qui uesicæ distentiones adfert. Distenditur ipsis coles, & preputiū frequenter attingunt. Oboriuntur autem eis difficultates mingendi: cùm lapis productus recrementi uias obturat.

λιθοειδέα, ossa petrosa circa adiutorios meatus: à petræ duriciē sic dicta.

Lithocolla, Glutinum quo lapides coniunguntur. Dioscor. lib. 5. cap. 155.

Lithogonia, lapidis generatio.

Lithotomia, lapidis incisio.

λιθοτόμον, instrumentum quo calculus in uesica excidit. indidit illi nomen Paulus lib. 6. cap. 60.

λιθουλκὸν, instrumentum quo calculi in uesica extrahuntur. Sic enim appellat Paulus loco allegato.

λιθότομος, peritus lapidem excidendi.

Lithospermon Græci uocant, quòd semina tanq́; calculos ferat candore & rotunditate margaritarum, duricia uerò lapidea. Ruell.

Lithospermon quid sit, uide apud Dioscor. lib. 3. cap. 159. Teut. Mörhyrß/Adlerklow/Mörgreyeß/Steynsom. quasi lapideum semen.

Liuores oculorum, Græcè ὑπώπια.

L O

λοβοί, aurium summitates.

Lobos, Spartum. Diosc. lib. 4. cap. 160.

Lobus, uel Græcè λόβος, cortex, uel pileolus in quo semen est, uel granum seminis, uel cutis, uel id quod alio nomine λωπός uocatur Græcis.

Loca salubria, & insalubria quę sint eligenda in regimine sanitatis, & extruendis ædibus, omnium doctissimè disseruit Vitruuius lib. 1. cap. 4.

Localia, Medicis sunt, ubi medicamenta iuxta necessitatem intrinsecùs ingesta fuerint: subindè & foris, si qua sint necessaria, applicentur. Seb. Austr.

Loci, & Locelli, uuluæ muliebres. De quibus aliâs.

Locis fœminę, id est, genitalibus, & naturalibus æque. Locos propriè appellāt genitalia mulierum, Plinius. Fœminis eadem omnia, præterquàm uesicæ iunctus

ctus

ctus utriculus. Vnde dictus uterus. quod alio nomine Locos appellant, hoc in reliquis animalibus uuluam. M. Cato. Mulier si eo lotio locos fouebit, nunquàm hi uitiosi fient. Cornel. Celsus. Quę locis laborat, aut difficulter partum edit, sternutamento leuatur, lib. 6. cap. 26.

Locos item tùm ueteres, tùm recentes medici, corporis particulas appellare cõsueuerunt. Gal. lib. 1. de locis affectis.

λόχεια, fluor ille in partu. Veteres purgationem, non simpliciter euacuationẽ appellauerunt. Gal. de atra bile.

Locus, est extrinsecus terminus corporis, alterum continentis.

Locus communis, est qui multa continet, quibus inmediatus non est.

Locus proprius, est terminus corporis continentis, continuò inmediatus.

Loculamenta, Loculi sunt, & receptacula quæ apud nos fiunt uiminea, & ordine collocantur in peristerotrophio, in quibus nidificant columbæ. M. Varro Loculatas piscinas, decenter appellat, quibusdam quasi loculamẽtis distinctas, ubi dispares disclusi pisces habentur. Columel. lib. 8. cap. 8. Sunt & seminum inuolucra, quæ ueluti paruæ capsulæ ea recludunt.

Locustæ, pisces reptantium modo fluitant. Plin. lib. 9. cap. 30.

Locustas intelligimus, quæ sunt in genere insectorũ, quas Græci ἀκρίδας uocant, de quibus multa Plin. noster in undecimo. Ecclesiastici conditores memorant, olim locustam execuisse totam Ægyptum. Olim à Locustis ciuitas in Aphrica pulsa est. Aliàs Locustæ sunt pisces. Fuit & Locusta fœmina uenefica, cuius Tranquillus, Tacitus, Iuuenalis cõmeminerunt. Colum. lib. 9. cap. 11.

Locustam præter uulgarem, notamq́ue significationem, Chrysostomus, & quidam ex ueteri Theologorum schola, deserti animal esse uoluerunt, quod edendo tamen fuerit: aliud autem ab locustis nostris. Mirùm quid sibi persuadet humana prudentia, modò ut nihil nescisse uideatur: quasi uerò non & Aphrica tota, potissimum apud Leptim, huiusmodi ferat locustas, quas uulgò omnes cõmendant. Plin. autor est, totam Ægyptũ, & uniuersam Iudæorum gentem locustis uesci, sale etiam, & fumo induratis: unde nomen illis indiderunt, Diodorus siculus, & Strabo ἀκριδοφάγοις. Est & herbæ nomen Locusta: cui nomina, Locustæ pes, siue Repunculus, seu Napunculus, folio angusto, sed desinente in mucronem, cauliculis uertice torulos habentibus. ut in Asparago, & Salictario lupo cernitur. Itemq́ue multi lateris: ex quibus minores alij, alterno semper inguine prosiliunt. Radicula uel diuitum, lautiorumq́ue mensis petita. Rapisti quidèm sapore, non tamen ad ructus illiberali, ac fatui omnino gustus: sed cum aceto & sale non iniucundus. Semen ei tàm exile, ut cerni oculis uix queat. Alij pedem Locustæ pro Blito, aut ualde simili herba capiunt in Arabicis scriptoribus. Locustarum etiam nomine ueniunt paniculæ in auena propendentes.

Locythos per y, uitellum oui: per ι, putamen lentis: per η, ampulla, uel guttum olearium.

λογιστική, uis ipsa animæ rationalis.

Lohos, est syrupus inspissatus, ad modũ electarij, uiscosus, et qui lambi potest: id quod Græcè Eclegma: siue ut alijs placet, confectio uiscosa, & mucilaginosa.

Loion, frumentum ipsum adhuc herbidum; quomodo est cùm per hyemem in campis uiret.

Loligo, piscis. Plin. lib. 9. cap. 28. pedes habet duos.

Lolligo. Lege, Sepias.

Lolliguncula. Ibidem.

Lolium maius. Græcis αἶρα, Teuton. **Weyssen queck / Dortsom / Wycken im Rocken vnd Gerst**, inter uitia potius frugum censetur, teste Vergilio. Nascitur è tritici et hordei corruptis granis. Ideò in segetibus maximè cernitur. Adferunt

ferunt quidam & è corrupto lino feri, & interdum extra segetes, in alienis agris. Græcè apud Dioscor. inscribitur αἶρα: etiamsi apud Plin. aliud uidetur esse gra, lolio alioqui non dissimile. Lolium minus, Germanis, S. Peters korn/wyld-er Dynckel.

Lomentū, uocatur Creta, qua fullones in albis & poliendis uestibus utuntur, Gnaphalion, & Gnaphalis græcè. Sed & fabacea farina lomentū est, quod Aëtius fabam nominat plærumq.

Lomenium, etiam panis ex faba. Plin. lib. 18. cap. 12.

Lonchitis, non ut plærīq eadem cum Xiphio, et Phasganio, quanq semine cu spidaceo, radicibus prælongis, describitur ab Dioscor. lib. 3. cap. 162.

Lonchitis, Asplenion. Dio. lib. 3. c. 152.

Lonchitis, Limonion, apud Dioscor. lib. 4. cap. 19.

Lonchitis aspera, Lonchitidis species altera apud Dioscor. lib. 3. cap. 163.

Longanon, intestinum rectum. Sic enim Alex. Benedictus appellat. Varro uerò Longa, nostris Longaonem.

Longurius. Pertica longior.

Longi morbi. Lege, Morborum quidam. & c. &, Morborum differentias.

Lontitis, Aristolochiæ species tertia, de qua uide Dioscor. lib. 3. cap. 5.

Lopta, Onobrychis. Diosc. lib. 3. ca. 171.

Lora. Lege de hac in dictione; Posca, uel Pusca.

Lorea, & Lora fit, maceratis aqua uina

Lordosis, Græcè λόρδωσις, est (ceis. excauatio uertebrarū: propriè luxatio: quæ fit aut ob casum, aut ob ictum, aut tumorem præter naturam.

Lotium, id est, urina, der Harn.

Lotos Libyca, Lotus syluestris apud Diosc. lib. 4. cap. 113. Teut. der gemeyn klee/Wißenklee/Braun vnnd weiss Fleyschblůmen.

Loton, Aphrica gignit insignem arborem, quam uocant Celtim. Præcipua est circa syrtes Nasamonas. Magnitudo quæ piro: quamq Nepos Cornelius breuem tradat. Incisuræ folio crebriores: alioquin Ilicis uiderentur. Lege Plin. lib. 13. cap. 17.

Lotos arbor est uastę magnitudinis, ut inquit Dioscor. ferēs baccam pipere maiorem, dulcem, graui odore, stomacho facilem. Sunt & herbæ eius nominis cō plures. Latini Celtim hodiè uocant: item què Græcam fabam, uel Syriacam fabā, & Anacacabeam. Lege Dioscor. libr. 1. Theophrast. lib. 4. cap. 10. Plin. lib. 16. ca. 31. Hermol. Barb. inibi Corollariū, Strabo. lib. 17. Gal. lib. 7. cap. 88. Quidā et herbam, & semen Fœnugræci Lotū uocāt.

Lotus magnus, Cytisus apud Dioscoridem lib. 4. cap. 114.

Lotus urbana, nascitur in hortis, aliàs, satiua dicta apud Dioscor. lib. 4. cap. 112.

Lotus syluestris quæ sit, uide apud Dioscoridem libr. 4. cap. 113. Wißenklee/braun vñ weiss Fleyschblůmen/der kleyn Klee.

Lotus quondā etiam nota Italiæ. Auicennæ, & Serapionis lapsum in ea arbore, adnotauit Manardus lib. 9. epist. 3.

Lotus Ægyptia, herba Ægypti uernacula: de qua plura apud Diosc. lib. 4. cap. 115. Plin. lib. 23. cap. 17. lib. 22. cap. 21. lib. 21. cap. 17. lib. 13. cap. 7. 8.

Lotura plumbi quid sit, uide Dioscor. lib. 5. cap. 86.

λοξοβάται, obliquè ingredientes.

L V

Lucas primùm medicus Atheniensis, ut eius Euangelium indicat. Inde Apostoli Pauli sectator & comes: factus ex corporalium morborum curatione, animorum quoq & spiritualis curator & medicus. Descripsit eius uitā diuus Hieronymus.

Lucæ, sic olim appellati sunt boues primùm in Lucanis uisi. Plin. lib. 8. cap. 45.

Lucerna, piscis ex argumento appellatus, linguaq ignea per os exerta, trāquillis noctibus relucet. Plin. lib. 9. cap. 27.

Lucernula, Lychnis apud Dioscoridē lib. 3.

lib.3.capite.113.

Lucubratio uespertina. Rustici duas habent lucubrationes, easque maxime noctibus hybernis: alteram uespertinam: alteram matutinam, quam antelucanam uocant, quia ante lucem euigilant. Literatis quoque consimiles sunt lucubrationes, magna tamen dissimilitudine dispare. Siquidem rustici lucubrantes, rusticana opera efficiunt & uilia, Literati uero diuina & immortalia: illi corpus, hij ingenium exercent: illi manus mouent in canabe, & lino, & materia, hij inter chartas & calamos scriptorios sunt occupati: qua occupatione nihil honestius, nihil potest esse prestantius. Col. lib. 11. c. 2.

Lumbabo, affectio lumborum, calculo cognata. Meminit Plin. lib. 28.

Lumbus uitium. Membra hominis & partes ad alias quoque res decenti translatione transferuntur. Nam montib. persępe poetæ dant caput, humores, pedes. Nec Colu. in Vitibus lumbos & humeros indecenter appellat eas partes, quæ si uitem metiaris ut hominem, obtinent uicem lumborum & humerorum. Consimiliter Plinius dat uitibus digitos, pollices, caput, crines, alia quoque humani corporis membra. Idem tradit, ab humeris arborum surculos petẽdos esse ad insitionem. Colu. lib. de Arboribus, cap. 3.

Lumbrici, rotundi uermes sunt, qui ut multum abundant in pueris, in gracilibus intestinis: interdum in superiorem uentriculum ascendentes, per os etiam euomuntur & per nares, infantibus peculiares & quotidiani.

Lumbrici lati, dicuntur tertium genus uermium, qui in uentre nascuntur, adeo longi interdum, ut totius intestini longitudinem ęquent: uocari a quibusdam Fascias Galen. tradit, & Tinas. Ex hoc genere uerisimile est Plin. dixisse, triginta cubitorum tineas uentris aliquando uisas. Omnium generum caussam & originem plærumque esse dicunt ex cruda caussa, pituitosaque materia: qualis in pueris colligitur, & in maiori ætate his qui ultra satietatem uescuntur.

Luna, Chymistis Argentum, Sylber.

Luna silẽs, i. cöiens, hoc est, Interluniũ.

Luna, pratensis spinæ genus. Dicta, quod a terra eam luunt, hoc est, soluunt agricolæ. Ruel.

Lunaria, herbæ nomen, sed quam non dum uidi. Mira de ea fabulantur Herbarij: quæ tamen an ita habeant, ut non inficior, eo procliuius crederem, si eius rei periculum aliquod aut ipse fecissem, aut ab alio uidissem. A Mercurio exhibitam primum, Marsilius Ficinus est autor lib. de triplici uita. 3. cap. 14. cæruleis, atque rotundis folijs. Fertur crescente luna, unũ quotidie producere folium: decrescente luna deponere, & annos utenti promittere lunares.

Lunaria alia eius speciei minor uocat, **kleyn Monkraut** / æque rara inuentu.

Lupa, Ricinum, uel Cici, apud Diosc. lib. 4. cap. 167.

Lupha, Syriace Aron.

Lupinũ Galen. πολυχρῖσον, id est, multi usus uocat. Germani **Wickbonen.**

Lupinus uero montanus, faba est ægyptia, **Feigbonen.** Vide supra Faba Ægyptia.

Lupulus, Græcis βρύον, Latinis lupus salictarius, Officinis Lupulus, uulgo Humulus. Teut. **Hopff.** Alias, Bruscandula: quod salices & arbusta omnia subeat & transcẽdat. Atque inde etiam Lupus reptitius uocatus.

Lupus. De natura Luporũ uide Plin. lib. 8. cap. 22. & Solinum, cap. 8.

Lupos Ceruarios, Gaza ait Græcis [illegible]ες uocari.

Lupus piscis marinus laudatissimus, candidus, mollique carne. Plinius libro. 9. cap. 16. & 17.

Lupus Repticius. Lege, Lupulus.

Lupus Salictarius. Lege, Lupulus.

Lupum, appellant hulcus aliud a formica, non ualde dissimile: nisi quod non faciẽ sicuti illa, sed inferiores partes, pręcipue autem crura infestat, celerrime depascens,

pascens,& quasi lupus famelicus, proximas sibi carnes exedens. Quod & dubiè procul de genere est phagædenarum, à magis exusta tantùm materia factum, et propterea uelocius obambulans.

Lupus macedo, uiguit, ut inquit Gal. propter nouitatis gratiam, & ueluti oraculum quoddam ex adytis loquens. Libro de natural. facult. primo.

Luridus dicitur, qui supra modum pallidus est. Sic inferorum animas interdū uocant hoc epitheto Poëtæ.

Luridus color. Lege, Fuluus.

Lusciosi, siue ut quidam pronunciant, Lusciosi, sunt qui etiam Musticiosi Festo nominantur: qui propter uitium oculorum parum uident.

Lusius Medicus, scripsit libros tardarū passionum, ut inquit Aurelianus lib.2.

Lutarius, uilissimi generis pisciculus, ex Mullorum genere.

Luter. Lege, Fiber.

Lutum Vulcani, id est, hordeum. uocabulum chymistarum.

Lutra, uel græcè λύτρα, quæ lauandis corporibus parantur balneæ. Lege, Fiber. Simile item ferè animal Castori, aquaticum. Plin. lib.8. cap.30.

Lutrix, Enhydrius coluber. sic enim Gaza interpretatur.

Lutum Veneris, Dipsacos, Cardus fullonum.

Luteum oui, id est, uitellus: quem & Græci λέκυθον, modò χρύσον uocāt, Hippocrates etiam χλωρόν.

Luxata, græcè σρέμματα dicuntur, cū suo loco mota ossa, legitimi naturæ in ea parte motus, cum dolore reuocantur.

L Y

Lybiestason, Glycyrrhiza, apud Dioscor. lib.3. cap.6.

λυκανθρωπία, humanæ mentis alienatio ex atræ bilis furore: adeò ut per noctē domo egressus, qui hoc malo laborat, lupos in cunctis imitatur, donec matutinū illucescit: atq; tùm ad sepulchra mortuorum reuertitur. Sic dictum hoc malum, à lupis, quos Græci λύκυς uocant. Curandum est hoc malum eadem ratione, qua & melancholici curantur. Numerauerunt ueteres Græcorum medici has mali eius notas: Pallorem, oculorum siccitatem, uidendi imbecillitatem, siccissimam linguam, nullam saliuam in ore, sitim, & sine remedio exulceratas tibias: quod crebra per noctē eius partis offensione fit. Vide Paulum lib.3. cap.10.

Lycanthemon, Smilax, apud Diosco. lib.4. cap.145.

Lycāon, colorē mutat periclitata: cui iubata traditur ceruix. Plin. lib.8. cap.34.

λύκνον, id est, araneus.

Lycapsos, Anchusa. Aëtius ser.10. c.11.

Lychene, Rubus. Diosc. lib.4. ca.147.

Lychni fictiles, per noctem lucentes, monomyxi, dimyxi, trimyxi, polymyxi, id est, angulorum & luminum unius, duorum, trium, plurium: uiolæ similis, quo corollæ factitantur. Vide Dioscor. lib.3. cap.133.

Lychnis, Hippoglossum, apud Diosc. libro.4. cap.133.

Lychnis, alia ab Hippoglosso apud Dioscor. lib.4. cap.134.

Lychnis coronaria, uariorum colorū. Teut. Kornblůmen / Gartenrößlin. Diosc. lib.3. cap.113

Lychnis syluestris quid sit, uide apud Diosc. lib.3. cap.114. Teut. Blaw Kornblůmen / Vabichs füss.

Lychnis agria, Leontopetalon, apud Dioscor. lib.3. cap.109.

Lychnis. Lege, Rosa lychnis.

Lychnitis, Verbasci generis, & eius species tertia, apud Diosc. lib.4. cap.105.

λύκιον, arbor est spinosa, ramis trium cubitorū, aut longioribus: folijs buxi, dēsis: fructu piperis, nigro, leui, amaro, denso: cortice pallido, non dissimili lycio madefacto: radicibus multis, obliquis, lignosis. Sic dictum, ut putat Plin. quia probatissimum ex Lycia quondam importabatur. Plin. lib.24. cap.14. Dioscor. libro.1. De Lycio alias etiam in Rhamno diximus.

diximus. Vide Rhamnum.

Lycophryx, Artemisia, apud Dioscoridem lib.4.cap.125.

Lycopsis, Anchusa, Diosc.lib.4.ca.29.

Lycoscytalion, Sesamoides, apud Dioscor.lib.4.cap.153.

Lycoctonon, Aconitum, apud Diosc. lib.4.cap.80. sed eius altera species.

Lycus Medicus, Anatomicæ studiosus, scripsit Cōmentarios prolixos, propemodum quinq; milia uersuum amplectentes, sed multis erroribus scatentes. Galenus Anatomiæ lib,1.

λυγμὸς, singultus. Cuius cùm diuersæ sint caussæ, ad libros Medicinæ remittimus.

λύγος, ἀπὸ τοῦ λυγίζειν, id est, flexibile. Est autem uitex, uel Agnus castus. Aliâs, & Ægylis.

λιγνὺς τῆς ὑγρᾶς πίσσης, id est, fuligo liquidæ picis. Incensionem eius lege apud Dioscor.lib.1.

Lygos, Spartum, apud Dioscoridem lib.4.cap.160.

λύειν, μαλάττειν, καὶ ὑπάγειν γαστέρα, id est, uentrem soluere, uel ducere. Vna & eadem omnium uerborum ratio est: & quod inter ea discrimen intelligitur, in quantitate & impetu tantùm est. Minus enim mollire quàm soluere, et utroq; maius deijcere est, quod tria illa significant uerba. Quod autem εὐκοίλιον dicitur, eam significat aluum ex nominis compositione, quæ medio, & quomodo natura exigit habitu, nec cesset, nec citatior feratur. Quam nominis uim, compositionemque eius, nos secuti, bonam facere aluū cerasia dicimus.

Lymnesium. Lege, Centauriū minus.

Lyncurium gēmam esse contendunt, quæ fiat ex urina Lyncis, sed egesta, terra protinus bestia operiente eam: quoniam inuideat hominum usu. Esse autem, quasi in igneis succinis colorem, scalpiq;: nec folia tantùm, aut stramenta ad se rapere, sed æris etiam, aut ferri laminas. Quod Diocles quidem, & Theophrast. crediderunt. Ego falsum id totum arbitror, inquit Plinius, nec uisam in æuo nostro gemmam ullam ea appellatione. Plinius lib.37.cap.3.& Solinus cap.8.

λύγξ, singultus, eructatio stomachi, ex frigore, aut potu frigido. λύζω, singultio.

Lynx, animal, fusco pilo, mammis in pectore geminis, clarissimè omnium animalium cernit. Plin.lib.8.cap.21.

Lyron, Alisma. Diosc.lib.3.cap.170.

Lysimachia, apud Diosc.lib. 4. cap.4.

Lysimachia, à dissoluenda dissidentiū pugna uocatur. nam uis tanta herbæ, ut iumentis discordantibus imposita iugo, asperitatē cohibeat. Ruel. Teut. Weydreich. Alij ab inuētore Lysimacho deducunt.

Lysimachus preciosus, sic dictus: uel quia ab eodem Lysimacho sit repertus: uel quia similibus cùm herba uirtutibus pollet.

Lysimachium quid sit, et an cognita hodiè habeatur, lege Manardū Epist.li.12.

Lysias, Medicæ sectæ.

Lyso, uidetur Medicus fuisse, qui Tyronem Ciceronis libertum in Achaia curauit: de quo lege Epistolam.1.lib.16. Epistolarum familiarium.

λύσωμα, discrimen, & capillorū æquamentum.

λυτικὰ τῆς κοιλίας, solutiua uentris.

Lytron, Lysimachia, apud Dioscorid. lib.4.cap.4.

λύττα, canum rabies.

M A

Macer, Veronensis Pöeta, uolucres, & herbarū uirtutes pinxit, Ouidij ætate, ut ipse testatur. Sæpe suas uolucres legit mihi grandior æuo, Quæq; nocet serpens, quem iuuat herba Macer. Sed & opus Homeri prosecutus est, quicquid apud Ilion usq; in finē belli actum est. ut idem Ouidius, Tu canis æterno quicquid restabat Homero, Nec careant summa Troia bella manu. An ille sit, cuius hodiè herbarū descriptiones elegāti carmine legunt, alij uiderint. Meminit & Plin.

Macri, eiusquè testimonijs utitur. Item Galen.lib.6.Pharma.Et Martialis Epigrammotum lib.12.

Saturnalicio Macrum fraudare tributo,
Frustà Musa cupis, nō licet, ipse petit,
Soleñesq; iocos, nec tristia carmina poscit. Et queritur nugas obticuisse meas.

μάκηρ, καὶ ξυλομάκηρ, ex Barbaria aduehitur, ut inquit Dioscor.lib.1. cortice flauescens, crassus, gustu perq; adstringēs. Recentiores omnes, non radicis, sed nucis odoratæ corticem, ac folliculum esse adfirmant: idq; uerò propius est, & planè ita modò cernitur. Hanc autem Græci modò κάρυον μυριστικὸν appellāt, hoc est, nucem unguentariam, quę tamen diuersa est à glande unguentaria. Cæterū officinæ μάκηρ hodie Macis uocant.

Macerare in aceto, uel melle, & illinire ex aceto, elegantius multo dicitur, q; infundere in aceto.

Maceria, sepimentum. Plautus in Truculento. Maceria illa in horto, in singulas noctes latere sit minori. M. Var. docet, maceriam in fundo esse fabrile septimentum. Cuius species sunt quatuor: quod fit ex lapide, quod è lateribus crudis, quod ex terra, & lapillis compositis informe. Colum.lib.de Arbor.cap.18.

Macharion, et Isis, insignes fuerunt chirurgici: quorum & Emplastra, & confectiones quædam extant. meminit Galenus therap.lib.5.

Machæron, uiridis cuiusdam compositionis nomen in re medica, ad morbos articulares, & ischiada.

Macherion, Medicus. Citatur eius pharmacum in atræ bilis cura, ab Aëtio sermon.12.cap.84.

Machęronion, Xiphion, apud Diosc. lib.4.cap.23.

Machlis, nullo suffraginum flexu bestia: ideoq; non cubans, sed accliuis arboribus, in somno dormit. Alioqui uelocitatis memoratæ. Plin.lib.8.cap.15.

Macia, Anagallis.

Macir, ex India aduehitur, cortex rubens, radicis magnæ, nomine arboris suæ. Plinius lib.12.cap.8.

Macis. Lege, μάκηρ.

Macrocola, à longitudine dicunt. Sunt enim hoc nomine maiores & longiores chartæ, quas modò Regias, ut arbirror, uocamus. Ex eadē origine fortasse, qua hodiè Notarij Prothocolla.

μακρονοσημία, longitudo ęgrotationis.

Macri quomodo curandi, uide Galen. 14.Method.

μακρογήρως, longęuus, longę senectutis.

μαδάρωσις, ubi ex palpebris defluūt pili. μίλφωσις eadem dicitur passio.

μαδέλκον, id est, βδέλλιον.

Madon, Vitis alba. Diosc.lib.4.c.194.

Męnas, Græci μαινίδας appellant, laudatissimas è Lipara: uulgus Mænulas, Aleculam, quasi ex Plauto Diodorus interpretatur. Sed Aleculę uocabulum generale est, ut inquit Herm. Barb. idem apud nos significans, quod apud Græcos Antracides. In Pannnnia, inquit, copiosissimū pisciculū uenantur, & inuetērant, Arengam uocantes: ipsi Alecem hodiè quoq; nominant. Similes inter se uult Speusippus esse Męnas, Boacas, & Smaridas. Candidiores nempè Męnas, sunt qui Böacas, siue Bëacas appellent, hoc est, Leucomedas. Smarides uerò, siue Marides, sunt quos nonnulli uocant Cynoseuma, ut inquit Athenęus. Aristophanes Bizantius solus non Böacas, sed Böopas uocandos existimabat: quia parui essent, & magnos oculos haberēt. Hæc Barbarus in Coroll. Męnarum.

Magiæ naturalis, qua usi sunt Plinius, Theophrastus, & Aristoteles, laudes, lege apud Cœlium antiquarum lectionū libro.1.cap.42.

Magistrianus medicus, citatur ab Aëtio, sermone.13.cap.26.

μάγματα, dicuntur, quæ expressa reliqua liquidiori materia, crassiores relinquuntur unguenti fæces. Plinius libro 13.capite.12.

Magnes lapis, optimus est, qui ferrum trahit,

trahit, μαγνίτης græcè. Lege Dioscor. lib.5.cap.139. Plin. libr.36. cap.16. Vide, Heraclius lapis.

Magnus morbus. Lege, Morborum differentiæ.

Magnus pulsus. Lege, Pulsuū differ.

Magnitudo corporis propriè uocatur, quæ longitudine, altitudine, & profunditate moderantiam exuperat. Gal. lib. 11. Aphorism. ult.

Magnum habere discrimen dicunt medici, quæcunq; inuicem distant specieb. ueluti dolorem qui ponderis cuiusdam similitudinem gerit, ab eo qui uidetur ferire, uel aliquod aliud pati.

Magnus, inquit Gal. qui nostro tēpore archiatrus euasit, de Antidotis scripsit quædam. Gal. de Theriaca ad Pisonem.

Mago, rusticationis parens, ut inquit Columella de Re rustica, lib.1. nam huius octo & uiginti memorabilia uolumina, ex Senatusconsulti iussu, in latinum sermonem conuersa sunt.

Maguderis, Laserpitij genus. Alij uocāt caulē Laserpitij: sed à Laserpitio differt teneritate, in Syria & Parnaso monte plurima. Sunt qui & hanc Laserpitiū appellēt. Barb. in Coroll. Laserpitij. Plurima etiam in commentario Vergilij.

Magus. Lege, Emplastrum magus.

Maiæ, cancrorum genus. Vide apud Plinium libro.9. cap.31.

Maioranus medicus, citatur ab Aëtio serm.12. cap. ultimo.

Maioranæ descriptionem, lege apud Diosc. lib.3 cap.45. dictione, Samsuchū.

μᾶλα. Vide, Antiades.

Mala canina, poma Mandragoræ.

Malabathinum unguentum, foliatum Martiali, & alijs quibusdam Scriptoribus dictum est, ob odoris similitudinem.

Malabathrum Plin. arborem Asiæ affirmat esse libro.12. cap.27. & de medicamentis lib.23. cap.4. folio conuoluto, arido colore, fertilius in Ægypto, laudatius in Indię paludibus sine radice fluitās. Improbant candidū. Cęterum Diosc. ita prodidit. Malabathrum arbitrantur aliqui esse Indici Nardi foliū: falsi quadam odoris cognatione. permulta enim Nardum olent: quemadmodum phu, asarū, niris. secus autē res se habet. Nanq; Malabathrum folium sui generis est, quod Indicæ gignunt paludes, lentis palustris modo innatans aquæ sine radice. Id collectum, statim lino transuitur, & siccatū reconditur. Lege Diosc. dictione, Malabathrum, libro.1. Nunc medici, nec primum, nec secundum, sed tertium tantū norunt. Appellāt à Mauritanis suis Teribul: cuius surculi cum folio quale arbuti siue lauri est. Foliatum inde unguentum, quo fœminas locupletes oblini Romæ solitas, Galen. autor est. Græci φύλλον, id est, Folium appellant. Nescio an illud sit, quod folium Indum quoq; uocant hodie, satis firmum & solidum folium, non admodum dissimile folio nucis iuglandis, ni fallor. Est herbę genus quoquè in saxosis nascens, ut inquit Barbarus: quod & ipsum syluestre folium dicitur. Vide Plinium.

Malachra, Bdellium.

Malacia, uitiū quod aliâs Græcè, κίττα, muliebris morbus, quo appetunt quæ non conueniunt. Græca uox est μαλακία, quæ languorem & eneruatam molliciem refert, partum antecedens. Pellaceam Lucretius uocat. Pica item uocata, ab auis eius longa, insigniq; cauda, & uaria, non sibi concolori, iuxta Plin. lib.10. cap.29. Nam eo morbo laborantes grauidæ, uaria appetūt. Cissā uerò, διὰ τὸ ποικίλον τοῦ ζώου, ob uarietatem auis illius dicitur, quam Plin. uariam appellat loco prædicto. Galen. loc. affect. constare ait, quòd κίττᾳ, id est, picæ uocatæ, mulieribus accidunt, cùm uentriculi os affectū sit. Diosc. lib.5. ca.1. Pregnantiū fastidiū, uariumq; & absurdum in cibo appetitū uocat. Austr.

Malagma, Ipoteriū inscriptū quomodo cōficitur, require Aëtiū ser. 10. ca.22.

Malagmata, et Emplastra differūt. Malagmata

lagmata enim maximè ex floribus, eorumq́ surculis fiunt: Emplastra, pastilliq́uè magis ex quibusdam metallicis. Deinde, Malagmata contusa, abundè mollescunt. nam super integram cutem iniiciuntur: laboriosè uerò conteruntur ea ex quibus emplastra, pastilliq́ fiunt: ne lædant uulnera, cùm imposita sunt. Inter Emplastrum autem, & Pastillū hoc interest: quòd Emplastrum utiq́ liquati etiam aliquid accipit: in Pastillo tantùm arida medicamenta, aliquo humore iunğūtur. Quæ reliqua sunt, uide apud Celsum libro. 5. cap. 17.

μαλάγματα κινητικά, quę ex alto causas inductione propria detergere ualēt.

μάλαγμα διαχύλων, id est, emplastrū diachylon, id quod Barbarè Diaquilon.

Malandria, uulnera quæ accidūt equis circa ipsas ceruices.

μαλάσσειν. Vide, λύειν.

Malcha, limus similis naturæ cuius est νάφθα, in Comagene urbe, Samosaca stagno emergens. Flagrat ea protinus: & cùm quid attingit solidi, adhæret, & sequitur fugientes.

Maldacon, Bdellion.

Malè præparata & cocta appellantur, quæ elixari, torreriúe debentia, iustum in his finem non sunt consecuta. Galen. lib. 4. de sanitate tuenda.

Malefica ulcera. lege, κακοήθη ἕλκη.

Malicorium, asperum est mali punici putamen. aliqui Sidion appellant: fortasse, quoniam & arbor ipsa ab Bœotijs Sida appellatur.

Malignis lignis. A malo arbore pomifera, Malignum ligni dici arbitror. Plinius melinum unguentum celebrat: ex eo dictū, quòd ex Malis cotoneis fit. Nam μῆλον græcè, malum appellatur. Columella lib. 7. cap. 8.

Malignus morbus. Lege, Morborum differentias.

Malleoli apud Scriptores Rei rusticæ surculi sunt uitium utrinq́ capitulati: & ob id malleoli nuncupati, perindè ac mallei effigiē repræsentantes. Col. li. 3. ca. 10.

Malleoli, tibiarum processus imi, talorum nomina acceperunt. Vnde Talaria sic dicta: simile q́ in cane est. Quod & à M. Varrone Talus dicitur.

Malleolus, nouus palmes uitis. Teutonicè, des abgeschnittenen Zweigs gestalt als ein krumerlin. Ex similitudine nomen sumpsit: quòd in ea parte qua decidirur ex utere sarmento prominens, utrinq́ malleoli speciem præbet. Vel q̄ capillatus utrinq́ & surculatus feri solebat.

Malleolus. Lege, Astragalos.

Malleus, generale nomen omniū morborum, qui ferè pecudibus accidere solent, tamen in primis equis, ut inquit Vegetius libr. 1. cap. 2. ipsa sua appellatione uim cladis indicans. Sunt autem species Mallei sex. Humidus, Aridus, Subtercutaneus, Articularis, Elephantiasis, Farciminosus.

Maloion, Lychnis, apud Dioscoridē lib. 3. cap. 113.

Malogranatū. Lege, Punicū malum.

Malum punicum. Vide, Chondros.

Malum terrestre, Mandragora, apud Dioscor. lib. 4. cap. 79.

Malum terræ, Aristolochia: de qua uide Dioscor. lib. 3. cap. 5.

Malus Medica, Citrin öpffel/ quę sit, quoniam de ea cōtrouersia est apud eruditos, consultius ex Corol. Barb. de malo Medica. Diosc. lib. 2. petendum censui: qui de ea, quicquid in uniuersum Plinius lib. 12. cap. 3. Theophrast. libro. 4. & Athenæus. 3. dipnosophistæ de ea tradiderunt, in compendium contraxit.

Mala Maciana, ex uico Aquilegiensi, sub ipsas Alpes, quibus similitudine respondent, Gangeris Paphlagoniæ urbe nascentia, nunc Hispaniæ uernaculo uocabulo Maciana, in commune sunt mala omnia.

Mala Insana, Teu. Melantzan. Dicta, non q̄ lętalia sint, sed quòd difficulter cōcoquanť. Amoris item poma, q̄ propter pulchritudinē et elegantiā digna sint quę amentur.

amentur.
Malum punicum, Granatöpffel. Vide Diosc. lib. 1. cap. 153.
Mala Testiaca, quæ molli testa integuntur, ueluti murinæ locustæ, gammari, & cancri.
Malorum multa genera recitat Diosc. lib. 1. Celsus lib. 2. cap. 23.
Malua, Bappelen. à mollienda aluo nomen traxit. μαλάσσειν enim mollire significat. Maior Plinio Maloche, Altera Malache dicta. Licet Athenæus aliter sentiat. Atticos scilicet Maluam Malachen, cæteros uerò Græcos omnes Molochen appellare. Ruel.
Maluarum descriptionem lege apud Dioscor. lib. 2. Plin. lib. 20. cap. 22. Theophrast. lib. 9. cap. 19. Plura etiam de his in Herbarij nostro Tomo. II.
Malua syluestris, Althea apud Diosc. lib. 3. cap. 164.
Malus Assyria, quam alij uocant Medicam. Folium eius unedonis, intercurrentibus spinis. Arbor ipsa omnibus horis pomifera, alijs cadentibus, alijs maturescentibus. Plin. lib. 12. cap. 3.
Malus, corticis liuore nitet. Peculiares habet nodos belluata facie, ut Theophrastus scribit, sed prægrandi uno, alijs circa eum pusillis: fructificat primis frigoribus. Cætera de Malis Plin. lib. 15. ca. 14. lib. 12. cap. 13. lib. 16. cap. 27. Dioscor. libr. 1. Galen. lib. 7. Simplicium, cap. 104. lib. Alimentorum. 2. cap. 20. Auerrois quinto Colliget. Serapion. cap. 133. Hermol. Barb. in Coroll.
Malū erraticū, quibusdā Cyclaminos.
Malum de Ponti, Medici uocant puerorum tenasmonem.
Malum terræ, Aristolochia, non tuber terræ: quod est Cyclaminos, ut falsò putat Theodorus.
Malum terrestre, Chamæmelon.
Malum mortuum, appellant exulcerationem quandam malam, crustaceam, aridam, brachia & crura præsertim inficientem: ulcus ut existimat Manardus, Escharodes.
Mamolaria, Acantha, Diosc. lib. 3. c. 19.
Mandragora quæ sit, uide apud Dioscor. lib. 4. cap. 79. Pithagoras ἀνθρωπόμορφον appellauit, ab humana specie, cū radix, licet supposititiè representet. Circæam item. quòd amatoria sit radix. Malum item terrestrem: quòd mala proferat, nec in altum ut reliquę arbores. Teuton. Alrun.
Manantia capitis hulcera, Plin. & Dioscor. uocāt, quas Græci ἀχῶρες ϗ κήρια, Auicenna Saphatum, Hali abbas Tineam: sub quo noīe & ficus, & phydracia, & exanthemata cōprehendi uoluerunt.
Manantia corpuscula, id est, atomi.
Mania, alienatio est mētis, cum cogitationis mutatione, uocis amissione, & eorum qui in ipsa sanitate sunt sensuū. Moriuntur autem sine febre. Definitur autem, furor sine febre, cum hylaritate.
Mannæ species, Anteneasmus, Gynęcomania, Ortygomania, Doxomania, Orinthomania, & id genus plura, cùm quis in re quapiā debacchabatᷣ pręcipuè.
Manifestę caussę. Lege, Caussarū alia.
Maña thuris. Tria hæc simul plęrunq; in officinis, & earum acerris inueniuntur: scilicet, thus, cortex, & concussu elisæ thuris micæ: quas Latini ueteres aliquando Manna, aliquando Pollinē thuris dixerūt, substantia aut nō penitus aliud, aspectu autem & rei euentu diuersa.
Mannam uocamus, micas ex concussu thuris elisas. Lege, ἐλαιομέλι.
Manna quando cognitum. Ibidem.
Manon, spongiorū genus minus, spissum, molliusq;. Plin. lib. 9. cap. 45.
Mañi, equi nō admodū magni, qui tolutim, id est, more Asturcorū equorū uestigia glomerant. Sunt aūt Asturcones ex Asturia præcellentissimi equi. Manni in Britannijs & Hispania habentur.
Mantichoa, Indiæ bestia, magnitudine leonis, pelle uillosa, ac purpurea, uultu ferè & auribus humanis: triplici dentiū serie superius, totidemq; inferius, hisquè acutis,

acutis, & aliquanto quàm canis maioribus: oculis uillosis, noctuæ similibus: unguibus leoninis: cauda bifida, utrinquè aculeis cuspidata, quos in certamine eminus eiaculatur, & pro telis utitur, alijs subinde renascentibus: uescitur humana carne: quapropter Antropophagum appellant. Hæc Ælianus. Et Plinius lib. 8. capite. 21.

Mantia, diuinatio: quam si ad inanes, ad stultas quasdam prædictiones referas, rectius dicetur Mania.

μαντικὴν appellauit Hippoc. & οἰωνιστικὴν, & ἱεροσκοπίαν θυτικὴν à plærisquè appellatam: quam uerè antiqui alij ἱεροσκοπίαν uocant. quod ἱερεῖα, id est, hostias inspicientes, quia in ea scientia graues & præstantes sunt, ex ipsis uentura prænuncient. ἱερεῖα autem scimus appellari omnia, quæ Dijs ad honorem exhibemus. quales sunt quæ litantur uictimæ: quarum exta inspicientes ἱεροσκόποι, id est, aruspices prædicunt. Eos uerò qui ex auium uolatu augurantur, quos οἰωνιστάς, & οἰωνοσκόπους, id est, auspices uocant, nunc μάντεις, id est, augures appellauit Hippocrates. quanquam μάντεως nomen, & μαντικῆς, de omnibus quæ ita prædicunt Artibus proferatur. Nempè μάντεις uocãtur, & ἱεροσκόποι, & οἰωνισταὶ, & qui appellantur γενεθλιακοὶ, & qui per notas futura predicunt. Præterea & χρησμολόγοι, id est, fatidici, & θεομάντεις, id est, diuini uates. Sunt qui & ὀνειροπόλους, somniorum interpretes, inter μάντεις ponant: ut Homerus Iliados. α. ἀλλάγε δή τινα μάντιν ἐρείομεν ἢ ἱερῆα, ἢ καὶ ὀνειροπόλον, καὶ γάρ τὸ ὄναρ ἐκ Διός ἐστι. id est, Consulamus augurem quempiam, aut aruspicem, aut somniorum interpretem. nempè & ab Ioue ostenduntur insomnia. Hæc Galenus Commentariorum in Hippocratem lib. 1. de morbis acutis.

μάντεις qui sint, require in dictione, μαντικὴν appellauit.

Manus uocabulo, Medici abuti consueuere, & accipere pro uehementiori.

Manus Hepatis, uocantur Meseraicæ, quæ sunt in ipso mesenterio: sic dictæ, quia rapiunt ab intestinis materiam sanguinis, & illam dant hepati.

Manum mittere in carpum, Galen. autore, est arteriæ motiones explorare.

Manualis, Oxyschinos, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 55.

Manuales, fasciculos appellat Plinius, quos uulgus hodiè Medicorum & officinæ manipulos uocant, maximè uerò herbarum, in syrupis decoquendis.

Maratha, quæ in rubis nascuntur mora, quanquam corrupta in Hippocrate lectio est, & fortasse pro μάραθα ἀπὸ βατοῦ, legendum τὰ μόρα ἀπὸ βατοῦ.

Marathis, Hippomarathrum. Dioscorides lib. 3. cap. 80.

Marathrites, uinum ex feniculo concinnatum, quod Græci Marathron uocant. Columella lib. 12. cap. 35.

Marathrum, Feniculum uulgare. de quo lege apud Dioscor. libro. 3. cap. 79. Teuton. Fenchel.

Marathrum, à marcescendo dictum: quod ad condienda plurima, cùm inaruerit, commendatissimum sit. Ruel. Eius quatuor genera. Nigrum Ballote, Album Prasium, Agreste Callitrichum, & Palustrè, wasser Andorn / Weyher Andorn. Trago.

Marcelli multi fuerunt, ex quibus insigniores, ut inquit Suidas, Marcellus Pergamæus, Orator sub Hadriano principe, cui librum inscripsit, de Regno. Alter Sidites, Medicus, sub Imperatore Anthonio: qui scripsit heroico carmine de Medicina libros. 42.

Marcellion, medicamen ad hoc genus celebrè Græcis esse contingit in plærisquè partium corporis, sed in ijs quæ motui subseruiunt.

Marchasita, idem quod Pyrites, teste Georgio Agricola. Nam quod Græci, & post eos Latini Pyritẽ, Arabes Marchasitam appellant. Cæterùm ne id tibi imponat,

imponat, multa etiam genera Pyrítis. De quo alibi.

Marcianus, Medicus Apher, citatur ab Aëtio ferm.11.cap.11. Scripsit morborum remedia uaria.

Marciaton unguentum, ab inuentore sic dictum.

Marcipanes, pastilli sunt, sic dicti ab autore, uel primo coctore: uel à maza & pane, ut alijs placet.

Marci pastilli, ab inuẽtore sic nominati.

Marcum Catonem numerat Plinius lib.25.cap.2. inter Medicos herbarios. Nam præter libros de Re rustica, etiam Commenrarium scripsit de Cura domesticorum, & longa Senecta paranda. Plin.lib.29.cap11.

Marides. Lege, Męnas.

μάρινα radix, id est, Iris.

Maritari dicuntur decentissima translatione arbores, quando illis uitis copulatur. Plinius, Consimiliter alternis, inquit, seruantur brachia, alternis putantur annis, sexto anno maritantur. Horatius quoq; dixit in Epodo. Altas maritat populos. Colu.lib.de Arborib.cap.16.

Marmaritis, herba Fumus terræ, apud Dioscor.lib.4.cap.111.

μαρμάρυγες, oculorũ incerti & discurrentis lucis splendores, propter eam quę à uentre est exhalationẽ, & propter sanguinis qui ad caput fertur abundãtiam, apud Paulum lib.3.cap.38.

Marmotæ, mures Alpini.

Maronia, Cẽtauria, à Maronio Thraciæ monte, & Maronia ciuitate, quibus locis copiosè fortasse, uel præsignis nascitur. Dioscor.lib.3.cap.7.

Marrubium, Canthurinum est, Marrubium nigrum, uel Ballote, apud Dioscor.lib.3.cap.116.

Marrubium magnũ, idem quod Marrubium nigrum, uel Ballote, apud Dioscor. loco præallegato.

Marrubium, Prassium, apud Dioscor. lib.3.cap.118. Weisser Andorn.

Martes, animal Mustelæ simile. Horatius. Venator capta marte, superbus adest. Ælianus.

Maruda, mensuræ genus, quod heminas sex capiebat. Autor Iulius Pollux.

Marum quid sit, uide apud Dioscorid. lib.3.cap.47. Plin.lib.12. cap.24. Teuto. Wylder Maioron.

Mas, animal uocatur, quod in alterum mittit prolificium semen. Aristot. de natura Animal.cap.3.

μασχάλαι. Vide, Axillæ.

Masculum thus, quod rotundum pependit: cùm aliâs non ferè mas uocetur, ubi non sit fœmina. Religioni autem tributum, ne sexus alter usurparetur. Alij sic dictum putant, à specie testium. Plin. libro.12.cap.4.

Maspetum, Laserpitij caulis, apud Dioscorid.lib.3.cap.93.

Massaris, Oenanthos species, Medicis accommodata: quę nascitur in Aphrica. Plinius lib.12.cap.28.

μασητῆρες, temporum musculi, secundùm Hippocrarem: secundùm Galenũ, qui toti buccæ superpositi sunt.

Mastax, pro Brucho, apud Nicandrũ.

Mastiche, ab Officinis Mastix, resina lentiscina. Probatissima omniũ ex Chio. Importatur & ex India, quadam è spina. Item ex Arabia, Lamam uocant. Plin.libro.12.cap.17. Dioscor. lib.1. Reperitur & in Græcia & Asia.

μαστίχινον ἔλαιον, oleum Mastichinũ.

μάσθος χόνδρους, omnes uerterunt in Dios. ex Plinio, mammarum duriciem: fortasse ex concreto lacte. χόνδρους enim Græci, quod ex cõtinuo aliquo seorsum concreuerit, propriè dicunt.

μαστός, mamma, ubera.

Masuaphij confectionem præclaram, require apud Aëtium serm.13.cap.118.

Masytipos, Anagallis, Ethruscè.

Mateola. Vide, Trulla.

Materiam submittito, id est, pampinũ educato, producitoq; ad incrementum, ut mox fructum ferat. Frequens uerbũ apud Columellam in hoc significatu, sicut &

tur & materia pro uirga, siue palmite uitigineo. In sexto ait idem, Materiam uocamus palmitem, cùm & fructum, & noua flagella benè procreat. Aliàs Materię appellatione significatur omne lignū accommodatum ad ædificandum. Ideoquè scribit Vlpianus. Sicut legata, ligna sint, & arbores materiæ causa succisas non deberi. Et autor est Paulus, Pertica & pali in numero materię redigēdi sunt: & ideò lignorum appellatione non continebuntur. Hinc Materiarius uocabulo Plautino dictus faber Tignarius: & fabrica Materiata, Plinio nuncupatur fabrica Tignaria: quam Dedalus inuenit. Apud Victruuium uerba sunt, Materiari, & materiationes. Apud M. Tullium, ædes malè materiatæ, id est, tignis, trabibusq; malè fultæ, maleq; adminiculatæ, & ob hoc uitium facientes. Colum. lib. de Arbor. cap. 5.

Materia, est natura, quæ unicuiq; transmutationi subiecta est, potentia subiecti

Materialis pars Medicinę. Lege, (ua. Medicinæ partes, seu species.

Mater Herbarum, Artemisia.

Matricaria, Hermolao Barbaro uidetur esse Parthenium apud Dioscoridem lib. 3. cap. 156.

Matricaria maior, Artemisia.

Matricaria minor, Mettram, Teut.

Matrices, quæ fiunt matres & progenerant. Vulgò Matricem uocant, genitalia fœminæ qua fœtus ipse concipitur, contineturq;. Eruditiores matricem ponunt pro ea, quæ fœcunda est, & mater fit, & parit. Colum. loquens de Gallinis, inquit: Sint matrices robusti corporis. Et est hęc dictio in hac significatione propè in usu Columellæ. Suetonius arborē appellauit matricem, ex qua planta tantùm foret. Videor, si memoria nō labat, legisse apud Pliniū, imo tantùm in loco matricem poni pro locis genitalibus, secundùm uulgatam significationem. Columel. lib. 7. cap. 3.

Matrix, quod in medio ligni tertium à cortice continetur, ueluti medulla in ossibus. Id nonnulli cor, alij medullā appel-

Matrix, siue uulua, extrinsecus (lanr. neruosa, intrinsecus aūt carnosior: & est receptaculum fœtus. Gal. de Definit.

Mattya, omne suauius paulò, atq; lautius edulium. à uerbo græco ματτυάζειν, quod est, opiparè & suauiter uiuere.

Maturare, & concoquere, est pus & saniem ad collectionem perducere, ut aut expresse, aut per se purgentur. πεπαίνειν id Græcè uocant.

Maturatio, est tuberculorum pituitæ, & cæterorum id genus, contentiq; in eis humoris concoctio: quam natiuus calor corporis efficere solet.

Mazan, græcè μάζαν. Aristophanis interpretes interpretātur ξυφὸν ἄρτον, id est, rigidum panem: quo nomine quidam eum uolūt intelligi, qui uulgò nauticis in usu est, & Biscoctus uocatur. Fuisse tamen præstantioris edulij speciem, ex adagio cōiectare facile est, quod olim græcè sic habet, ὑπὲρ μάζαν, supra mafam: in eos scilicet qui diffluerēt delitijs. Apud Lucianum quoquè ὑπὲρ μάζαν uerbum legitur, pro eo quod est, luxuriosius agere.

Mazam putant ex farina, oleo, & aqua confici solitam. Suidas etiam ex lacte: unde mox paulò nata & Mattya est: dictaquè eo nomine omnia edulia, ut scribit Athenæus.

Mazonomon, propriè lancem significabat olim Veteribus, ad ferenda obsonia in mensam.

μαζὸς, papilla, mamma.

M E

Meatus, quos communiter, & quidēm græcè uocamus πόρους. Est autem res occulta, minimeq; apparens.

Meatus seminarij, sunt ex uena & arteria simul concreti retinacula seminis.

μηκάδες, Capellæ.

Mecaphroditos, apud Aëtium herba contra uiperas commendata: fortasse id quod Diosc. uocat Aphroden, uel Spumeum

meum papauer,lib.4.cap.70.

Mecy, Anagallis ab Ægyptijs.

Mecon Aphrodis, Pelops apud Dioſcorid.lib.4.cap.179.

Meconion,à quibuſdam Tithymalus. Vide Barbari de Tithymalis Coroll.

Meconiũ differt ab Apio,ſi propriè loquaris,ſicut apd'nos ſuccus à lacte:quod & ſapor & lachryma quoq; dicitur. Succus & Meconion uocatur, qui de cocto, uel crudo papauere ut in cæteris exprimitur:lac uerò & opium,quod caule inciſo manat è papauere nigro cùm turgeſcit.Incidi iubẽt ſub capite & calice. Nec in alio genere inciditur caput. Hermol, Barbarus in Corollario Papauerum.

Mecon ῥοιάς, Papauer rhœas, hoc eſt, fluidum,aut erraticum.nam flos eius cito & facilè decidit.Latinis Papauer rubeum. Germanis à ſtrepitu,quem ludentes pueri, harum folijs, concauo pugno impoſitis, altera palma incuſſa edunt, Klapperroßen:quaſi dicas crepitulares, Glyrſchen/wyld Mân/Kornroßen. Mecon dictum Græcis,à μὴ κονεῖν, hoc eſt,nõ miniſtrando: quòd ſuis fungi munijs ueſcentes non patiatur.

Mecon ἥμερος, Papauer ſatiuũ,Magſomen/oder Mân.

Mecon κερατῖτις, Papauer corniculatum,ſeu cornutum. Teut.Geel ölmagen.A fructu ſic dictum,quem cornu modo inflexum producit.

Mediaſtinus, ſignificat ſeruum miniſterio ruſtico priuatim attributum:quod ſanè erat laborioſum. Sed quod in agricolatione ſit id officium,non ſatis liquet: niſi accipias pro eo, qui balnea curat & domum.Quidam etymon mediaſtini deducunt à medio aſtu,id eſt,ciuitate: quaſi in media ciuitate uerſetur,& mediæ urbis incola ſit.Quæ ſignificatio plane conuenit cum Horatiano carmine. Tu mediaſtinus tacita prece rura petebas.Quidam Mediaſtinũ,à medio ſtando uocari memorant.Non pauci Mediaſtinos tradunt dici uiliſsima quæq; mancipia, qui abiectiſsima quæq; officia, tàm in agro, quàm in urbe inter ſeruos peragunt, ut omnibus pareant, nullius imperium detrectantes: quaſi in medio ac propatulo ad omnium domeſticorum iuſſa præſtò ſint. De Mediaſtinis Nonius, Porphyrio, Priſcianus.Ego re ſolerter, curioſeq; perpenſa,uideo apud Columellam,Mediaſtinos propriè intelligi eos operarios, qui in ſtudio agriculationis uerſantur, quales ſunt occatores,ſarritores,runcatores, meſſores. Hoc ſignat ipſe Columella,ſcribens in Secundo: poſſe ducentorum agrum iugerum, ſubigi duobus iugis boum, totidemq; bubulcis, & ſex mediaſtinis.Nam præter bubulcos,mediaſtini ſex qui alij intelligi poſſunt,quã hi qui reliqua opera prẹter arationem in agricolatione conficiunt: ut eſt ſarrire, runcare,occare,metere,& cẹtera hoc genus:ſunt autem quaſi hi in medio aratorum,& uinitorum conſiſtentes.Colum. libro primo,cap.9.

Medica,quòd à Medis primùm aducta per bella Perſarum, nomen gentilitium obtinuit. Teut. Guldener Steynklee/Steynwycken.Dioſ.lib.2.ca.164. Medion apud eundem,lib.4.cap.21.

Medica arbor, id eſt, malus Aſſyria. Nomen eſt item herbẹ pabularis,de qua Vergilius.tunc te quoq; medica putres. Accipiunt ſulci. Columella in ſecundo inter genera pabulorum eximiam ſcribit eſſe herbam Medicam:quòd ſemel ſeratur decem annis omnibus.Columella libro.7.cap.4.

Medica herba, cùm recenter prodijt, folijs & caule Trifolio prætẽſi ſimilis eſt. Procedens uerò folia contrahit: caules edens Trifolij, in quibus ſemen lentis magnitudine dependet, quod in corniculа incuruatur. Per bella Perſarũ, quæ Darius intulit Græciæ,aducta in Italiam ſcribitur. Differt ab ea quæ Medion uocatur,& ab arbore Medica. Vide Dioſcor.lib.2.cap.164.

Mediamen, Venetorum lingua,quod

inter similaginem & furfures medium locum obtinet.

Medion herba, apud Dioscoridem libro.4.cap.21.

Medo, onis, mulsa, uel aqua & mel, Græcorum ὑδρομέλι.

Meditatio, siue consyderatio, est remissio animæ secundùm naturam ab extrarijs ad ipsum principatum.

Medius morbus. Lege, Morborum differentiæ.

Medius pulsus. Lege, Pulsuū differen.

Medulla, contenta est in ossium concauitate, pinguis, sine sensu.

Medulla. Lege, Matrix.

Medusa, Lonchitis, apud Dioscoridē lib.3.cap.182.

Medicamē ex uiperis, id est, Theriaca.

Medicamenti potiones, & Medicationes, consueuit Hippocrates propriè uocare eas, quæ cum purgantibus fiūt medicamentis. ut inquit Gale.lib.7. Aphorismorū, Aphorismo.25.& lib.2. Aphorismorum.36.

Medicamētum ex aloë, uocatur quod alij Hierā picram, alij simpliciter Picram appellant.

Medicamentum amarum, id quod alio nomine uocant Picram, uel ex Aloë.

Medicamentum id propriè dici solet, quod nostram immutat naturam. Ruel.

Medicamenta ἀρτηριακά, quæ partes pectoris in passione constitutas exercēt: à Græcis ἀμυκτικὰ appellata.

Medicamina diaphylactica, id est, præseruatiua.

Medicum Pharmacum apud Hippocratem pro pipere.

Medicamina indoloria, id est, ἀνώδυνα.

Medicari, Hippocrates sese dicere consueuit, pro uti medicamento purgante. Galen. Aphorism.22.lib.1.

μηδικὴ, Medica, id est, Helenium, uel Enula campana.

Medicinę elementa. Lege, Elementū.

Medicina abstersiua, quæ remouet ab superficie membrorū et orificijs pororū, cōagulatas & uiscosas humiditates.

Medicina apertiua, quæ non tantùm ab orificijs meatuum, sed à concauitatibus ipsorum mouet materiam ad extra intus contentam.

Medicina calida uocatur, quæ cùm passa fuerit à naturali uirtute nostri corporis calefit primo, deinde calefacit corpus nostrum. Similiter accipiendum est de frigida, sicca & humida medicina. Auic.

Medicina cōagulatiua, quæ frigore cōagulata à calore dissoluitur, & liquefit à calore dissoluta. Auicenna.

Medicina cōminuibilis, quæ diuidi potest in minimas partes à debili caussa.

Medicina dissolutiua, quæ propter excellentiam suæ caliditatis, humorem diuidit sub forma uaporis, & eius partes extrahit succeßiuè à loco in quo includitur, donec consummatur.

Medicina fortis debilis, est medicina fortis in uirtute, & operatione, et debilis in dosi. ut scammonia, turbith, & esula.

Medicina debilis fortis, quę scilicet uirtute est imbecillis, & tamē dosis eius magna est. ut cassia, & manna.

Medicina mordicatiua, est illa quæ habet qualitatem subtiliter penetrantem, causans in continuitate solutionem.

Medicina exasperatiua est, quæ membrum ipsum in superficie efficit diuersarum partium, quo ad situm.

Medicina opiata, ab opio dicitur, narcotica.

Medicina grossa, uel crassa, quæ subtili est contraria. Auicenna.

Medicina subtilis uocatur, quæ postquam passa fuerit, à naturali uirtute in corpore nostro uelociter diuiditur in intimas partes, quantùm est poßibile. sicut est crocus, & cinnamomum. Auicenna.

Medicina rationalis, quæ abditarū, & morbis carentiū caussarum noticiam cōplectitur: deinde euidentiū: post hæc etiam naturaliū actionum: nouissimè partium interiorum. Celsus lib.1.

Medicina uiscosa, quæ tolerat extensionem absque intercisione. Auicenna.

Medicinæ

Medicinæ inuentores ex iudicio Gal. Artium inuentiones, uel Deorum filijs, uel quibusdam eis propinquis, quibus Dij ipsi primũ omnes illas, arteis inquã, communicare dignati sunt, Græci ferũt acceptas. Hac igitur ratione Medicinam quoq; principem Æsculapium ab Apolline præinstitutum, hominibus tradidisse aiunt: unde eius scientiæ inuentor extitisse uidetur. Porrò ante illum ars Medica nondum hominib. fuit cognita: nisi quòd ueteres medicamentorum & herbarũ, quas apud Græcos Chiron Centaurus, & ab eo eruditi heròes nouerãt. Ad hęc, quales Aristeo, Melampodi, & Polybio ascribuntur, experimenta quędam habuere. Apud Ægyptios sanè, prę ter herbas aliam quoq; medicamentorũ rationem in usu fuisse, Homerus hunc in modum testatur. Fertilis Ægyptus, rerum medicamina partim optima mixturis, partim deterrima nutrit. Iam uerò ex cadauerũ illa incisione, quam in exequijs habere moris erat, multa etiam quę manu administrantur, apud priores medicos inuenta esse dicunt. Quædã ex casu obseruata fuisse, ueluti suffusis sanguinem mittendũ inde. quòd capra quæpiã ex suffusione malè habens, stipite acutissimo in oculũ impresso, uisum receperit. Quin & clysteris usum ab Ibi profectũ esse scribunt. Hæc enim collo, tanq; clysteris utre marina, Niliq; aqua impleto, rostri aduncitate per eam partem se perluit, qua recremẽta reddi solẽt. Scribit etiam Herodotus historiographus, quondã ęgris in cõpita expositis, illos qui ijsdẽ aliquando morbis laborarant, referre solitos, quibus unusquisq; usus sanitatem recuperauerit. Atq; hoc modo, ex multorum usu ac experimentis, rem medicam conflatam esse. Sed hæc quidèm experientia ratione uacua, nondumq; rationabilis fuit. Cęterùm, perfectam medicinã, & omnibus numeris absolutam, uerè diuinam aio, Æsculapius solus inuenit. Illam uerò quæ inter homines uersatur, huius successores Asclepiadæ, posteris ueluti hæreditario acceptã tradiderunt. Maximè Hippoc. qui omnib. facilè pręcelluit, primusq; consummatam apud Græcos medicinam in lucem protulit.

Medicina trifariã diuisa est: una uictu, altera medicamentis, tertia manu medetur. Prima auxiliorum: quæ digerẽdi, apponendi, & concoquendi facultatem habent: quæ administratio omnibus quidẽ ægrotis, sed præcipuè febrientibus in usu est. Secunda incisionibus, ustionibus, & osium restauratione homines curat. Tertia tenuibus medicamentis interiores affectus & exteriores sanat, interim eius quæ uictu morbos curat, interim illius quæ manu medetur, requirit auxilium. Lege Galenum in Isagog.

Medicina partim ars, partim coniectura, teste Erasistrato. Gal. in Introductorio, fol. 113.

Medicina inquantum, & quomodo est scientia, eodem.

Medicina, teste Hippocrate lib. de flatibus, est adiectio, uel ablatio. Adiectio quidem deficientis, ablatio superantis in hominum corporibus. Galenus in Introductorio, ut supra. Alia diffinitio. Medicina est sanitatis conseruatrix, morborũ repultrix. eodem. Sed hæc diffinitio nulla est. Alia Herophili. Medicina est scientia salubrium, & neutrorum. Gale. in Introductorio, fol. 116. Hippocrates autem in libro de arte, sic definit medicinã, hoc nomine appellans, ut sit quæ à morbis & ægritudinibus liberet affectos & laborantes grauiter: & uehementiores morborum impetus sedat, & ne malo uictu admoliamur, monet: scientes hæc omnia medicinam præstare posse. Sunt & alij non pauci, qui sic definierunt: Medicina est ars non minus sanitati iuuandæ, atq; morbis sanandis accommoda.

Medicina multum laboris ac molestiarũ exhibet professoribus suis. Illis uerò qui eius usu indigent iucunda & utilis existit. Hippocrates de flatibus à principio.

Medicinæ usus, egregius est manuum exercitator & magister. Hippo. de Flat.

Medicina maximè secundùm naturam est. eodem.

Medicinæ summæ partes sunt, speculatio & actio: præcedit autem speculatio actionem. Prius enim speculari oportet, deinde agere.

Medicinę partes siue species sunt quinque. Physiologica, Pathognomica, Diætica, Materialis, & Curatoria. Physiologica, est naturę nos gubernantis cōtemplatio. Pathognomica, est illius quod præter naturam est noticia. Diætica, est sanorum, ægrorumq́ue uictus ratio. Materialis est, quæ habet unde salus recuperatur nobis. Curatoria est, quæ in remedijs consistit.

Medicamentorum ueritatem, & naturam uariā in operando, uide tertio Temperamentorum, non procul à princ.

Medicamenta propriè dicuntur, quæ nulla substantiæ suæ mutata parte, sed tota seruata integra corpus ipsum afficiunt, cæterum grauia & naturæ animalis corrumpentia: unde & totum eorum genus deleterion & pestilens est. Vide tertio Temperament.

Medicus oculis perlustrat singula pericula, contrectat etiam nulla cum uoluptate: & ex alieno malo, proprias sibi demetit molestias. Hippo. lib. de Flatibus.

μεγαλεῖον, id est, Megalinum unguentum, apud Dioscor. lib. 1. propter gloriam sic appellatum ferunt: quòd excusserit Telinum ante se cantatissimum. Sunt qui ab inuentore sic nominent, Megalio scilicet Siculo: uel ut alijs placet, Atheniensi. In qua sententia & Aristophanes, & Pherenates, & Stratis comici Poetæ. Nec Plin. li. 13. aliud reliquit, quàm quòd propter gloriam sic sit appellatum.

μεγαλοσπλάγχνοι uocātur, apud Hippocratem. 3. regiminis acutorum, non ij solùm, quibus ex natura ipsa prælonga sunt uiscera, sed quibus ea etiam ex affectu aliquo intumuerunt, siue scirrhum, siue phlegmonem, siue edema nacti sint.

Mel, græcè μέλι, notus & gratissimus ex apibus liquor. Principem locum obtinet, quod Atticæ est regionis, præcipuè ex Hymeto: quod Poetæ quoq; ut Vergilius in Georgicis, cùm primis probāt. Mox Cycladibus insulis, & è Sicilia cognomine Simblion. De Melle plura Dioscor. lib. 2. Plin. lib. 11. cap. 14. Aristoteles lib. 5. de Animantibus, cap. 22.

Mel aqua mixtum, Mulsa, uel Melicratum.

Mel Atticum. Antiqui Mel Hybleū, quod est Siculum, & Hymetium, quod est, Atticum, præconio bonitatis extollunt. Galenus in medicamentis maximè probat Mel Atticum, tanquàm preciosissimum. Columella libro duodecimo, capite tricesimooctauo.

Mel Veterum dicitur Anthinum.

Mel Æstiuum dicitur Horreum.

Mel Acraton, mel purum atque integrum: quod neq; arescere cœpit; nec ullum passum est uitium.

Mel frugum. Sic Diocles uocat quondam Panicum legumen.

Mel harundinaceum, id est, Saccharū, quod ex harundinibus extrahitur.

Mel Heracleoticum, siue Ponticum, quod ex herba Ægolathro colligi fert: quibusdam anni temporibus, ut inquit Diosc. propria quorundam florum dote conflatur: quòd qui edēre, mente abalienantur, ac sudore dissiliunt. lib. 2.

Mel Hircanum, ex ipsis quoq; fluit arboribus sine cura mortalium, examinibus inibi sæpè cogentibus, atq; mellificantibus, ut inquit Strabo. Est ubi è petris exstillat, ut inquit Diodorus.

Mel Manicon, uel mel Męnomenon, eiusdem ferè generis cum Melle Heracleotico, uel Pontico. Sic dictum ab insania, quod à rhododendri flore contrahitur.

Mel Sardoum immodica amaritudine infame, & quia uirus quoq; habeat. Sic enim de illo produnt scriptores. Quod si ita

sita est, quomodo cũ illo conuenit, quod de eadem insula perhibent Sardinia, nullum penitus in ea animal nasci, quod perniciosum homini sit.

Mellarius, qui mellis opus exercet. Varro. Ad extrema, qua mellarij fauũ eximere possunt, opercula imponunt alueis. Est & quod ad mel pertinet. Plin. Vasa mellaria, aut fauces lauari aqua præcipiunt. Dicuntur hæc & Apiaria.

Mellatium, mustum, quam Sapam uocamus: ut ait Nonius.

Mellica, genus leguminis, sicut uulgò appellatur: quæ paniculos, siue lobos ad speciem milij producit, colore rubido.

Melliturgus, idẽ quod mellarius, qui mellaria exercet. Sic enim interpretatur Varro lib. 3. de Re Rustica.

Mellum, cotoneum malum à Veteribus dicitur.

Mellis inuentionem Plinius & Diodorus Aristęo Atheniensi, uel Archodiæ regi, ut Trogus, adsignant.

Mellicratum, aqua mellis.

Mellifauia, ea quæ græcè μελικηρίδες. de quibus uide Paulum lib. 6. cap. 36.

Mellis priuata quædam species. Lege, ἐλαιόμελι.

μήλη, instrumẽtum medicum, quo immisso per fauces, interdum hulcus exploramus.

μῆλα. Vide, Antiades.

Melabathrum, Parthenium, apud Dioscor. lib. 3. cap. 156.

Melligo, succus è lachrymis arborum, siue florum quem apes deuorant: postea in alueis euomunt, operaq; componunt. Ponit & pro quocunq; succo florescentis fructus. adhuc atq; inmaturi.

μελαγχολία, ἀπὸ τοῦ μελαγχολάω, insanio. Vocatur alio nomine, Cholera nigra. Est autem μελαγχολία affectio, quę menti nocet: fitq; sine febre, cum profunda animi tristicia, & ab charissimis sibi auersione. Caussa est in nigra bili, frigido & turbido humore. Ideoq; strepitũ omnem horret, & tristi animo est, & timet omnia: odit homines, & solitudines quærit. Qualis ab Homero fingitur Bellerophon, qui errabat per campos, suum crucians animum, frequentiam hominum deuitans. Et quoniam ex nigra bile malum id fit, ἀπὸ τῆς μελαίνης χολῆς, Melancholia dicta est. Et ex similitudine eius, in quotidiano nostro sermone, omnis tristicia animi propriè Melancholia appellatur, impropriè licet. Vaticinantur quidam etiam aliquando futura: unde & quidam Græcorum uocauerunt, ἐνθουσιαστικοῦ, καὶ ἐνθουσιάζοντες. uide, Atra bilis.

μελάγχλωρος, pallidus & niger.

μελαγχολάω, insanio, atra bile stomachor. Hinc Melancholicus, qui atra bile abundat.

Melancholia Mirachialis, ea quã Græci uocant, & qui latinius locuti sunt, Hypochondriacam. Egit de ea Galenus libro. 3. de locis affectis.

Melancholia Hypochondriaca, ea quã Arabes Mirachiam, uel Mirachialem uocant melancholiam.

Melandrya uocatur piscis, cęsis quernis assulis simillimus. Plin. lib. 9. cap. 15.

Melandrys, genus Thyñi grãdissimũ.

Melamphyllos, Acantha. Dioscor. libro. 3. cap. 18.

Melampodion, Veratrum nigrum apud Dioscor. libro. 4. cap. 152. Dictum à Melampode quodam, qui in diuinationibus ea utebatur. Vel à pastore inuentore suo.

Melampelos, Helxine. Dios. li. 4. c. 42.

Melampycnos, herba ea quæ & Myaros, & Myagros.

Melampyros, herba Myagros, apud Dioscor. lib. 4. cap. 118.

Melamirũ, piscis, à nigra cauda.

Melamorrhizon, Veratrum nigrum, apud Diosc. lib. 4. cap. 152.

μελαγχρόν, colorem illum ictericũ uocant, qui est ex infusione fellis nigri, extensi in toto corpore, cum colore totius corporis pallido & subliuido.

Melancoryphus, auis, super. 20. oua, pa

rit numero impari.

Melanion, nigra uiola.

Melanthemon, id est, Anthemis, uel Chamæmilon. Barb. in Coroll. sup oleo Melanthino, lib. 1. Cæterum Melanthion aliud est, nempè Gith, uel Nigella, si uerbum reddas uerbo.

μελάνθινον ἔλαιον, oleum de Melano, id est, ex Nigella herba.

Melanthium, id est, Git, apud Dioscorid. li. 3. ca. 92. Schwartzer Coriander/ schwartzer Kümich, à seminis nigredi-(ne.

Melanthus filias Prœti regis Argiuorum, ab insania fabulatur curasse. Quanquàm hunc non Melanthum, sed Melampodem nominat Galenus in commentario de atra bile. Fabula est apud Vergilium Ecloga. 6.

Melanteria, ex nomine quidē ipso atramentum significat. Vulgò atramentum metallicum. Vide Diosc. lib. 5. cap. 109.

Meles miræ astutiæ animal, quod distentu corporis, omnes morsus & canū & hominum arcet. Plin. lib. 8. cap. 38. mustellarum generis Æliano.

Melia terra. Vide Diosc. lib. 5. cap. 171.

Meliboides lapis est apud Dioscoridē libro. 5. cap. 89.

Melicæ gallinæ, quod in Media id genus auium corpore amplissimo fiat, l, litera pro d, substituto.

Melicum. M. Varro. Ad hanc rem electis maximis gallinis, nec continuò his quas melicas appellant falsò, quod antiqui, ut thetin thelin dicebant, sic medicā melicam uocant: hæ primò dicebantur, quia ex Media propter magnitudinē erant illatæ, quæque ex his generatæ postea propter similitudinem. Columel. lib. 8. cap. 2.

μελικηρίδα, hulceris genus, quod à faui similitudine nominat: habetque species aliquot, de quibus Celsus plura lib. 5. ca. 28. Plin. lib. 9. cap. 38. Animal auibus inimicum. Varronis interpres contendit esse Fouinum, aut Maturellum.

μελικηρὶς, idem quod fauus: nisi quòd in toto corpore fieri potest, & sua tunica clauditur, atque inuoluta est, tenuior quā est humor expressus.

μελικηρίδα, capitis hulcus & tuberculum. Celsus esse ait lib. 6. cap. 7.

μελίχρα, colorem citrinum, uel mellis habentia.

Melicratum, mulsa aqua. Diosc. lib. 5.

Meliceria. Lege, Sanguis.

Melilotos, Sertula Campana, apud Dioscor. libro. 3. cap. 46. Teut. Steynklee/ Matteklee/ Katzenklee/ Vogels wicken. Fuchs. Unser frawē schühlin/ oder wylder klee. Alterū, welscher Steynklee uocat.

Melilotus, arbor apud Strabon. lib. 17. Item apud Mauritanos arbor est nomine Melilotos, ex qua uinum conficiunt.

Melimela dicuntur à sapore melleo, græcè μελιμῆλα. Eadem & à celeritate mitescēdi Mustea, ut inquit Varro. Mustea sanè uocabant ueteres, quę nos Precocia. Vnde Cotonea quoque certo in genere Mustea dicta. Item pirum quod recens est, mustum & musteum dici solet. Athenis Melimela nominabantur, malo in syluestrem pirum Cydonium ue insito, ut scribit Diophanes.

Melimela, per simplex l, ubique sunt poma mustea, à μέλι, id est, mel, & μῆλον, malum, quod mellis saporem habeat. Vide, Mustea.

Melimelis, nomen est liquoris, composito uocabulo ex malis, hoc est, Cydonijs & melle. Colum. lib. 12. cap. 45.

Meline, & Melinos, id est, Panicum. Lege, Panicum.

Melinon, idem quod Melissophyllon, apud Dioscor. lib. 3. cap. 117.

μήλινον ἔλαιον, oleum melinum, ex cotoneis malis unguenti confectione.

Melinus color, in floribus luteum significat. Id ex Dioscoride ac Plin. euidentissimum est.

Melion aqueum, Satyrium Erithronion, apud Dioscor. lib. 3. csp. 145.

Meliphyllon, id est, Millefoliū, apud Dioscor. lib. 4. cap. 116.

μελιτηκιῶ, placentia ex melle concreta & fermentata.

μέλισσαι, apes.

Melissophyllon, ab melle sic appellata herba, & quia ea plurimũ apes delectantur. Egit de ea Dioscor. lib. 3. cap. 117. Plinius lib. 11. cap. 20. lib. 20. cap. 11. Mütterkraut/Hertzkraut/Frawẽkraut/Ymmenblatt/Pfaffenkraut.

Melissophyllon agreste, quarta species est Vrticarum. Teut. Berggespert/ die grosszen Waldnesselen.

Melissones. Græci μελίσσας uocant apes. Vnde Melissones dicuntur apiaria, quæ Mellaria quoq; nominant, loca uidelicet, in quibus siti sint aluei apum. Loca quibus pascuntur anseres, græca uoce nuncupant Chenotrophia. Nam χὴν dicitur anser. Leporaria, dicuntur loca, quibus uidelicet lepores inclusi pascuntur. Quanq; M. Varro Leporaria intelligi uelit omnia septa ædificia uillæ, quæ habent inclusa omnis generis animalia quæ pascũtur. In Leporario, inquit, apri fuerunt multi. Scipio, qui purissime locutus est, Boboraria appellat uiuaria ferarum, à roboreis tabulis quibus sepiri solent. Columel. lib. 8. cap. 1.

Melissi Medici meminit Hipp. lib. de natura humana, & item Cælius Aurel.

Melitei canes, ex Melite insula, admodum parui, in delitijs domi educantur.

Melithęna, Melissophyllon, uel Apiarium apud Dioscor. lib. 3. cap. 117.

Melithęum, Apiastrum, apud Diosc. lib. 3. cap. 117.

Melitites, per omnia Galactitæ similis lapis: sic dictus, quia succum tonsus, melleum emittit. Dioscor. lib. 5. cap. 142.

μελιτώδης σοσάστως, mellis crassitudo.

μελίτωμα, cõfectio ex melle, uel (dolres mellita. Sic Homerus nominat. Nos barbarè, Conserua.

μελιτῶναι, apiaria, ubi apes nutriũtur.

Melitites, edulci genere est uinum, ut Plin. existimat lib. 14. cap. 9. Diosc. lib. 5.

μελιζόντα, luteola.

Mellificijs, melli conficiendo, operiq; mellifico. Colum. lib. 9. cap. 13.

Melligeta, Cardamomi generis. Vide Barbar. Coroll. Cardamomum.

Melligo. Vide, ἀκρομέλι.

Mellitismus, linctura ex melle: uel id quod græcè Eclegma.

Mellum quid sit in Plinio, non satis cõstat: nisi fortè Mel, non Mellum legendum est.

Melocarpos, Aristolochia longa. Dioscor. lib. 3. cap. 5.

μηλόμελι, quod & Cydonomeli nominant, describitur ab Dioscoride libro. 5. capite. 22.

Melon, malum uitium oculi, ac propto seos species quarta, græcè μῆλον.

Melopepones, in Campania primũ reperti, effigie mali Cotonei, à quo & nomen fortuito natum ibi: mox ex eo semine genus factum. Non pendent hi, sed rotundantur humi, figura & odore pręstantissimi, ubi maturauere.

μηλῶσαι, instrumentum, quod μήλη uocant, tentare & contrectare incerta.

Melosmos, Polium montanum, apud Dioscor. lib. 3. cap. 122.

Melothron, Vitis alba, apud Dioscor. lib. 4. cap. 194.

μηλωτίς, auricularium specillum.

μιμάκυλον. Lege, Vnedonem.

Memnoides aues. Plin. lib. 10. cap. 26.

Memoria, est retentio, & quasi possessio, atq; conseruatio eorum, quæ anima nostra percæpit. Aut, Memoria est comprehensio eorum quæ præterierũt, quorum adhuc aliquid præsens sensu detinetur. Galen. de Definit.

Memoriam amisit Messala, ictu lapidis. Solinus cap. 7.

Memoria ualuerunt L. Scipio, Cyneas, Cyrus, Mythridates, ex Ponto Methrodorus. Solinus lib. 7.

Memoria facilè intercipitur. Ibidem.

Memoria aliquãdo fit ex arte. Ibidem.

Memoriam metus perimit. Ibidem.

Memphitis, lapis iuxta Memphim in

Ægypto

Ægypto inuenitur,calculorum magnitudine uersicolor.Diosc.lib.5.cap.149.

Mena,piscis marinus.Plin.lib.9.ca.26.

Menalurnæ.Lege,Saxatiles.

Menas,Chirurgus,citatur ab Aëtio libro.10.cap.5.

Mendenum.Lege,μενδήσιον.

μενδήσιον,unguentum sic dictum à loco,ubi Mendes,id est,caper colitur.ut placet Barbaro.Colunt enim in quadā Ægypti parte Mendesion,id est,caprū, Ægyptij.Veteribus inter laudatissima fuit,& post Deliacum,in Ægypto prælatum.Celebratur & Mendesiū uinum ex Ægypto:item & Mendenū ex Thracia,contra renum uitia Hippocrati.

Mendesium uinum.Lege,μενδήσιον.

Menecrates Syracusanus natione.Nullam dicitur accipere mercedem solitus medendo.Curabat autem in primis sacrum morbum:tantùm hac mercede cōtentus,ut liberat,se eius seruos faterentur.Se uerò Iouem appellabat.Scripsit libros naturalium quæstionum,ut indicat Theophrastus libro.1.Plant.capite 26.Alter quoq; Menecrates comicus fuit.Suidas autor.

Menianthes,Trifolium,apud Diosc.lib.3.cap.122.

Menion,Pæonia,apud Dioscor.libro 3.cap.158.

μαινίς,piscis genus.

Menodotus,nō contemnendus Medicus,ætate Serapionis.Gal.in Method.

Menocrates Zeophlatensis Medicus, citatur ab Aureliano.

Mensa,ossis scapulæ lata pars.

Mensis cuiuslibet flos,herba Calendula:sic dicta,quia perpetuò floreat.

Menses,Menstrua,idem.

Menstrua contingunt mulieri,ut sanitatem tueatur.Galenus in Definit.

Menstrui nocumenta,uide apud Solinum cap.9.

Mensura humanorum corporum apud Solinum cap.5.

Mentha,Teut.Müntz,id quod Dioscor.uocat Hedyosmon satiuum:de quò uide lib.3.cap.39.Theophr.lib.7.cap.7. Plin.lib.19.cap.8.& lib.20.cap.14.Et de Plantarum caussis,Theophr.lib.2.cap.5.Solo nomine à Græcis commendatur: nec quisquam est,qui eo audito,suauitatem odoris,in notissima omnibus herba, non amet.

Mentharum domesticarum tria genera.Sisymbrium.Rot Müntz.Domestica,satiua,nobilior,Hedyosmos,Krauß Müntz.& Balsamita,Spitz Müntz. Agrestium item tria genera.Sisymbriū agreste,Fischmüntz.Menthastrū,bachmüntz/Roßmüntz/Katzenbalsam. et Nepeta,seu Scordion syluestre,wyld spitz Müntz.Trago.

Mentham,siue uti pronunciāt Græci, & scribūt μίνθαν,tradit Oppianus interpres,ἁλιευτικῶν tertio,à Mintha,quæ Nympha fuerit,appellatam uideri.Duas uerò esse species:syluestrem,& quam uocant Hedyosmon.Cocyti uerò filiam tradit fuisse Mintham:quæ ubi inaudisset amari à Plutone Proserpinam,indignata eo nomine,constanter illi se opponere ausa est:dictitans,si inferos peteret, inimiciter infestaturam.Quo puellæ tumore cōmotior Ceres,Persephones mater,Mintham exculcans,ὡς τὴν κακὴν βοτάνην ταύτην,id est,malam deformauit herbam huiusmodi.

Mentham dici putāt,quòd odore mentem excitet:uel,quòd grato odore mensas percurrat.Plinius.

Mentagra,à quibusdam asseritur,morbus esse Gallicus:sed quam rectè,nō est huius loci.Attigit de hac doctissimus uir Manardus de Ferraria nonnihil in libro Epist.7.Leonardus Fuchsius libro de erroribus Medicorum.Nōnulla Nicolaus Leonicenus.Item Plin.lib.26.capite primo,de Lichenis agendo.

Menthastrū,syluestris Mentha,hirsutiore folio,& prorsus amariore,quàm Sisymbrij,grauiore odore.Vide Dioscor. libr.3.cap.40.Teutonicè,Bachmüntz/Katzen

Katzen Balsam/Rossßmüntz.

Mentigo. Videtur in agnis & hædis Mentigo id fermè malum esse, quod in hominibus Mentagram appellant. Vtriusq; uocabuli etymon à mento est: quoniam ab ea parte ferè oriebatur, fœdisq; hulceribus mētum, os, labra, obsidebat. Columella lib. 7. cap. 5.

Menynges, sunt membranulæ quædā neruosæ, & arterijs similes, totumq; cerebrum continentes. Galen. in Definit.

μῆον, producta priore syllaba, nō diphthongo, sed uocali longa, ex Gal. latinè Meon, ab Officinis Meu. Pandectæ interpretantur pro radice, quam nos uocamus Teuton. Meysterwurtz: quam uere non uideo. Nihil enim conuenit figura eius herbæ, cum ea descriptione, quæ est apud Dioscor. Vide Barb. apud Diosc. li. 1. Cordus scribit Biberwurtz dici.

Mercurialis, Linozostis, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 201. German. Bingelkraut/Scheissßkraut/Scheissßmylt/Hundtsmylt/Speckmaltē/Scheissßmelden/Kůhwurtz/Hundskôl/oder Hundtskraut.

Mercurij genitura, Buphthalmos, apud Dioscor. lib. 3. cap. 157.

Merdasengi, Rinßgeel.

Mergus, genus est propagationis, ubi scilicet uitis iuxta suum adminiculū curuatur atq; perducitur ad palum uacantem: à mergendo dictus. Instar enim arcus curuatura fit in mergo, & ex arcu euocatur materia, quę protinus applicata suo pedamento ad iugum trahitur. Vitis celerrimè prouenit propagata mergis, qui Columellæ maximè probatur. Columella lib. 4. cap. 2. Item,

Mergi uident esse ferramenta idonea metendis frugibus: quæ à Plinio Mergites appellantur, sic scribente. Stipulæ alibi medię falce pręciduntur, atq; inter duos Mergites spica distringitur. Notū est illud Maronianum: Aut fœtu pecorū, aut cerealis mergite culmi. Exponunt Grammatici, Mergites dici manipulos spicarum: quo intellectu an apud Col. etiam apud Plin. Mergi, Mergitesq; accipi possint, æstiment eruditi. Aliàs Mergus dicitur in uinea, ut proximè supra. De quo Palladius hæc. Mergum dicimus, quod es uelut arcus super terram relinquitur, alia parte uitis in fossa. Mergi post biennium reciduntur in ea parte, quæ supra est, & in loco iustas uites relinquunt. Columella lib. 2. cap. 21.

Mergine, Smilax, apud Dioscor. libro 4. cap. 145.

Mergum, αἴθυιαν uocant Græci, Pöetę δύπτην. Alioqui nihil aliud est, uerbum ex uerbo, Mergus. Pöetę etiam Pœgas, & Bungas uocant eos aues. Teutonicè, Duchfogel.

Meris, Tripolium, Diosc. lib. 4. ca. 136.

μήρος, femur.

Merula, apud Arcades, circa Cillenē est candidissima. Solin. cap. 12. Vide Pliniū lib. 10. cap. 24. de Merulis. Amßel.

Merulæ. Lege, Saxatiles.

Merus, à Græcis dicta tota coxa, quæ ad genu portendit. Vnde ex coxarū pulchritudine Callimerus.

Mesarchon, medium intestinum.

Mesaricæ uenæ uocantur, quas Barb. alias uocat Messeraicas.

μεσέντερον, uel Mesenterinon, dicitur, quo lactes inuoluuntur, ne contactu spinæ lædantur. Pollux autem sic. Mesenterion pellicula est ex uenarum, neruorumq; complexu, renibus ac uentri proxima, alimentum in hepar emittens. Macrobius Mesenterion pro intestino accipit: ita distribuens. Intestina principalia tria. Vnum Dissipium uocatur, quod uentrem ac cętera intestina secernit. Alterum Medium, quod Gręci μεσέντερον dicunt. Tertium, quod ueteres Hiram uocauerunt. Quanquàm uidetur Hermolaus Barbarus refragari. Sic dictum uerò est, quod in medio est intestinorum collocatū: Latinè uerò & propius, Medianum rectè dixeris.

Mesomerium, quod coxas interiacet. μεσόμφαλος.

μεσόυφαλος,umbilici medium. Aliâs, Meſomphalium.

μεσόφρυον,medium ſuperciliorum, ſecundùm Pollucem.

μεσόσκελος,medius inter crura locus, qui uocantur σκέλη.

Meſue uixit anno, ut ſupputat Volaterranus.160. Euangeliſtam hunc ſuum & principem faciunt, qui barbaricæ medicinæ ſe manciparunt.

μέση ὕλη,media materia. Sic ſucci facilioris cibum,id eſt, mediæ materiæ, uocat Cœlius Aurelianus lib.1.

Meſocranion,uertex capitis.

Meſpilus,ſpinoſa arbor eſt, folio acutę ſpinæ, ut inquit Dioſcorides: fertq; pomum ſuaue,exiguum, tribus intus oſsiculis. Faciunt eius aliquot genera Plinius & Theophraſtus. Inter quæ eſt & Setanum,quod in Italia naſcitur. Arbor folijs mali, ſed minoribus:pomum fert rotundum,eſui aptum,ima parte latius. Cętera de Meſpilis lege apud Dioſcor. lib. 1. Plin. lib.15.cap.20.lib.23. cap. 7. Theophraſt.lib.3.cap.12.

Meta, dicitur congeries, uel ſtrues in acutũ tendens, quæ græcè πυραμὶς dici (tur.

μετακάρπιον,expanſa eſt ante digitos pars.

Metaphrenum, uocant partem ab collo adcinctũ protenſam:aut uerius, quod à tergo præcordijs obiectum eſt.

Metaporopæeſis,id eſt,exiguorum ſtatus mutatio. Theſſalicæ ſectæ terminus atq; uocabulum. de quo uide Galenum 4. Method.

Metaſyncriticum, ſmigma, quod ex profundo humores euocat, ac transfert.

Metenchytas,Galen. uocat in.5. Method.inſtrumenta, per quæ in uterũ inijcimus medicamina,ad ſanguinem ſiſtendum,uel uterinos Clyſteres.

μετώπιον,ab aliquibus uocatur oleum amygdalinum. Vocatur & μετώπιον, patrio nomine Ægyptiacum quoddam unguentum, propter Galbani mixtionem. Nam lignum in quo Galbanũ naſcitur, Metopion quoq; uocatur. Deſcribit hoc unguentum Dioſcor.libr.1.cap. 70.lib.3.cap.96.

Metopion, Ammoniaci arbor.

μέτωπον,frons.

Metopſon,idem quod Metopium.

μετόσκοποι,ex fronte coniectores.

Metra. Lege,ἐχῖνος θαλάττιος.

μήτρα.uulua,matrix.

Methrion,Laurus Alexandrina, apud Dioſcor.lib.4.cap.148.

Metus extinguit memoriã. Solin.c.7.

Metus extorſit uocẽ filio Crœſi muto.

Metus,incitamentum uocis.

Metachoeron, uitiatus in utero partus ſuillus,apud Ariſtotelem.

Metallicum atramentum, Dioſcoridi Melanteria,quam Latini pariter ac Gręci ſic uocant.

Methodici dicti ſunt, à Methodo, qui rationem artis per compendia ſequunt, ut inquit Galen.lib.3.Therapeut. Vocauerunt ſe hoc nomine quondam Theſſalij. Galen. contra ἀμεθοδωτάτους,id eſt, maximè omnium ἀμεθόδους,hoc eſt,à uia & ratione diſcendi alienißimos. Meminit & Plinius lib.29.

Metys. Lege,Propolis.

M I

Micon,medicus,ſcripſit ῥιζοτομούμενα.

μικροτράχηλοι,id eſt,breui colles.

μικρόστομος, paruo ore exiſtens. Hac parte etiam quæ carent,dicunt inora: ſicut inauria,quæ auribus.

Microſpheron, Spicæ ſpecies minima.

μικρότριχοι,paucis capillis tecti.

Mictionem citat Nicandri interpres in Theriacis,herbarium Medicum.

Midæ,uermiculi fabas arrodentes.

μῖγμα, mixtura eſt, quo modo myropolæ ex ſimplicibus cöalitiones faciunt. ἀπὸ τοῦ μίγνυμι,id eſt,miſceo.

Milacoſtraca,quæ molli teſta integuntur.ueluti marinæ locuſtæ,& gammari, & cancri. Cutem enim habent ſiccam,reliquam uniuerſam temperiẽ humidam.

Milax, Volucrum,apud Dioſcor. lib. 4.cap.15.

4.cap.15.

Milesia herba, citatur ab Aëtio sermone.13.cap.123.sed mihi planè ignota.

Miletus, Medicus.

Millefolium, Parthenium, apud Dioscor.lib.3.cap.156.

Millefolia, Myriophyllon, apud Diosco.li.4.ca.116.Teut. Genßerich. Trag.

Millefolium, Achillea, apud Dioscor. lib.4.cap.39.

Millepedæ, ὄνοι dictæ Græcis.

Millepeda. Vide, κορνέαρός.

Miliarium, nomen est uasis, quo ut ostendit Cato, utebantur in trapeto. Palladius docet altum & angustum formari solitum: qui hoc idem memorans quod Columella, sic refert: Vas æneum miliario simile, id est, altum & angustum, uespere intus cum lucerna collocemus, & in fundo eius ponamus lumen accēsum: illic papiliones conuenient, & circa lumen uolitabunt, & angustia uasculi, ab igne proximo in terram cogentur. Colu mel.lib.9.cap.14.

Miliaris, serpens, Cenchrites dictus apud Aëtium sermone.13.cap.27. Lege, Aconcia.

Militaris, Coniza, apud Dioscoridem lib.3.cap.135.

Militaris Achillea, apud Dioscoridem lib.4.cap.39.

Milium, inflammatio, ac paruæ pustulæ per summam cutem erumpentes, in modum milij: de cuius causa lege Galenum ad Glauconem lib.2.

Milium solis, Diosc. Lithospermon.

Milium, græcè κέγχρος, notum. Egit de eo Dioscor.lib.2.cap.107. A milliaria summa deriuatum, paruis racematū paniculis. Teut. Hyrß.

Milos, Smilax, siue Taxus, apud Dioscor.lib.4.cap.83.

μίλφωσις, ubi ex palpebris defluūt pili.

μίλτος τεκτονική, Rubrica fabrilis. de qua uide Dioscor.lib.5.cap.103.

Miluus, rapacissimus auium, cadauerumq; insectator. Eorum uenationem primus demonstrauit Alphonsus Rex Neopolitanus, commissa in aëre magno rum accipitrum, tùm falconum cum eis pugna. Multo autem plura uide de Miluis apud Ælianum.

Milui, ex accipitrum genere, magnitudine differunt. Plin.lib.10.cap.10.

Miluus, piscis. Plin.lib.9.cap.17.

Minæum thus, à pago Minæo sic dictum, ubi optimum prouenit in Arabia. Plinius lib.12.cap.4.

Miniatula cera notare, id est, rubea cera signare.

Minij gleba, id est, Lemnia terra. sic enim Celsus uocat. De qua uide Dioscor. lib.5.cap.104.

Minium Sinopicū quid sit, uide apud Dioscoridem lib.5.cap.102.

Minium, Menig/Bergzynober.

Minimè periculosus morbus. Lege, Morborum differentias.

μύνιγξ, membrana cerebrū custodiēs. Galenus de locis affectis lib.1.cap.1.

Minos, Mandragora, apud Dioscor. libro.4.cap.79.

Mintha, idem quod Mentha, apud Dioscor.lib.3.cap.39.

Mintha ex aduerso dicta. Nam Græci μίνθον, stercus humanum appellant, cui contrarium omnino redolet odorem.

Mintha, Rubus. Diosc.lib.4.ca.147.

Minthes, id est, Mētha, apud Theoph.

Minthon, flos qui in sterquilinijs nascitur, quo maiorem in modum afficiuntur hirci. Apud quosdam inuenias capra rum retrimenta dici Minthon.

μισητία, rei Venereæ intemperies, & portentosa lasciuia, adeoq; insatiabilis.

Mithridatem quis dubitet, præter tam multifariam eruditionem, & iàm multarum linguarum peritiam, etiam medicū fuisse? Primus enim ille Antidoti genera inuenit: ex quibus etiam nunc nomen retinet unum. Illius quoq; inuētum est: quòd sanguis annatum Ponticarum antidotis miscetur, quoniā ueneno uiuunt. Meminerunt huius passim & historiæ,

u & Plinius

& Plinius libro.25.cap.1.

Mithridanion, Scordium, apud Dioscor.lib.3.cap.123.

Mithridaciũ,id quod aliâs Mithridatũ.

Miua, fit ex succis stomachũ confortantibus, pirorũ scilicet, uel citoniorum.

Mixtura, semper fit ex rebus iam confectis in propria forma.

M N

Mnaseas Medicus, citatur ab Cœlio Aureliano serm.49.

μνήμης ἀπώλεια, memoriæ perditio: quod ipsum frequenter accidit catochicis, & lethargicis. Vide Plin. lib. 7. qui hoc malo laborauit: & Vale.Max. lib.1. de eo, qui sui proprij nominis oblitus est.

μνησίθεος, id est, Iuniperus parua.

Mnesithæus Atheniensis, uir in omnibus, ut inquit Galenus, quæ ad artem Medicam spectant, sufficienter doctus. Scripsit librũ, qua uia & ratione medendi scientiam oporteat exercere. Galenus de arte curatiua ad Glauconem lib.1.

μισοφάρμακοι, qui detrectant atque abhorrent accipere pharmaca.

Mnesithium, Buphthalmus, apud Dioscoridem lib.3.cap.157.

M O

Mochmutim, Ægyptiorũ lingua syluestris Portulaca.

Mogilali, μογίλαλοι, qui difficulter & male pronunciant.

Molas Pausanias uocat esse genu.

Molas etiam putant dictas, ubi mulier non ex uiro, sed ex semetipsa concipit: ideò non animatur Mola, sed uitam habet eam, quæ & arboribus contingit. Plinius libro.10.cap.64. Wasserkalb.

Molæ trusatiles, alio nomine, Manuariæ: quòd manibus trudantur.

Molibditis, harena ex qua gignitur Lithargyrium. Vide Dioscoridem libr. quinto, cap.93.

Molibdoides, lapis à plumbi similitudine dictus, apud Diosc.lib.5.cap.89.

Molita, mola cõtusa. Media correpta pronunciatur Molitũ. Colum.lib.6.c.9.

Molle uocatur, quod in sese non obluctando refugit. Aristot.lib.4.Meteo.

Mollificabilia sunt, quæcunque concreta, non ex aqua constant, ut glacies (omnis enim glacies aquæ est) sed quæcunque ad terram potius spectant: & nec eorum humor uniuersus exiccatus est, perinde ut in sale: nec inæquabiliter, ut in fictili sese habet Aristot.lib.4.Meteor.

Molluscam [illegible]ucem, sunt qui Persicam interpretati sunt falsò. De quo aliâs.

Moloche, Græcis Malua hortensis, Ern/Herbst/ oder Wynter Roßen/ Bappelen. Diosc.lib.2.cap.131. Ad idẽ caput subscribe Maluam minorem. Teuton. Keßbappelen/Haßen/oder genß pappelen. Maiorem item, Teut. Roſſz Pappelen. Trago.

Molorticulum Veneris, Satyriũ Erythronium, apud Diosc.lib.3.cap.145.

Molossi canes ex Epiro ueniebant. Dicuntur prognaci ex cane, quem Vulcanus (ut est in fabulis) fabricauit, et animã inspirauit, donoque dedit Ioui: ille Europæ, illa Minoi, Minos Procridi, hæc & Cæphalo uenatori.

Moluris, locusta quæ frumenta depopulatur. Teut. Kornwybel.

Moly, aliqui syluestre Leucoion appellant. Describitur ab Dioscoride lib.3.capite.52. Et inibi de Moly Homerico in Barb. Commentario, & M. Vergilij.

Moly, Eryngion, apud Dioscoridem lib.3.cap.23.

Moly. Solanum somniferũ, apud Dioscor.lib.4.cap.76.

Molybdena, id est, Plumbago, quam & Galenam uocamus, communis est plumbi & argenti uena. Vide Dioscor. lib.5.cap.91. Plin.lib.33.&.34.&.35.cap.11. Hanc (ut inquit Georgius Agricola) Arabes uidentur ignorasse, uel eandem Lithargyrũ putasse. Nec Serapion meminit aliter: quæ ex Diosc. uidetur mutuasse, quod confricturæ plumbi additur.

Molyza, allij ipsius coma sola cũ capi-

Momisiam, uocant molariũ par- (te.

tem quæ

tem, quæ adsidet gingiuæ. Superiore uerò, qua conficiuntur cibi, τραπέζαν, id est, mensam.

Monocampti, pedum digiti omnes, id est, flexus unius.

Monoceros, asperrima fera, reliquo corpore equo similis, capite ceruo, pedibus elephanto, cauda apro, mugitu graui, uno cornu nigro, media fronte cubitorum duûm eminēte. Hanc feram uiuam negant capi. Plin. lib. 8. cap. 21.

Monoclonos, Artemisia, apud Diosc. lib. 3. cap. 125.

Monocondyli, sic digiti appellantur nonnunquàm.

Monogenion, Pæonia, apud Dioscor. lib. 3. cap. 158.

μονοπαγία, ἀπὸ τοῦ μόνος, καὶ παγιόω, id est, confirmo. Est enim confirmatus capitis dolor, idq; adeò ex cholera rubea confirmata, & sanguine commixta.

Monstrum, à monstrando, partus est contra naturam.

Monops, in Mœonia cernitur magnitudine tauri: qui fugiēs, igneum quiddā & acutū exscreat, in quod uenatores incidentes, tabem contrahunt. Ælianus.

Monstra pedes decē habuerunt in longitudine Pusio, & Secūdilla. Solin. ca. 7.

Mora Baticana, apud Diosc. Rubus, lib. 4. cap. 4.

Morbus dicitur constitutio quædā præter naturam, à quo actio primò uitiatur. Galen. lib. 1. de differentijs Symp.

Morbus est mutatio corporis à dispositione & statu naturali, in eum qui præter naturam est. Vel, Morbus est intemperies primarum qualitatum, in qua exuperat uel calidum, uel frigidum, uel humidum, uel siccum.

Morborum quidam sunt Cōtinui, quidam Deficientes, quidam Longi, quidā Acuti, quidam uerò Peracuti. Deficientes quidèm sunt, ut febris quotidiana, tertiana, quartana, quintana, &c. Continui autem, ut semitertiana, & à Græcis dicta τυφώδης ardens. Acuti sunt, ut phrenitis, lethargus, pleuritis, peripneumonia. Longi, ut morbus comitialis, articularis, nephritis. Peracuti, ut synanche, cynanche, apoplexia. Cæterum Morborū quidam sunt acuti, & continui: ut febres ardentes, phrenitis, pleuritides. Quidam acuti, & non continui. Quidam autem neq; acuti, neq; continui: ut morbi longi. Galen. in Definition.

Morborum differentias Hippocrates nouē esse tradidit. Quæ sunt acutus, peracutus, malignus, longus, medius, perniciosus, mitis, periculosus, & minimè periculosus. Peracutus morbus, est ui & phantasia maior ac difficilior acuto, qui septimo die ut plurimum ad iudicationē peruenit. Malignus, est ui quidèm maximus & difficilis, imaginatione autem imbecillis, certum iudicationis tempus nō habens. Longus est, qui in deterius atq; melius iudicatur: mensibus, annis, uel etiam cum hominis morte finitur. Medius morbus, qui est inter longum & acutum, utriusq; sanè particeps, iudicaturq; die sexagesimo, & octuagesimo. Perniciosus, siue lœtalis, qui semper ad deterius uergit. Mitis, qui nequaquàm hominem tollit. Periculosus, qui ad salutem & perniciem ex æquo tendit. Dicitur & Anceps morbus, minimè scilicet periculosus, qui semper salutem futuram prænunciat, quantum in eo est: id habet cum Miti commune. Magnus quidèm secundū imaginationem morbus est, ut in carnosis partibus uulnus. Morbus affectu magnus, ut nerui, aut musculi punctura, aspectu quidèm parua apparens, cæterum uirtute magna. Galen. in Defin.

Morbi Hebdomadarij, qui intra septē dies crisim suam faciunt: ab Arabibus Peracuti.

Morbi Menstrui, qui infra mensem, ut. 14. die uel. 20. uel. 28. finiuntur.

Morbi Annui, qui añno integro durāt.

Morbus, uel actionis, uel constitutionis uitium. Galen. de differen. morb. lib. 1. Vel Morbus, à iusto modo declinatio, uel con-

uel constitutio præter naturam, uel uitiatæ fruitionis caussa. eo.

Morborum omniũ modus & caussa eadem. Hippoc. de flatib. In morbis ipsis, locus ipse differentiam facit. Eodem.

Morbi omnes ex aëre caussantur.

Morborũ multorũ caussas, lege ibidẽ.

Morbus acutus uocatur, ubi sine intermissione accessiones & dolores urgẽt.

Morbus longus, ubi lenti dolores, & spacia inter accessiones porriguntur.

Morborum exteriorũ & interiorũ nomenclaturã scripserunt Galen. lib. diffinit. Raphäel Volaterranus, & Ioannes Manardus Epistolar. lib. 7. epistol. 2.

Morbi qui uno tempore fiunt, si perniciosi fuerint, græci Pestem appellant: si uerò mitiores, altera quadam appellatione ἐπιδημικός, uel ἐπιδημιοῦς uocant. ἐπάδημος est morbus, qui tempore anni aliquo, aut in regione aliqua grassatur. Pestis uerò, epidimia perniciosa. Est autem et aliud morbi genus commune multis, quod in regione superuenit, Endemumq́ue, uel Endemium uocatum: quasi patrium dixeris, aut uernaculum. His autẽ omnibus aduersantur σποράδες, id est, qui sparsim, priuatimque comprehendunt ęgros, discerpanter fatigantes, necq́ue secundùm communem modum cõstantes. Galen. comment. in Hippocratẽ lib. 1. de ratione uictus in acutis.

Morbi uulgares sunt, qui secundùm quædam tempora, eodem in loco, plurimos mortalium inuadunt.

Morbus farciminosus, equorum uocatur, si quando in lateribus & coxis, & in uerendis quoq́ue partibus, & præcipuè in iuncturis membrorum, uel in toto corpore collectiones inflantur: rursumque his ueluti sedatis, alia renascuntur: cibũ, potumq́ue recipiunt; macrescunt tamen: quia digestio eis plena non prouenit.

Morbus inflatiuus & præcordialis, nõ admodum absimilis passioni melancholiæ, de quo uide Aëtium serm. 9. cap. 16. atq́ue inibi eius curationem.

Morbus τρεπτικός, id est, conuersiuus, qui ex acuto in χρονικόν conuertitur.

Morbi acuti emergunt quidèm in nobis aut ratione subtilitatis humorum, ut cholerica febris. Vel calidiiatis gratia, ueluti plurib. in sanguineis. Aut ob humorum copiam, ut in conuulsione. Aut ratione loci, ut in angina. Propter maliciam, ut in Pestilentia. In contrarijs morbi obrusi nascuntur.

Morbus immaterialis uocatur, ubi calor, uel frigus tantùm increuit, non quidèm humoris caussa. ut in diaria febre, quæ & Ephemera appellatur.

Morbus materialis, id est, qui ex humoribus resultat.

Morbi in numero uocanẽ, scilicet monstrosi. ut sextus digitus, lapis in uesica, struma, gibbus, & id genus reliqua.

Morbi Diarij, qui intra diei spaciũ desinunt, ut angina, & neruorum resolutiones: uulgò Perperacuti.

Morbus κακοήθης, id est, maliciosus, morosusq́ue.

Morbus εὔτρεπτος, id est, qui facilè ad bonum uergit.

Morbus πέπειρος, id est, ad maturitatem perductus.

Morbus εὐήθης, id est, benignus, bonæq́ue spei.

Morbosæ dispositiones corporũ, ex cõtrarijs temperaturæ partibus prodeunt; quemadmodũ optimę temperantiæ constituunẽ ex symmetria instrumentariarũ partium, & bona temperie similarium.

Morbi arborum quibus appellentur nominibus, require ex Theophrasto de historia plantarum, lib. 4. cap. 16. 17.

Morbus attonitus, sideratio, apoplexia, hemiplexia, idem. uide Paulum lib. tertio, cap. 18.

Morbi breues, qui cito uel tollunt hominem, uel ipsi cito finiuntur. Longi uerò morbi, sub quibus necq́ue sanitas in propinquo, nec exitium est.

Morbi hæreditarij uulgò uocantur, podagra, lepra, comicialis, calculus. &c.

Nam

Nam illi interdum ex spermate parentum, aut menstruis contrahuntur. & hi ut plurimùm sunt inmedicabiles.

Morbus lateralis, pleuritis.

Morbi, & Vitij differentiā collige ex Aul. Gellio, lib. 4. cap. 2.

Morbum Iurisconss. ueteres dixere, qui sit cum accessu, discessuq́; Vitium autē perpetuum est, ut cæcitas.

Morbi porcorum, struma, & angina.

Morbi taurorum, podagra, & struma.

Morbus Hispanicus, idem ille qui & Gallicus morbus.

Morbus Gallicus, est soluta continuitas, ab exustis humoribus per contagiū præsertim in concubitu genita, à malignis quibusdam pustulis incipiēs; pudenda primum, deinde reliquas corporis exterinsecus partes, caputq́, præcipuè inficiens: dehinc intimas partes ingrediēs, dolores circa ossa noctu facit, atq; abscessus duros in ulcera adeò pessima, ut ossa plærumq́; uicient, post longum tempus desinentes. Aliâs, Mentagra.

Morborū quatuor sunt tempora, Principium, Incrementū, Status, & Declinatio.

Morion, Solanum somniferum, apud Dioscor. lib. 4. cap. 76.

Moria, olea publica: Elea, priuata, ut quidam existimant.

Morochthos, lapis. Dioscor. lib. 5. cap. 143. Galeno Moroxus.

Morosyces, id est, Sycomorus. sic enim Celsus interdum appellat. Aliâs, συκάμινος.

Morosycon. Vide, Sycamini lachryma.

Morosis, id est, fatuitas, græcè, μώρωσις. uide, Veternosi.

Mortarium, lapis Thyites apud Plin. quoniam Thya, mortarium significat.

Mortuorum uita, uel cadauerum uita. sic enim Græci νεκρῶ ζωὴν, Cedriam, id est, picem Cedri nocat Diosc. lib. 1. dictione, Cedrus.

Morū arborē notā, Maulbörbaum/ describit Diosc. lib. 1. Plin. lib. 15. cap. 24. Theophrastus lib. 4. cap. 2.

Mora celsi. Teut. Maulböret.

Morus Pyramea, arbor sub qua occubuerunt Pyramus & Thysbe. Fabula est apud Ouidium lib. 4. Metamor.

Moschata, Moschomyra, Moschelea, unguentorum nomina, & compositorū apud Paulum & Aëtium.

μοσχία. Lege, Moschus.

μοσχίνματα. Ibidem.

μοσχίδια. Ibidem.

Moschum Veteres ignorasse, posteriores in usu habent. Nascitur in folliculis quorundam animalium; inuenisseq; id nomen uidetur, quòd Græci μόσχυς, μοσχίδια, & μοσχεύματα, dicunt nouos, teneriorescq; in plantis stolones: quorum similitudine in animalib. quæ moschon ferunt, noui, odoramento illo pleni nascuntur folliculi.

Moschus, uitiosè uerò Muscus: quòd muscus magis uillos arborum significat, preciosissimū odoramenti genus, quod hodie officinę habent, ac uenditant: quo seculo imponunt, omnibus unguentis miscentes, ut quæstus redeat uberior. Veteribus certè ignotum. Quod uel ex hoc coniicimus: quoniā nusq; illius meminerunt. Arabum potius inuētum, ut plæraq; alia. Quid tandem reuera sit, & unde colligat, inter paucos cōuenit: nec illi synceum aliquid de eo proferūt, qui pluris in officinis diuendunt. Sunt enim qui Gazellam esse animal uelint dorcadis uel capreæ generis, ex cuius umbilico colligatur. Alij peregrinū nescio quē murem consignant. Quicquid autem sit, certè nomen ipsum inuenisse inde uidetur; quòd Gręci μόσχυς, μοσχίδια, καὶ μοσχεύματα dicunt (ut existimat Vergilius) nouos, tenerosq; in plātis stolones, quorum similitudine in animalibus, quæ moschon ferunt, noui odoramento illo pleni nascantur folliculi. Potuit & ea nominis ratio esse: quòd animalia illa media inter capream & uitulam, natura & magnitudine, fuluo uitularū colore uidentur, quas Græci μόσχυς etiam, & μοσχάρια ap-

gια appellant. Inuenimus præterea ab eisdem Græcis μόσχια appellari uascula potius quàm siliquas, ceparum semen in summo caulis seruantia, & maturantia, quorum figura non longè abest Moschi folliculus ille.

Moschos, id est, uitulamen arboris, idē quod moscheuma. Sunt qui uitis pampinos & capreolos, & clauiculas appellāt eo nomine, præsertim Græci.

μοσυλλιτικός βλάσ⊙-, id est, Cassia: sic dicta à promontorio & emporio Ethiopiæ Mosilo, unde afferebatur olim.

Mosyllicus portus, promontorium unde Cinnamomum aduehitur. Plinius libro sexto, cap.39.

Mortale, species Casiæ. Lege, Casia.

Motus est alicuius in aliquo aut acquisitio, aut deperditio.

Motus acquisitiuus uocatur, quo aliquid acquiritur.

Motus deperditiuus, quo aliquid deperditur.

Motus indifferens, qui propriè neq; cōuenit, neq; disconuenit.

Motus naturalis, qui ei rei cōuenit cui inest.

Motus transitiuus uniuersorum cum uolūtate, quando uidelicet imperat princeps animæ pars, & spiritus qui in neruis est, suffragatur, inflectit, extendit, & transfert membra.

Motus uiolentus, qui contra naturam est eius cui inest.

M V

Muccat, mucorem contrahat.

Mucidas & cæsas, quodam quasi mucore obductas, corrosasq;. Muçor peculiare uitium est uini. Lex uēdendo uino est, ut neq; muceat, neq; aceat. Propriū est (ut Plinij uerbis utar) inter reliquos liquores uino mucescere, aut in acetum uerti. Satyricus poëta dixit, Mucida frusta farinæ, intelligi uolens panem cibarium prædurum, & mucore, situq; inamabili obductum. Plinius ait, gracilescere uitem, ac emucidam exire totam in fœtum, nisi recidatur. Columella libro de Arboribus, cap.6.

Mucorem sæpè intelligit Hippocrates humorem in articulis pituitosum, à quo articulationis ligamenta laxiora redduntur. Galen. lib.6. Aphor.59.

Mucro, acumen est, in quod pars quæcunq; desinit, ut in plærisq; folijs & siliquis cernitur.

Mucus, humor ex naribus profluens, est excrementum, & sedimentum cerebri: ut principem animæ partem tenuiorem reddat. Galenus in defin.

Mugiles pisces, sunt tàm præcipuæ uelocitatis, ut transuersa nauigia interim supernatent, Plin. lib.9. cap.17.

Mugil. Lege, Onistos.

Muliebris defluxus, est delatio humorum per uuluam, longum post tempus ab excretione contingens. Fluxus albus est, quando alba excrementa & sedimenta, & in facie tumores sunt, genæq; intumescunt, nonnullis etiam uenter & crura. Fluxus ruffus, quando subruffa est excretio, & dolores in lumbis & inguinibus fiunt. Fluxus ruber, est ex cōactu sanguinis, cùm talis emittitur, qualis est sanguis Hierij, id est, auis Galgulæ nuper interfectæ. Obsidet ardor, stridor, ac dolor ipsa pudenda & imum uentrem. Fluxus niger est, quando excrementa sunt nigra, & difficultas respirandi, et dolores corporis pudendas partes infestār, & attenuatur, debilitaturq; pulsus. Galenus in definit.

Mulier an semē emittat. Lege, Semen excernitur à cerebro.

Mulier solum animal menstruosum. Solinus cap.4.

Mulieri mēstruum monstrificū. Idem capite septimo.

Mulieres quare steriles, uel fœcundæ, apud Solinum cap.4.

Mulierum Scytharum miranda apud Solinum, cap.15.

Mullis piscibus olim maxima gratia, sicut magnitudo modica, binasq; libras ponderis

ponderis raro admodum exuperat, nec in uinarijs piscinisque crescunt: & cùm barbati sint, putant quidam eos esse, quos uulgus Barbonos dicunt.

Mulsum, uinum cum melle mixtum.

Mulsum quomodo fit, lege apud Dioscor. lib. 5. cap. 8. 9.

Muluiana, strutheis cotoneis insita, quæ sola ex his uel cruda uescendo fiunt.

Mulum Græci τρίγλων, uel τρίγλων πωγωνότιδα, hoc est, barbatum uocant. Dictum ita, quoniam ter in anno pariat. Defertur ex Ionia. Est ab hoc diuersus qui trigulas uocatur: item qui myllos. Vergilius interpretatur Mullum. Cætera Plin. lib. 32. cap. 2. Diosc. lib. 21.

Mulus, ex asino & equa gignitur. Plinius lib. 8. cap. 44.

Mulsa, mixtura aquæ & mellis.

Multipeda. Lege, Onos.

Mundus, est compages è cœlo, terraque coaugmentata, atque ex his naturis quæ inter ea continentur.

Muralis herba, uel Muralium, apud Diosc. lib. 4. cap. 42. Vide Helxinem.

Murena, piscis, Plin. lib. 9. cap. 16.

Mures marini, piscium genus. Plinius lib. nono, cap. 19.

Murem, Græci μῦν appellant. Cretenses σμίνθιον: siue σμίνθια: unde Apollinis cognomen, ut placet Phocioni.

Mures domestici, mures sunt uulgares.

Mures Ægyptij, resident in clunem, & in binis pedibus gradiuntur, prioribus manuum uice utentes.

Mures Alpini, uulgò Marmotæ, magnis oculis atque prominentibus, alterni ut inquiunt, mas, & fæmina.

Mures Pontici albi sunt, sed uarij, & hyeme conduntur. Volateran. existimat eos quos uulgò Armellinos uocamus.

Mus araneus, Græcè μυγάλη, muris magnitudine, mustellina specie, ore oblongo, cauda gracili, ordine dentium quadruplici. Habetur in Britannia. Ælian.

Mus muscus quid sit apud D. Hieron. in Epist. necdum firmi quippiam habui.

Murinus. A mure color ipse Murinus dici uidetur. Alij sunt qui à muria deduci argumentantur. Eum uerò Palladius Mureum uocauit, atque inter colores equinos maximè probari: quem itē uulgò Morellum uocitant. Vide Columel. libro. 2. cap. 36.

Muriam duram sic faciunt. Dolium oris patentissimi aqua cœlesti replent, siue fontana: tùm indunt sportam plenā sale candido: qui quàmdiu liquescet, signum erit nondum esse muriam maturam: itaque subinde alius sal tàmdiu ingeretur, donec in sporta permaneat integer, nec minuatur: quod cùm animaduerteris, tunc scias Muriam habere maturitatē suam. Est aliud muriæ maturæ experimentum. Nam ubi dulcem caseum dimiseris in eam, si pessum ibit, scias esse adhuc crudam: si innatabit, maturam. In alio significatu Muria, nomen est exquisiti liquoris, qui ex Thynno fit præstantissimus. Antipolis muria laudatur. Hinc illud Epigramma tristę. Antipolitani fateor sum filia Thynni. Muriatica, Plautino uocabulo dicuntur salsamenta. Col. lib. 6. cap. 29.

Muria, id est, salsugo, effectus salis. Vide Dioscor. lib. 5. cap. 119.

Muria, sal cum aqua. Lege, Garum.

Muries. Lege, Garum.

Murmillum, qui cum murmure emittitur uentris flatus. de quo uide apud Galenum lib. 3. de Symptomatum caussis.

Murrha, idem quod Myrrhis apud Dioscor. lib. 4. cap. 117.

Musca, piscis commendatus Ponto ex Athenæo. Plautus in Rudente nominat Musculos. Captamus, inquit, echinos, lapadas, ostreas, balanos, urticā marinā, musculos. In Aristotele, Mystocetus piscis, à Theodo. Musculus couertitur.

Muscantur, id est, Musco herbæ inuoluuntur, cōteguntur que, ut quodam seu tegumento, uestitæ aduersus frigora muniantur, & ne sole findantur. Col. lib. 11. ca. 2.

Muscarium, appellatur coma illa quarundam herbarum, in qua semina dependent, qualis

qualis est ferulæ, feniculi, anethi, oleris atri, & similium. Plinius. Semine cum muscarijs dependente, ut ferulæ. Idem in papauere, & similibus scapus. In arun dinibus, iuglandibus, mellanis, panicula appellatur.

Muscidion, herba quædam, ab odore musci sic dicta, ut inquit Herm. Barb.

Muscium. Lege, Dorcadias.

Musculi, sunt corpora neruosa, quibus admixta est caro ad motum, inclinationemq́ partium corporis necessariò inseruientes.

Musculi dorsi, Musculi spinales, Lumbi, idem.

Musculus. Lege, Musca.

Muscus, ut M. Vergilius interpretatur apud Dioscor. magis uirentes uillos, quàm folia, aut frondes significat, quib. per æstatem in torrentibus lapides uestiuntur, & ut Columella inquit, muscant. Quod ex seminibus herbarum fit, quæ cum limo aliquo lapidibus adhærentia, calore solis inuitata, germinationis modò uirescunt. Nec tantùm lapides, uerũ etiam arbores quædam muscant, quanquã alia ratione & caussa. Vide, Bryon.

Muscus hic arborum in corticibus, in quibusdam lanuginosus apparet, ueluti cani quidam ipsarum arborum uilli. Itidem & in florum quorundã congerie ui dere licet. ut in Ligustro, & multis alijs.

Musculus, motus est uolontarius instrumenti. De Musculorum constitutione, lege Galen. lib. 1. de Musculis.

Musculosus, pinguis, crassus, corpulentus.

μόσιλον, cinnamomum electum, quod Casiæ, cui Mosillum nomen est, aliquã referat imaginem.

Musimon, in Hispania, & in Corsica, non maximè absimile pecori animal, caprino uillo quàm pecoris propius. Plin. libro octauo, cap. 49. ex quo tomenta fiunt, autor Strabo.

Mustea mala & pira. Lege, Melimela.

Mustela, piscis in lacu Brigantino Rhetiæ generatus. Plinius lib. 4. cap. 17.

Mustela, græcè γαλῆ, animal quod in domib. oberrat. Cato Ecidion appellat.

Musterda, stercus muris.

Mustum, Græci γλεῦκος, & gleucinon uocant aliquando.

Mustum. Plinius & Græci scriptores Protopon uocant, mustum sponte deflu ens antequàm calcentur uuæ.

Mutatio secundùm locum, est ad locũ, aut secundùm locum mutatio.

Muti, & Mutos fieri, consuetudo est Hippocrati, ab uno accidente notissimo, sæpius scilicet à uocis amissione, nominare & ostendere illos, qui nullum aliũ motum seruant secundùm electionem, uel nihil omnino sentiunt. Iacent autem eodem modo, quo apopletici, sine sensu pariter & motu. Galenus lib. 7. Aphorismorum, Aphor. 59.

Muto. Vide, Penis.

Mutica spica, uocatur quasi mutila.

M Y

Myacantha, Ruscus. apud Dioscorid. lib. 4. cap. 147.

μύακες, μύες, Mytuli, σκαφίδες, Ponti piscium generis: de quibus Dioscorid. lib. 2. Plin. lib. 32. cap. 5.

μύακες laudatissimi in Ponto, genus Conchyliorum.

Myagros, herba ferulacea ex cuius semine oleum etiam fit, describitur ab Dioscor. libro quarto, cap. 118. Theophrasto lib. 8. de plant.

Myaros apud Paulum Æginetam, similis Myagro herbæ.

μυαγάλη, mus araneus.

μύκης, id est, fungus.

μύκητες ἐδώδιμοι, fungi ad edendũ ap

μυκητίαι, terræmotus qui cum (ti. mugitu quatiunt: indito ob id nomine. Quamuis sæpè terrę mugitus, absq; terræ motu contigerit: id quod fieri assolet, cùm spiritus intus cohibitus ac conuolutus arietauerit impetu uehementi.

Mydas, uermiculus qui fabis innascitur marcescentibus.

μυδῶσαι τῶν βλεφάρων, glabræ oculorum genæ. Est autem, quando palpebræ & tumescunt & putrescunt, continuoq; destillant, copioso concrescente circa eos adipe. Galenus in Isagog.

μυδρίασις, ubi latior multò naturali habitu euadit papilla, præpeditq; uidendi actum, aut parte plurima, ut minora etiam uideantur obiecta. Caussam eius referunt, περίπωματικὴν ὑγρότητα, id est, redundantem humorem.

Mydusa, Anchusa. Diosc. lib. 4. ca. 26.

μυελός, medulla.

μυῖτας. Lege, Thlaspi.

μυῖτις, id est, Caucalis. lege, Caucalis.

Myla, herbæ genus, cuius radix paruo bulbo similis, contrahendis uuluis idonea, apposita scilicet cum lolij farina.

μυλάκριδας, Græci uocant Gallinas. Quanquàm ita appellet etiam bestiolã Aristoph. inter molas nascentem.

Myle, apud Aëtium radix syluestris. Lapathi, decocta utilis ad dentium dolorem & mobilitatem.

μύλοι, dentes posteriores.

Myllus. Lege, Mullum.

Mylli, alio nomine platistici, & plastaci, sed non nisi cùm maiusculi sunt: parui Gnotidia, et media ætate mylli sunt. Sunt tamen qui platistacos, & plataces, eosdẽ esse cum coracinis putant.

μυλότις, specillũ quo aliquid ex oculo extrahitur, uulnerariũ instrumentum.

Myma, miscella creocaccaba. Lege, Creocaccabis.

μυοκέφαλον, Rhagoidis uitium minutum in oculo, muscæ capiti simile, ac prominens. Proptosis aliàs.

Myoctonum, Aconitum apud Dioscoridem lib. 4. cap. 80.

Myogale, id est, mus araneus: sic dicit, quia muris magnitudine sit, et specie mustellina. Os ei oblongum, cauda gracilis, dentes quadruplici uersu tenues: quod & uulnus ab ipso illatum indicat. Sunt qui ideò μυογαλῆν dictum existiment, quia adulterino coitu, ex mure & mustela nascatur. Censetur inter animalia uenenata ab Nicandro. Plura etiam de eo Aëtius. Plin. lib. 29. cap. 4. Columel. lib. 7. cap. 25. Lege, Mus araneus.

Myopes, qui iam inde ab initio ortus sui, nisi admota cõtueri nequeunt: quod genus curam non recipit.

Myopiasis. Lege, Exulcerationis oculorum affectus.

Myosotis, Auricula muris apud Dioscor. lib. 4. cap. 89. Dicta, quòd folijs musculorum aures æmulentur, foricum auribus cùm prorepit expressis. Kleyn Meüßörlin.

Myottochos, Alsine Diosc. lib. 4. c. 89.

Myocopros, stercus murinum.

Myops. Lege, Morbi.

Myopteron. Lege, Thlaspi.

Myracathon, Eryngion. Dio. li. 3. c. 23.

Myracopa, unguenta similia acopis, ceram uel resinam, aut aliquid huiusmodi accipientia.

μυρεψοί, Pharmacopolæ.

Myrica, Tamarisck/Porst. Vide Dioscor. libro. 1. cap. 118.

Myricen, alij Tamaricen uocãt, Achaia aũt Bryam syluestrem, insignem in ea gallæ similem fructũ. Plin. lib. 13. cap. 21.

Myrinus mas, qui & Murena. Plin. libro. 9. cap. 23. in delitijs olim habitus.

Myriomorphos, Achillea, apud Dioscor. lib. 4. cap. 39.

Myriophyllon, id est, Millefoliũ, quid sit, uide apud Dioscor. lib. 4. cap. 116. Trago, Genßerich.

Myrmeciæ uocantur, quòd formicæ modo pungunt. Plinius Verrucas utrũque genus uocauit. Nos distinctionis gratia Myrmecias formicas, Acrochordones uerrucas dicimus. Aut priores illas, sessiles uerrucas, acrochordones uerò pensiles. Nam informicationes corporis (quo uerbo Plinius lib. 28. usus est) mulierum crinibus ad id probatis, si nõ sunt, quas Græci Myrmecias uocant, nam & contra Verrucas adhibentur, nondum liquet. Festus Cossum uocat.

hunc

hunc tumorem propriè in uultu. Vide dict. Thymus.

Myrobalanũ, in Troglodyte & Tebaide nascitur, Arabiæ glans arboris, Heliotropio inter herbas simili folio, fructus magnitudine auellanæ nucis. Plin. lib. 12. cap. 21.

Myrobalanus, Glans Ægyptia, idem.

μυρὸς. Vide, Acetabula.

Myromata, suffitus aromaticos Hippocrates appellauit.

Myrrhæ arbor cuiusmodi sit, uide apud Plinium lib. 12. cap. 15. Nam de eius figura autores uariant.

Myrrhæ genera sunt: Troglodytica, Erythræa, Minæa, Atramitica, Gebaritica, Ausaritis, Dianitis, Collatia, Sembracena. Plin. lib. 12. cap. 16.

Myrrha Gabirea. Lege, σμύρνα.

Myrrha Pediasimos. Lege, σμύρνα.

Myrrha ἐργασίμα. Lege, σμύρνα.

Myrrha Troglodytica. Lege, σμύρνα.

Myrrhæ Beoticæ, dissecta radix est arboris cuiusdam in Beotica nascẽtis. Melior est quæ Myrrham odoris repræsentat. Dioscor. lib. 1.

Myrrha Casſia, apud Hippocratem. Lege, ψευδοκασσία.

Myrrha quid sit, uide apud Theophrastum lib. 9. cap. 3. & 4.

Myrrha, idẽ quod Myrrhis, apud Diosc. lib. 4. cap. 117.

Myrrha. Si Manardo & Neotericis aliquot doctis uiris credimus, hodiè integram, synceramq́ non habemus. De ca re consule Herbarij nostri tomum. 2.

Myrrhis, similis Cicutæ herbæ, de qua Dioscor. lib. 4. cap. 117. Teut. wyld Körbelkraut. Vel Sion. Diosc. lib. 3. cap. 62. Cicutaria, quòd Cicutæ similia folia gerat. non est tamen Cicuta.

Myrrhis, Geranium alterũ, apud Dioscor. lib. 3. cap. 130.

Myrsine, Myrtus syluestris, uel Ruscus, apud Diosc. lib. 4. cap. 147.

Myrsinites, Tithymalus fœmina. Diosc. li. 4. c. 170. Teu. Wylchkraut weib.

μυρσίνον ἔλαιον, Myrtinum oleum.

Myrtacantha, Ruscus. Dioscorides libro. 4. cap. 147.

Myrteria, à Theodoro conuertitur Tithymalus Myrsinites, apud Dioscor. libro. 4. cap. 170.

μυρτίδανον, dicitur incrementum inæquabile, uerrucosum, & concolor, quod perinde quasi manus myrti caudicẽ amplectitur, magisq́ quàm myrtus adstringit. Autor Diosc. lib. 1. A Galeno Myrtada appellatur. Myrtidanum certè Plinius pro uino accipit, quod ex syluestris Myrti baccis fit conditum. Hippocrates Martidanũ uidetur appellasse hunc fruticem, Myrtidanum uerò ipsum piper.

Myrtidion, Geranion apud Diosc. lib. 3. cap. 129. & ibidem in Coroll. Barbar.

Myrtine, Periclymenon, apud Diosc. lib. 4. cap. 16.

Myrtopetalon, Polygoniũ, apud Dioscor. lib. 4. cap. 5.

Myrton. Lege, Nympha.

Myrtoselinos, Auricula muris, apud Dioscoridem lib. 2. cap. 203.

Myrtus, arbor sacra coniugio.

Myrtæ, Myrti arboris bacculæ.

Myrto præest Venus: quippè quæ littoribus maximè prouenit. Venus autẽ è mari dicitur orta.

Myrti baccarũ olim ueteribus usus fuit pro libo, antequàm piper haberetur.

Myrtum, & eius iuuamẽta, lege apud Dioscor. lib. 1. apud Plinium lib. 15. cap. 29. lib. 23. cap. 9.

Myrtus syluestris, Ruscus, apud Dioscor. lib. 4. cap. 147.

Myrtos, Thlaspi. Lege, Thlaspi.

μῦς, Mus.

μύσις, ostij muliebrium locorum præclusio, felici tralatione ab oculis facto nomine. μύειν enim conniuere est Græcis, & cũ obdormiscimus cõcidentes oculos claudere. Vide Gal. 3. de Valetudine.

Mysclion, mucus ossa complectens.

μύσακα, barbam uocant menti. Quanquàm Polluci magis placet, eam quæ est sub

ſub naribus, quæ ipſa quoq; uocat ὑπορρίνιον, καὶ προπογώνιον. Dici autem μύξα putant, quia illac deſtillat naſus, quem μυκτῆρα uocant.

Myſteledra, murium recrementum.

Myſterium, Antidotus ex quatuor rebus congeſta, ob ſingularem efficaciam ſic dicta. Eius cōpoſitionem & iuuamēta require apud Aëtium ſerm.8.cap.47.

Myſtocetus. Lege, Muſca.

Myttotos, pulmentarium ruris, ruſticis Italiæ familiare. De quo lege Aphroſcorodon. Myttotos, ab odoris faſtidio eſt dictus. In hunc & caſeum quoq; addebant. Alij genus placentæ faciunt ex oleribus, ut Phocion ait. Lege, Aphroſcorodon.

μύουρον. Lege, Rhapſodiā Maioronę.

Myuros, herba, folia Alimo ſimilia habet; uerùm per terram ſtrata eſt, ac uelut corymbos in ſummo longos habet. Aëtius ſerm.10.cap.26.

μυουρίζοντες pulſus uocantur: qui & μύουροι, à figurarum ratione, quæ in acutum deſinunt, ſumpto tralato nomine. Ex hijs uerò qui perpetim minuuntur, nec deſinunt, ad immobilitatem prorſus recidunt deniq;. Hoc autem genus ἐκλείποντας uocant μυούρους. Qui uerò deſinunt, duplex habent inteſtinum. Aut enim inuitam ſemel paruitatem ſeruant perpetuò. Aut increſcunt denuò in priori æqualem magnitudinem, uel minorem, uel maiorē. Hoſce uerò παλινδρομοῦντας dicunt, μυούρους, id eſt, recurrentes myuros: uel μειούρους ἐκ τοῦ μειοῦσθαι δίκην οὐρᾶς. Sicut interpulſus: qui uocantur κυματώδεις, id eſt, undoſi, qui minuuntur. σκωληκίζοντες, id eſt, uermiculantes. σκώληκος πορείᾳ προσεοικότες, uermiculari ſimiles inceſſui: quem excipere ſolet ὁ μυρμηκίζων, id eſt, formiculatus, quo non eſt minor alius.

Myxa. Lege, Cochlea.

μύξις, uel mixtura in medicina, eſt è formis ipſis elementorum contingens: quo differt ab complexione, quæ conſiſtit potius è qualitatibus formarum. Sic Auguſtinus Nyphus diſtinxit lib. de Criſib.

N A

NAnos dici putat Theophr. quibus uirile membrum eſt prægrande.

νάφθαν uocant Babylonij bituminis colamen, colore candidum. Inuenitur etiam nigrum. Vis ei ignium rapax, ita ut ex ſpacio protinus in eam tranſiliāt. Eratoſthenes generi bituminis liquidi adſcribit. Deſcribitur à Dioſcor. lib.1. Plin. libr.2. cap.105. & lib.35. cap.15. lib.2. cap.104. A Plutarcho in Alexandrini uita.

Napinæ, rapinæ, id eſt, ſationes naporum, raporumq;. M. Cato, Rapinam, & colos rapicij, unde fient & raphani, in loco ſtercorato benè, aut in loco craſſe ſerito. Annotandum, dici Rapicium à Catone, prout uulgò uernacula dictione uſurpatur. Rapina in hoc ſignificatu media correpta pronunciat̄. Colu. lib. 11. cap. 2.

Napta quid ſit, lege in dictione, Nata.

Napium, de quo Lapſana. Lege, Lapſanat. Romanum uocabulum.

Napum, græcè βουνιάς. Officinæ, inquit Barbarus, ignorant hodiè Buniada, & ſylueſtris rapi ſemine Buniadis uice utuntur. Quanq; facilè cognoſci poterat. Eſt enim ſylueſtri rapo ſemen & nigrius, & maius, quàm Buniadis. De Napis plura Theophr. Plin. & Columella.

Napunculus. Lege, Pes locuſtæ.

νάπυ. Lege, Sinapi.

νάρ, id eſt, Iris.

Narcaphthon, ſiue ut alia habēt exemplaria, Naſcaphthon, ex India defertur, tortuoſum, ſimile Sycomori libro, quod iucundi odoris gratia ſuffitur. Autor Dioſc. lib.1. Plin. prætermiſit: fortaſsè quia certum nihil de illo habebat. Paulus Ægineta & Lacaphſiton nominat.

νάρκη, latinè Torpedo, piſcis marinus, cuius eſt illa peculiaris potentia, ut ſi uirga tāgatur etiam de longinquo, lacertos quanquàm prænalidos piſcatoris tor-

peſcere

pescere facit;& pedes, quàmlibet ad cursum ueloces, alligare dicitur & retinere: aura quadam scilicet sui corporis, & odore hunc torporem afferente. Vide Dioscoridem libro.2. Plin.lib.32.cap.1.3. lib. 9.cap.51. Est & Narce alicuius membri torpedo Narcodes, qui alicuius membri torpedinē patitur ex frigore, uel labore.

Narcissos Anydros, Narcissus uulgatus, apud Dioscor.lib.4.cap.164.

Narcissus. Consule Dioscor. dictione Narcissus, & inibi Commentarios Barbari & Vergilij. Nec me fugit, quid alij circa hunc florem rixentur æque imbecillibus firmamentis. Quanquàm de Lilio purpureo non tantopere repugno. Verùm de hoc in Narcisso multo plura in Herbario. Dioscor.lib.4.cap.164.

Narcissum à narce, non à fabuloso puero, Plinius existimat: quòd neruis inimicus sit, & caput grauet. Ruel. Narcissus uera ueteribus, Weiſʒ Zeitloß / Ocht blůmen / Nackethůren / Pfaffenhodẽn. Contendunt alij esse Graſʒblůmen allerley farben.

Nardi duo genera. Vnum Indicū, Alterum Syriacum. Pingunt hanc herbā: Diosc.lib.1. Plin.lib.12.cap.12. Theophr. libro.9.cap.7. Persuaserunt me officinę quædam, esse eam, quam nos Spicam nardi uocamus. Eius genera multa concinnauit Barba. in Corollario suo, quod incipit: Nardum. Plinius sic inquit: Nardus frutex est graui & crassa radice, sed breui, ac nigra, fragiliq;, quàmuis pingui, situm redolente, ut Cyperi, aspero sapore, folio paruo, densoq;. Cacumina in aristas se spargunt: ideò gemina dote nardi spicas, ac folia celebrant. Hæc Plinius lib.12.cap.12.

Nardi spica nos carere, latè admodum, prosecuti sumus in Herbarij nostri Tomo secundo, fol.39.

Nardus Celtica, uel Gallica, officinis Spica Celtica, Marien Magdalenen kraut. Laudatur in orbe nostro post Syriacam, & nascitur in Liguriæ partibus. Saliunca patrio nomine appellatur. Seruius Orci tunicam appellauit. Plura de ea Diosc.lib.1.& inibi Barb. in Corollario. Plin.lib.21.cap.7.& lib.20. Marcellus Verg. Lauendulam quoq; nostratē Celticam Nardum suspicatur. Verùm quàm apposite, alij uiderint: nobis libuit παρέργως admonere, et locum indicare, qui est in Commentarijs eius super Celtica Nardo.

Nardus syluestris. Vide Asarū, et Phu.

Nardus rustica, id est, Asarum. Ibidē.

Nardus montana, græcè νάρις. Benedictenwurtzel.

Nardus cretica, id est, Phu.

Nardus pistica, siue unguētum, de quo literæ sacræ mentionem faciunt, probū & fidele, & quod adulteratum non sit, Nardum significat Hieronymo. Quidā ei loco nomen id fuisse putant.

Nardi multa genera: Celtica, Indica, & Montana. Vide Diosc. lib.1. de Nardo.

Nardus, quibus unguētis indatur, Vide apud Theophr.lib.9.cap.7.

Nardeus, apostema oculi forte est, atque humidum.

Nares, neruis & chartilagine cōstant: quibus odores suscipiendi, discernendique functionem natura præstitit.

Narion, Mandragora mascula.

Narium Hęmorrhagia, id est, profluuium sanguinis.

Narta, apud Theophrast.lib.9.cap.7.

Narthecion. Albucus, uel Asphodelus. νάρθηξ. Ferula.

νάσκαφθον. Lege, Narcaphthon.

Nasiterna, uas aquatile est.

Nastapthon. Quid de eo simplici Manardo uideatur, uide apud illum lib.9. Epistolarum, Epist.3.

Nasticiosi, qui plus uident uespere quā meridie: nec cognoscunt, nisi quod usq; ad oculos admouerint.

Nastipanes, quos item Sanctos appellabāt, ex melle & uuis passis, & aromatis alijs cōfecti. Sunt tamen qui eo nomine intelligūt calentem panem. Meminit Aristophanes

Aristophanes in Pluto. Dictum sic uolunt, quia densior sit, constipatiorq́, nihil prorsum leuitatis habens, aut inanitatis. ἀπὸ τοῦ ναστοῦ ἐρήμας.

Nastocopi, nasti panis coctores, atque pistores. & Nastophagi, qui nasto pane uescitur. Nastos enim panis est fermentatus, & placentæ genus.

Nasturtium eo dictū putant, quòd nasum torqueat. Teut. Gartten Kreſſz.

Nasturtium quid differat ab Hiberide, lege apud Manardum libro nono Epistolarum, Epistola tertia. Quod item sit, lege in diction. Cardamon. & Lacertū.

Nasturtium Milesium ueteribus laudatissimum fuisse, Iul. Pollux autor est.

Nasum uocamus compressum, qui gracilentus in summis existit. 1. Prædict. Aphorism. 10.

Natam appellant tumorem dolore carentem: nisi fortè adeò magnus sit, ut partes membri trahendo, solita continuitate aliquem dolorem circumstantibus inferat. De numero abscessuum, & ad steatomata referenda. Sunt qui Naptam appellant.

ναθαίρων, id est, Iris.

Natiuus color. Lege, Albus, & Pullus.

Natrix, genus natantis serpentis: à natando dicta. De qua Lucanus: Et natrix uiolator aquæ. Ælianus.

Natura, est ignis, siue calor artificialis, uia et ratione ad generationem concurrens. Vel alter iuxta Platonis sententiam. Natura est tanquàm artificialis quędam facultas. Definit & hoc modo. Natura est facultas ex suaptè quadam ui secum conueniens, uirtus ex se mota, caussa generationis, & cōfigurationis, ut hominem generet, & genitum conseruet. Vel; Natura est spiritus calidus, qui ex se mouetur, secundùm seminarias rationes, generans, perficiens, atq́ conseruās corpus in magnitudine, & tempore statuto. Galen. de Definit. Sed libro Temperamentorum tertio sic ferè diffinit:

Natura secundùm Medicorū sententiam, est uniuersa substantia ac temperies, quæ ex primis elementis conflatur, calido, frigido, humido, & sicco. Secus Philosophi & Aristoteles. 2. Physiologiæ.

Natura item est substantiale principiū, unicuiq́ transmutationi subiectum esse natū, aut transmutationis effectuum.

Natura denicq́ est, quæ ex primis elementis resultat temperatura. Hippocrates lib. de elementis: & Galen. Aphorismorum lib. 2. Aphoris. 34.

Naturales corporis actiones appellāt, per quas spiritū trahimus & emittimus, cibum potionemq́ absumimus, & concoquimus; itemq́ per quas eadē lege in omnes membrorū partes digeruntur.

Naucum. Lege, Sansa.

Nautean Festus uocat herbā olidam: aut aquam fœtentem in naui.

Naues annotinas, uidetur Cęsar in Cōmentarijs appellasse onerarias, quibus annona atq́ commeatus cōportaretur. Columel. lib. 4. cap. 24.

ναύτια, nausea, quæ ut plurimū accidit mare nauigantibus, uel ex cholerica passione laborantibus: à nauibus quoq́ & nauigationibus transumpto uocabulo.

ναυτικὰ radix, Acorus: qua uerò ratione, nec mihi, nec interpretibus clarum est: nisi quòd Vergilius existimat legendum, Natonica.

Nautilos, piscis inter præcipua miracula: ab alijs Pompilos. Plin. lib. 9. cap. 30.

ναυτιώδεις διαθέσεις, irritus ad uomitū conatus.

Naxius lapis, id est, Cos. Vide Diosc. lib. 5. cap. 159.

N E

Neādes, in Samo quondam bestiæ frequentes admodū, ut inquit ex Euphorio Ælianus: tantæ molis, ut ossa eorum pro miraculo reseruata sunt: uoce tàm impetuosa, ut etiam terram rumpebant.

νεαλὴς τυρὸς, recens caseus.

Nebrion, herba Ceruina, uel Elaphoboscos apud Diosc. lib. 3. cap. 78.

Nebula, est exspiratio quædam rosida,

aquæ nequaquàm genitrix, ut aëre craſ‑ſior ipſa, ſic nube rarior.

Nebulæ oculorum, ut inquit Paulus, cicatrices ſunt, in ipſis factæ ſumma parte.

Nebula, oculi uitium, ſecundùm Auicennam, albuginis ſpecies altera.

νεβρός. Lege, Cemas.

Necromantia, ex mortuis futura prędi

νεκτάριον, Enula campana, à dulcedine uſurpato nomine.

Necydalus, generis bombycum. Plinius libro.11.cap.22.

νεμόμενα τῶν ἑλκῶν, ulcera paſcentia.

νεόφυτον, medici ſcriptores uocant fœtum, qui per abortum eijcitur: ueluti qui recenter ſit editus.

νεοσσοποιΐα, prima fœtura.

Nepam dicunt eſſe Scorpium, quàmuis quidam Cancrũ dici exiſtiment. M. Tull. pectusq; nepai. Colu. lib. 11.cap.2.

Nepeta, Katzenkraut/ pręter Calaminthram etiam ſpecies una priuata ſic uocata: tantaq; ſocietas eſt inter Mentham, Menthaſtrum, & Nepetam, ut mirum non ſit, miſceri ab autoribus.

νηπενθὲς, herba, cuius ſuccus uino inmiſtus triſtitiam diſcutit, ac malorũ omnium obliuionem inducit. à νη, priuatiua particula, & πένθος, luctus. Buglosſam quidam uolunt.

Nepetha, Mentha, ſeu Hedioſmos, apud Dioſcor. lib.3.cap.39.

Nepetarum quatuor genera ponit Tragus. Calaminthăm, Katzenkraut/ Montanam, wyld Salbey / Balſamitam & Mentaſtrum, wyld Müntz/ wolryech end wie der Wolgemůt.

Nepotum fructus. Palmites in uitibus Nepotes nominantur, translatione facta ab hominibus, hominumquè ſobole. Alibi quoq; Colum. inquit, Nepotes natos diſcerpemus. Colum. lib.3.cap.6.

Nepheleon. Lege, Exulcerationum.

Nephelides, maculæ in oculo minus profundæ, & leuiores.

Nephreneſis, barbarè pro Nephritide, νεφροὶ, renes.

νεφριτικοὶ, renum uitio laborantes.

νεφρῖτις, renum morbus. Eſt et renum affectio, quam Matellæ intercutem nonnulli uocant, urinæ profluuium alij, aut diabeten, καὶ διψακὸν. Verùm rara eſt huius generis ęgritudo: ſitim parit extra modum: unde dicitur Dipſacos, uti autor eſt Medicinæ.3. Paulus Ægineta.

Nereides, piſces ſquamis, modo hiſpido corpore etiam in quo humanam effigiem habent. Plin. lib.9.cap.5.

Neriadon, Delphinion, apud Dioſcoridem lib.3.cap.82.

Nerion, ῥοδοδάφνη, et Rhododēdron, Teut. Oleander dicitur, à roſę floribus, & Lauri folijs. Vide Dioſc. lib.4. ca.85.

νάρδος, montana nardus.

Nerum, quibus unguentis inijcitur, uide apud Theophraſt. lib.9.cap.7.

Neruus, & tenſio, ex cerebro, aut ſpinæ medulla oriuntur. Nuncupaт autem ab operationibus unũ inſtrumentum duobus nominibus: eo quòd mutare & tendere natum eſt. Subſtantia uerò earum ea eſt, ac ſi intelligas ſtipatũ & denſatũ: ideóq; duriuſculum faciunt cerebrum. Galen. libro, 4, de motu muſculorum.

Neruiuocales. Vocare Neruos uocales, inquit Galenus, conſueui eos, quos ipſe inueni. Nã præceptores mei eos duntaxat, qui ad arterias pertinent, cognoſcebant, atq; ob horum quoq; uitia, uox perire ſolet: quoniã proprij gutturis neruі, quos equidem recurrentes nominare ſum ſolitus, ipſorum eſſentiæ pars eſſe cẽſentur. Sed cùm ad multas alias partes diſtribui perueniant, nullam habeo alias magis propriam appellationẽ ea, qua uocales ipſos nominaui: quippè ad inſtrumenta, uocem concinnentia propriè pertinent. Hæc Galen. lib.1. de loc. affec.

Nerui augmentant fortitudinem, de quo uide Solinum cap.4.

Nerui. Tritauus cratẽ habuit in pectore, ex neruis cõflatũ: ideò fortiſsimus iudicatus. Solin. ca.4. Eius filius tàm robuſtus fuit, ut inermis, & una tantũ manu hoſtes

hostes aggrederet, & in castra portaret.

Neruorum conuulsiones. Lege, Conuulsiones neruorum.

Neruorum tres sunt differentiæ. Quidam à cerebro & spinali medulla prodeunt, atque propriè Nerui uocantur. Quidam ex musculis, ut tendones. Quidam ex ossibus, ut ligamenta. Nerui qui ex cerebro & menyngibus membranulis profecti, communes quidem sunt, sicciores, & paulò minus calidiores quàm uenæ: & quàm arteriæ magis sensu prædi ti sunt, & nobis motus uoluntarios tribu unt. Nerui autem ex ossibus orti, colligunt & continent artuum et membrorũ iuncturas & complexus. Gal. in Defin.

Nerui optici, id est, uisiui: sic dicti, à functione. De quibus uide Galen. lib. de dissectione Neruorũ. Sunt qui πόρους quoque uocant, ut ibidem quoque Galenus.

Neruus mollis, secundùm dissectores uocatur, ex tertia coniugatione Neruorum descendens, dispersusque in tunicam quæ linguam comprehendit. Gal. de locis affect. lib. 4. cap. 3.

Neruus antrosus, uel fistulosus, qui per ueretrum extenditur, & ipsum ad satyrismon arrigit.

Neruus arborum id dicitur, quod continuum, fissile, prælongumque spectatur, sed insociabile, ac germinis infœcundũ, & uenas habẽs. Theoph. lib. Plant. c. 4.

Neruosum genus uocamus, inquit Galen. in unicam appellationem agentes, tùm uincula, tùm tendones: quippè ex his per carnem dispersis, musculorum ostendimus essentiam consistere: quæ ut permanere posset, uenis indigebat & arterijs. De locis affect. lib. 2.

νῆστις, ieiunum intestinũ: quoniam implicitũ, nunquàm quod recipit, retinet, sed quod acceperit, ad inferiora transmittit. Latini Hilam, & Hiram uocant.

Nesotrophium, nomine græcanico dicitur locus, in quo anates aluntur. Græci enim νῆσσαν uocant amantem, & τροφὴν alimentum. Scribit Plutarchus, Catonem Censorium aluisse domesticos ægrotos, carnibus nesarum & phassarũ, expone, anatum & palumborum. Græcè φάσσα dicitur palumbus.

Nesyris, Sphondilion herba, apud Diosc. lib. 3. cap. 68.

Net, Arabicè & Barbarè, compositio Zapetij: quæ constabat olim ex animalis musco, agolocho, et orientali succino. Vide, Zapetion.

Netrindes oliuæ, à natando sic appellatæ apud Iulium Pollucem. Idem autor & Cotinadas appellat, quas & Phaulias & Trambos dici tradit.

νευροχονδρώδη σύνδεσμον, Galen. uocat chartilagineum ligamentum. Est autem id durũ, chartilaginosumque ligamentum. Galen. de Temperam. lib. 2.

Neuroïdes, Limonion, apud Dioscor. lib. 4. cap. 19.

νεῦρον, neruus.

Neuras, Poterion, apud Dioscoridem lib. 3. cap. 16.

Neuras, Paronychia, frutex, apud Dioscor. lib. 4. cap. 57.

Neuras nomen obtinuit, quòd neruulenta, torosaque constet radice. Phrynion quoque dicta, à rubetis, quibus aduersat: quas Græci φρῦνοι uocant. Ruel.

N I

Nicander, Colophonius Grammaticus, & Medicus. Tempore Attali iuuenis illius uixit, qui Gallogræcos uicit. Scripsit de Theriacis contra uenena. Itẽ de agricula. Item curationum collationes. Et prognostica Hippocratis uersibus edidit, aliaque complura. Suidas.

Niceratus, scripsit de Epilepsia, ut inquit Aurel. celebris olim sui seculi Medicus.

Nicas Pyrrhi regis Epirotarũ Medicus. Hic olim ad Fabriciũ ueniens, promisit: si uellet, Pyrrhũ ueneno se ei sublaturũ. At ille aduersatus facinus horrendum, Pyrrho significauit, ut ab Nicia posthac caueret. Curtius.

Nicomachi, autore Suida, sex fuerunt. Ex his Nicomachus Stagirites Machao

nis filius, Æsculapij nepos, qui scripsit de Medicina libros sex, & Philosophiæ unum. Reliquos duos, patrem, & filium Aristotelis ponit, ambos Medicos: quorum filius scripsit Commẽtarios in Physicam patris, & octo Ethicorum libros ad Eudemium, qui & hodie Aristotelis nomine celebrantur.

Nidor, odor rerum assarum.

νεαιριν, Homerus uocat uentrem inferiorem, id est, Colon: iacet autem dextra potissimum parte ad hypocondrium.

Niger color. Lege, Ater.

Nigra uena, id est, Mediana.

Nil ocularium, quod in officinis pro collyrio seruatur, Pompholix apud Diosc.

Nileus Medicus, citatur ab Galeno, & Aëtio serm.8.cap.1.

νιφίτος. Lege, Nux.

Nisci qui sint, require in dict. Oniscu-

Nitrum quale potissimum præ (los. fertur, uide apud Diosc. lib.5.cap.121.

Nitrum dulce, Gyps.

Nitrum adhibeat qui uult Brassicam uiridem efficere in coctura: cuius natura nõ multum distat à sale. Hinc exijt illud Epigrammatistæ:

Ne tibi pallẽtes moueãt fastidia caules,
Nitrata uiridis brassica fiat aqua.

Plinius in coquenda Brassica, nitri uiriditatem custodit. Apicius quoq; inquit, Vt omne olus smaragdinũ fiat, cum nitro coquatur. Olus autem smaragdinum pro uirenti positum est, à uirore smaragdi, qua gemma nihil est uiridius. Columella lib.11.cap.3.

Nix gignitur densitate nubium friatsli, quæ simul in aquam uerti cœptæ, in minuta cõtunduntur: atq; illa contusio speciem præfert spumæ, exactumq; candorem: humoris autem cõcretio, quiq; non dum fusus est, nec rarefactus, rigorem efficit. Hæc impetu & confertim decidẽs, νιφετός appellatur.

N O

Nodus. Vide, Rami.

Noli me tangere, idẽ morbus, qui barbarè Formix, de quo lege dict. Formix.

Nomæ, dicuntur hulcera, quæ depascendo serpunt, uorantiq; corpus.

νομαί, depastio.

Nothroteta. Lege, Veternosi.

νότοι, uenti meridiei.

Notion, Sempervivum, apud Dioscoridem libro.4.cap.91.

Notiæos, id est, dorsago, medulla dorsi. Reliqua quæ in uertebris continentur, spondilionis occupãt nomen, ut inquit Iulius Pollux.

νωθρότης, torpor & hebetudo mentis.

Nouaria, Astragalus, apud Dioscorid. lib.4.cap.65.

Noxam, pro priuatione accipit Galen. lib. de differentijs Sympto.

N V

Nubes, est crassamentum exhalatione conuolutum, uim habẽs aquam gignendi. Aristoteles lib. de cœlo & mundo.

Nubilarium, rusticum ædificium est: à nubilo aëre dictum, sub quod totam messem fundi, & semitrita frumenta conferre rustici consueuerunt, si repentinus imber per trituram interuenerit. Id autem nubilarium iuxta aream est faciendum. Dicitur & Nubilar. Colu. lib.1.cap.6.

Nucamẽta ea dicuntur, quæ callo squamatim compactili pendent è ramis nucum, roborũ picearum: quòd sint quasi quædam naturæ rudimenta, pineam nucem facere condiscentis: uel quòd apertissimè in nucibus propendere cernuntur. Ruellius.

Nucleus, non in nuce tantùm dicitur, sed & in testa, & in ferro, & quod in quacunq; probiore materia intus resistit.

Nuces Græci Caryas, à capitis grauedine nominant: quòd arborum ipsarũ, foliorumq; uires, in cerebrum penetrẽt. Ruel. Plutarchus dictas censet, quòd noxiũ halitũ, caputq; grauantem exspirẽt, quo sub arbore iacentes offendunt.

Nuces Heracleoticæ, id est, Ponticæ, uel Auellanę, sic enim Theophr. uocat.

Nuces Pineæ, græcè στρόβιλοι. Quaterna earum

na earũ genera: Durum, quod & uulgare. Tenerum, & putamine digitis fragile, ideoq; auibus expositum, Tarentinã olim uocarunt. Tertium ē picea satiua nucleorum cute mollissimum, adeò, ut simul mandantur: quod autore Plinio Sepium uocatur.

Nux Euboica, id est, Castanea. Lege, Castanea.

Nux. Dubitatum est in iure apud Cesellium, an nux pinea pomum esset: quia Nuces essent, quicquid foris duro tegitur: Malum quicquid id, quod esui est foris habet: Pomo utrunq; contineretur. Quod ferè probauimus. Seruio nuces sunt omnia corio duriore tecta, molliore uero poma.

Nuces amarę, id est, Amygdalę amarę.

Nuces Galbæ, siue Caluæ.

Nux Iuglans, Baumnuss. à glandis suuamine, Seruio dicta. Caius de Verb. sig. refert Iuglandem arborem perinde dictam ac Iouis glandem. quòd nuces habeat suauiores glandis. Iuglans Clõatio, quasi diu glans. Ruel.

Nucum Tarentinarũ duo genera, fragili putamine, & duro: quæ sunt amplissimæ, & minimè rotũdæ, quas à frangendi mora Moracias, & Moracillas sunt qui uocent. Præterea Moluscæ, putamẽ rumpentes. Macrobius, qui persicũ uulgò dictam Moluscam nucẽ esse putat, apertè hallucinatus est. de quo uide Barbari corolla. in nuces Iuglandes.

Nux Vnguentaria, id est, Moschata.

Nux Indica, fructus, ut Mauri putant, Palmæ cuiusdam Indicæ, prægmagnus at què pinguis, cuius oleum butyro quoq; præferunt bonitate succi.

Nux Myristica, nux muscata. Lege, μάκηρ.

Nux Auellana, gręcè κάρυον ποντικόν.

Nux Vomica, Kronduglin.

Numellæ, quarũ mentio fit à Plauto, sunt uincula quibus quadrupedes in pascuis deligantur: unde & nomen impositũ est, siquidèm græca uox νομαί, dicuntur pascua. Vnde & Apollo Nomius creditur esse cognominatus. Col. lib. 7. ca. 8.

Numerus, ut Heraphilus ait, est motus qui in tempore ordinem habet constitutum. Zeno Herophili imitator, sic. Numerus est series & ordo eorum pulsuũ, in quibus distenditur arteria ad eos in quibus comprimitur. Aliter sic. Numerus est proportio tẽporis in partes, quæ ad ipsos pulsus pertinent, eandem habitudinem seruans. Aliter sic. Numerus est habitudo eorum pulsuum, in quibus distenduntur arteriæ ad eos in quibus contrahuntur. Galen. in definit.

Numidicam dicunt. Dissentit à Varrone, scribente Gallinas Africanas à Gręcis appellari Meleagrides: tanq; res una sit, nomina tria, ut Africanæ, Numidiæ, Meleagrides pro uno eademq; auitio habeantur. Sunt autem gallinæ gibbosæ, uarijs plumis sparsæ: quæ ob id à Martiale dicuntur guttę, numidicæ, & ab Horatio Afra auis. Papin. in syluula. Quas unde Numidæ legunt sub austro. Columella libro. 8. cap. 2.

Numenius, Medicus.

Numissani sic meminit Gal. de Anato. lib. 1. Cùm fuissem Corinthi, ut operam darem Numissiano, qui & ipse celeberrimus Quinti auditor extitit. & cętera.

Numius, medicus citatur ab Aëtio, sermone. 13. cap. 20.

Nutricatio est, quę comprehensionem & latitudinem habens, appositio corporibus efficitur.

N Y

νυκτάλωψις dicitur, qui oculorum uitio laborat: ut cùm interdiu clarius cernat, adueniẽte nocte oculis fit hebetiorib.

Nyctilops. Lege, Exulcerationis ocul.

Nycteris herba, aliâs unguentũ Helenes uocatur ab Aëtio, Sermon. 12. cap. 5.

Nycteritis, magicũ uocabulum herbæ lacertę. De qua quid sentiant scriptores, in dictione Lacerta disseruimus.

Nycteritis, Anagallis Magicè.

Nympha, uel μύρτον, uel Epideris,

uel κλιτορίς, quæ interiacet ſubſultans caruncula in medio rimæ muliebris pudendi, paululū prominens, ſubrubicunda. νύμφη, in uulua prominens caruncula, quibuſdam adeò excreſcit, arrigiturq; non aliter quàm uiris penis, unde & uiri ad cöitum incitantur. Modum eius reſecādi, uide apud Paul. lib. 6. c. 70.

Nymphæa traditur à nympha nata zelotypa erga Herculem mortua. Quare Heracleam uocant aliqui. Alij Ropalon, à radice clauæ ſimili. Ruel. Teuton. Seeblūm/Dorſtrang/waſſer māhē: Paluſtris dicta, quòd aquoſa amet loca.

Nymphæa paluſtris, deſcribitur à Dioſcor. lib. 3. cap. 149.

Nymphæa, Dryopteris apud Dioſcoridem lib. 4. cap. 199.

Nymphæa, Thelipteris, uel Filix fœmina apud Dioſc. lib. 4. cap. 197.

Nymphodorus Medicus, citatur ab Aëtio ſermon. 9. cap. 49.

Nymphon, Nymphæa altera, apud Dioſc. lib. 3. cap. 150.

O B

OBambulantes febres, id eſt, periadiæ.

Obeliæ, panes Dionyſio ſacrificati; ſic dicti, quia uerriculis quibuſdā conſtipabantur, quos obeliſcos uocabāt: aut quia obolo uendebantur.

Obeſi quomodo curandi, uide. 14. Method. Galenus.

ὀβεσικὰ θερμασίας, caloris refrigeratio.

Oblamenia, Vitis nigra apud Dioſcorid. lib. 4. cap. 195.

Obligare, uulnus eſt alligare, faſcijsq; uinciri. Libro. 11. cap. 2.

Obliquus pulſus. Lege, Pulſuum differentiæ.

Obliſa uox, id eſt, apocope uocis: quaſi interciſionem & interruptionē dixeris.

Obolus. Vide, Vncia.

Obſcuræ cauſſæ. Lege, Cauſſarum alia.

Obſidia, obſidionem & inſidias notat. Columella lib. 9. cap. 7.

Obſoletior, ſqualidior, decoloratiorq;. Columella lib. 2. cap. 11.

Obſonium myrtatum, ex baccis myrti, quo olim uice piperis utebantur.

Obſopei, id eſt, boni coqui.

Obſtetrices dicuntur, quæ præſtò ſunt fœminæ parturienti. Dictæ ex eo, quòd opem ferant: uel, ut interpretatur diuus Ambroſius, quòd obſiſtant, ne fœtus recens editus, in terram diffluat. Plinius, & Ariſtoteles frequenter teſtimonia citant obſtetricum, tanquàm in rebus talibus peritiſsimarum. namq; diutino uſu, qui magiſter optimus, exercitatiſsimæ, non parùm multa melius nouere quàm medici. Columella lib. 7. cap. 3.

Obſtipum, uocabulo antiquo dicunt obliquum. Solent hypocritæ triſtes, & umbrati philoſophi, incedere ceruice obſtipo, & capite obliquato. Hinc exijt illud Perſianū. Obſtipo capite, & figentes lumine terram. Horatius. Stes capite obſtipo, multum ſimilis metuēti. Scribit Sueton. Tiberium fuiſſe ceruice rigida & obſtipa. Plinius noſter memorans ſigna ægrotantis ſuilli pecoris, quod à Columella dicitur obſtipum, dixit obliquum. ſic enim inquit. Index ſuis inualidæ: caudæ in radice ferę dorſo euulſæ, caput obliquum in inceſſu. Columella libro. 7. cap. 10.

O C

Oca, Anſer.

Occare, eſt glebas cōminuere, & quaſi occidere: unde et nomen. Quidā ab occęcando, occationis uocabulū dictum eſſe autumant. Hinc Occator, nominatur is operarius, qui facit occationem. Locus Plautinus hinc innotuit. Occatorem dicere debebas prius. Nam ſemper occant prius, quā ſarriunt ruſtici. Col. lib. 2. ca. 8.

Occultæ Fiſtulæ. Lege, Fiſtularum differentiæ.

Occultus abſceſſus, eſt interiorum corporum, aut inteſtinorum mutatio in purulentam materiam facta.

ὀχῶ, Ægyptiacè Atriplex.

ὀχύντικον

ὀχεύτικον ζῶον, efferatæ libidinis animal: cuiusmodi passeres & galli esse cernuntur.

Ochi, arbores similes ficis, ex quibus defluit mel horis matutinis duabus. Plinius lib.12.cap.8.

Ochia natiua, siue siluestris. Teut. aliâs Berggeel/Ochergeel.

Ochia factitia, Bleygeel.

ὀχθώδη, hulcus oras prætumidas habẽs.

Ochra quid sit, uide apud Dioscoridem lib.5.cap.99.

Ocharon, Theod. Gaza modo Eruiliam, modò Eruiale, aliquando Cicerum folio ut Cicerculæ oblongo dicit, uermiculis obnoxio.

ὄχθοι, tumores & extuberationes, sumpta metaphora ab alueis.

Ochthodæ, ulcera quæ oras prætumidas habent. Gal. lib.3. Method.

Ocimon, Basilienkraut, herba differt ab Ocymo, quod pabuli atq; farraginis quoddam est genus: ab ὠκὺς, quod ualet cito, siue ab eo, quod bobus aluum citat. Teut. Heydenkorn.

Ocneros, Ruscus apud Dioscoridem libro.4.cap.147.

ὄκνος. Lege, φινίς.

Octauius Horatianus omnẽ rem Medicam quatuor libris complexus est.

ὀκτάποδες, octopedes.

Oculi quatuor constant tunicis: neruo si sunt, & subiectorum colorum magnitudinũ & figurarum differentias percipiunt & decernunt, Galen. de definit.

Oculi domini. Maiores fertilissimum in agro, Oculum domini dixerunt: &, ut autor est Aristoteles in Oeconom.1. Persa interrogatus, quid equũ maximè saginaret: Oculus domini respondit. Itẽ Libycus, quod stercus agro foret utilissimum: domini inquit uestigium. Huc pertinet scitum illud Catonis. Frons occipitio prior est. quo eleganter significatur, frontem, hoc est præsentiam domini, & aduentum, plus prodesse fundo, quàm occipitium, id est, absentiam atq; discessum. Alibi tradit Columella, oculos & uestigia domini, res esse in agro saluberrimas. Columel. lib.3.cap.21.

Oculi sublimes, uocantur instabiles, & subindè commoti. 1. Prædict. Aphorismorum.13.

Oculi populi, Alberbröß. fructus Populeonis.

Oculi immutatio, id est, eius profunditas: atq; ex eo uocat oculus inminutus, ubi scilicet ipse seipso fit minor: Id quod Græci uocant ἀτροφίαν.

Oculorum morbi sunt: Phlegmone, Fluxus, & Exulceratio. Phlegmone tumor est oculorum, quùm rubescunt multo calore, neq; facile mouentur, & puncturis quidem afficiuntur, uexanturq;. Rheuma, delatio humorum tenuium, qui sine uoluntate effluunt, neq; contineri possunt. Exulceratio, est ruptio in tunicula cornea: quæ uel ictu, uel insigni inflammatione fit.

Oculorum anguli, qui propè nasum adiacent, Rhantires nuncupantur, ab humoris inspersione: aut παγαὶ, id est, pagæ, uelut lachrymarum fontes quidam: Canthos domesticos Medici uocãt. Anguli uerò in tempora uergentes, syluestres à neotericis uocantur. Paropiæ, παρώπιαι à Græcis, aut uerius παρώτιαι, quòd ad aures proclinentur. Nam Paropia nuncupantur etiam, quæ equorum oculos ambiunt coria.

Oculorum desyderiũ ὀφθαλμικὰ græcè, quasi pruritum illum oculorum existimes: Piziam uulgus uocat.

Oculos etiã uexant & hæ infirmitates: Nubeculæ, Obscuritates, Suffusiones.

Oculus, gemmula illa in herbarum surculis, primum germinationis argumentũ.

Oculus bouis. Lege, Cunicula.

Oculus Iouis, Aizöum, apud Dioscoridem lib.4.cap.91.

ὀκιμοειδὲς, Ocimastrum, quòd Ocimo folijs suis sit simile, syluestre Basilicon, aliâs. Teut. Wyld Basilien. Dioscorides lib.4.cap.31.

Ocymum, à nascendi celeritate dictũ est. nã à satu mox tertio die emicat. ὠκὺς, citus, celer. Sunt qui Ozymũ per z scribũt, ab ὄζω, quod redolere significat: quoniam ea herba (Latinis Basilicon dicta) suauissimum spiret odorem. Ruel. Basilien. Teuto. quòd regia domo digna sit herba, ob odoris excellentiam. Nam βασιλεὺς, rex est Græcis.

ὠκύμινον ἔλαιον, unguentũ ocyminũ.

Ocymoides, apud Diosc. lib. 4. cap. 31.

Ocymoides, Erinos herba, apud Dioscor. lib. 4. cap. 32.

Ocymoides, Chamæleon niger. Dioscor. lib. 3. cap. 10.

Ocymoides, Clinopodion, apud Dioscor. lib. 3. cap. 108.

O D

ὀδαξισμὸς, dentium, & gingiuarũ prurigines. sic etiam Paul. utitur lib. 1. cap. 8.

ὀδοντίασις, dentitio, & ægritudo infantium, quæ & ὀδοντοφυΐα uocatur.

ὀδονταγωγὸν, quod si interpretare, sonat, odontagogon, uel dentifricium. Olim, ut inquit ex Erasistrato Aurelian. Delphis in Apollinis templo, ostentationis tantùm gratia propositum, ex plumbo confectum. lib. 2. cap. 4.

ὀδονταλγία, dolor dentium.

ὀδοντοφυΐα, dentitio, siue dentiũ productio, apud Paulum lib. 1. cap. 9.

ὀδόντριμμα, id est, dentifricium.

Odor, est partis siccæ sapidæ, in pellucido corpore demistio. Ruel.

ὀδοὺς, dens.

Odynolion. Lege, ἴχνος ἐλαφεῖον.

OE

οἰδήματα, tumores.

Oenagra, frutex est arboris instar, amygdalino folio. de qua Diosc. lib. 4. ca. 119.

Oenanthe, Filipendula, & Saxifraga rubea. Teu. Roter Steynbrech. Dicta, quòd cum uino floreat. Leucanthon, à florum candore. Filipendula uerò, à numerosis & rotundis in radice capitibus, quæ quasi ex filo quodã pendere uidenť.

Oenanthe, à Theodoro Vitiflora exponitur, & describitur à Diosc. lib. 3. cap. 134. Plin. lib. 21. cap. 24. Alia ab ea quam lib. 5. describit idem Diosc. Illa enim in Vitium genere labruscæ flos est: hæc in herbarum censu, à Theophrasto inter coronarias plantas, & flores qui secundò per uer florent numerantur. Latissimè de utrisq; in commentario M. Verg.

Oenanthe, Sphondilion apud Diosc. lib. 3. cap. 88.

Oenantharion, id est, unguentũ œnanthinum, teste Paulo: qui non ob id sic nominatũ putat quod accipiat œnanthea, cùm sæpè fiat sine ea, sed à uino, & floribus lilij. Vtebantur hoc, inquit, ueteres à balneis, spargebant eo mensas, & nares linebant: & contra pestilentiam ualere iudicabatur, præsertim Posidomanũ, cognomento Mesopotamites.

Oenanthinum etiam unguentũ dici potest omne quod ex floribus fit unguentum. Aliud & priuatum, cuius meminit Dioscor. descriptione propria lib. 1. siue quod ex uino fit, & floribus lilij, quo ueteres utebantur cõtra pestem. Vide Barbari Corollarium. 58. lib. 1.

Oenanthe uitis labruscæ uua colligiť cum flore, cùm optimè olet, siccaturq; in umbra, & reponitur. Plin. lib. 12. cap. 22. Diosc. lib. 5. cap. 5. Paulo est uitis dome- Oenaria, folia uitis, à Poëtis sic [illegible]stica, appellantur.

Oenarion, ab Hippoc. Vitis appellať.

Oenas, græci οἰνὰς, id est, Vinago: ut interpretať Gaza magnitudine columbi: capitur autumno.

Onocrotali, olorum similitudine sunt, nec distare putantur omninò, nisi faucibus ipsis inesset alterius uteri genus. Huc omnia inexplebile animal cõgerit: mox perfecta rapina, sensim inde in os, deinde inferius in aluum ruminantis modò demittit. Gallia hos septentrionali oceano proxima mittit. Ælianus.

Oenogora. Lege, Garum.

Oenœ, uitis domestica, apud Dioscoridem lib. 5. cap. 1.

Oenopho-

Oenophoros, uitis domestica, apud Dioscoridem loco allegato.

Oenothera, idem quod Oenagra, apud Dioscor. lib. 4. cap. 119.

Oenomeli, hocipsum quod mulsum uocant uulgò. Quanquam alij sine uini mentione hoc intelligunt, simpliciter mulsum uocantes. Dioscorides è ueteri uino, austeroque, & bono melle factum, dicit præferri, lib. 5. cap. 9.

Oenopia, radicis nomen, qua hospitis ægyptiæ medicamentum extitit: de quo Poëta scribit. Miscuit actutum dulci medicamina uino, Vnde hylaris, lætusque mali & fuit immemor omnis.

Oenutta, herba qua gustata, corui & canes ebrij fiunt.

οἰωνίσαι qui sint, require in dictio. μαντικὴν appellant.

οἰκτίσιν, eam mortem uocat Paul. Æginetа, ubi inflammatione, uel aridi stercoris obstructione moritur quis.

οἰσπότην, ouium recrementum.

Oesophagus etiã stomachi appellatio est. Iuniores barbarè Isophagum uocãt: quo nomine Gulam intelligunt, qua defluit in stomachũ cibus, ubi etiam conficiatur. Lactantius hanc partem aluũ appellat. Plinius tamen Alui nomine accipit eam portionem, in quam medio adnexam umbilico, delabuntur cibi iam in uentre percocti, qui fit terrestrium, quibusdam denticulatæ asperitatis, alijs cancellatim mordacis. Hũc stomachi appellatione omnes ferè intelligunt. Nam & Galen. Os uentriculi, inquit, ut ueteres καρδίαν appellabant, ita nostra tempestate stomachus appellatur.

οἶστρος, Oestrum, Asylum latinè, apud Verg. tertio Georgic.

Oesypon, pecudum sordes, sudoremque feminum & alarum uocant, ad innumeros propè usus. Plin. libr. 29. Qui cùm sit uberrimus poëtarum commentator, lucem mihi indit Nasonis uersibus alioqui subobscuris, quæ sunt apud illum tertio de Arte: Oesyppa quod redolent, quàm uis mittantur Athenis, Demptus ab immundæ uellere succus ouis. Item in primo de Remedijs amorum: Pyxides inuenies, & rerum mille colores, Et fluere in tepidos œsypa lapsa sinus. Ab oue autem dictum est Oesypum, quam Græci οἶν uocant, quasi οἶος ῥύπον, id est, ouis sordes. Quomodo fiat, uide Diosc. lib. 2.

οἴσυπος, succidarũ lanarũ pinguedo.

O F

Offa, massula & frustum. Columella libro. 12. cap. 38.

Offæ, Græcè μαγίδες.

O I

Ois, Sorbus, Latinis, teut. Speirling/ Sorböpffel/ Sporöpffel. ab austeritate mala dicta.

O L

Olacitas, id est, grauis odor.

Olea conditanea, quæ aptè condiri potest.

Olea Arabica, baccis ferè nostratib. fungos cùm largi ceciderint imbres educens: qui tacti sole, in pumicem durantur.

Olearũ folia cur tempore brumali conuertantur, uide Gellium lib. 9. cap. 7.

Oleam sacram legimus appellari moriam: nomine inde dicato, quòd esset Palladi cõsecrata. Vide Cœl. lib. 7. cap. 19.

Olecranũ, quod extrorsum in brachijs prominet: unde apud Comicos ὠλέκρανον.

Oleitas, siue Oleias, ut Oliuitas, tempus est legendarum oliuarum.

Oleago, Chamælea, apud Diosc. lib. 4. cap. 182. Oleastellum. Ibidem.

Oleastellum, ab Oleastro forma diminutionis deducitur: tanquam olea hoc etiam nomine dicta sit, quia similis est baccæ oleastri, hoc est, oliuæ syluestris. Columella lib. 12. cap. 48.

Oleomel, græcè ἐλαιόμελι, in Palmyris Syriæ ex arbore fluit, melle crassius. Lege dictionem ἐλαιόμελι.

ὀλέθριον φάρμακον, id est, perniciosum.

ὠλεσίκαρπος, id est, frigipella, salicis epitheton apud Homerum Odyss. κ. μακραί τε αἴγειροι καὶ ἰτέαι ὠλεσίκαρποι.

Oletum,

Oletum,consitus oleis locus.

Oletulum,idem quod Oletum:uel humanum excrementum.

Oleum quoddam medicabile superna tat in stagno Agrigentino. Solin. ca.15.

Oleum album, Græcè ἔλαιον λευκόν. Vide Dioscor.lib.1.de Oleis.

Oleum,non alia ratione ab unguento differebat olim,quàm quòd in illo nulla est ex aromate aliquo ad maiores uires præparatio:in hoc,quoniam non satis esset oleum,& quæ illi ad odoris gratiam, uel ad sanitatem miscerentur.

Oleum Cicinum,uel Ricinum, è Cici arbore fit in Ægypto copiosa, ubi sine igne & aqua sale aspersum exprimitur, cibis fœdum,luminibus lucernarũ propter nimiam pinguedinem ineptum & obscurum.

Oleum Balaninum, græcè ἔλαιον βαλάνινον,quod è glande fit Ægyptia,quę Myrobalanos quoq; dicitur. Vide Dioscor.lib.1.cap.Balaninon.

Oleum maluatum,id est, maluæ.

Oleum ibiscatũ,id est,ibisci,uel altheę.

Oleum Hispanum apud Gal.3.de ualetudine tuenda,pro oleo omphacino, uel ὠμοτριβές.

Oleum Hispanum, inter astringentia annumeratur,à Gal.lib.1.κατὰ γένη.

Oleum Sabinum, oleum molle, à quo omnis adstringendi uis abest. apud Galen.3.de ualetudine tuenda.

Oleum picinum,lege,πισσελαίον.

Oleum Histricum, inter astringentia unguenta recensetur ab Galen.libr.primo,κατὰ γένη.

Oleũ omphacinũ, quod ex immaturis oliuis exprimitur.Græcè ὀμφάκινον.

Oleum inmaturum,oleum crudum, id quod Omphacinum,seu Omotribes.

Oleoptisanon,ex oleo & ptisana,familiare ueteribus lumbricis perimendis.

Oleum crudũ, id est, oleũ omphacinũ.

Oleum frigidissimũ,sic inscribitur Lumine maiore, quia ex herbis frigidis & uiridibus constituitur.

Oleum mandragoratum,ab oleo et succo pomorum mandragoræ.

Oleum Rosaceum,ab oleo & Rosis sic dictum.

Olfactus,à spiritu qui in nares descendit perficitur.Galenus in definit.

ὀλιγαρισία,præparcum prandium.

Oligochloron,cognomentũ Capparis.

Oligoron,Apocynon, apud Dioscor. lib.4.cap.84.

ὀλιγότριχοι,paucis capillis tecti.

Olinthi,inmaturi fici, idẽ quod grossi.

Oliuarum genera tria dixit Vergilius. Orchites,Radios,& Pausias. Vide Plinium lib.15.cap.1. Verg.item in Georg. De Oliuis lege Plinium libro.23. cap.3. Diosc.lib.1.Plin.15.cap.3.Palladium lib. 3.cap.20.Columel.lib.13.cap.47.

Oliua Licinia,Cominia,Sergia,Regia apud Plinium lib.15.cap.3.

Oliua Strictiua quæ manu legitur.Caduca,quæ cadit,& pertica,siue arundine decutit.Laudabilior est, quæ manu stricta colligitur.Colum.lib.12.cap.49.

Oliuitatem grammatici esse dicunt fructum oleæ. Verùm ut ego sentio, non tàm fructum oliuæ significat hæc dictio, quàm tempestiuitatem, tempus'q; oliuæ legendæ: ipsamq; collectionem tempestiuam,& ut dicam, uindemiã olei. Hoc docet ipse Columel. qui paulò mox inquit,Media est oliuitas,plærumq; initiũ mensis septembris,lib.12.cap.46.

Olidus, cessator homo, & cui ex ocio fœtent alæ.

Olinthus,Medicus,citatur à Galeno. ὄλιφα,id est.

Olla,siue aula uitium quomodo arbori bus contrahatur,require apud Theoph. libro.4.cap.16.

Olochrysum, Semperuiuũ apud Dioscoridem,libro.4.cap.91.

Olocyron,Aiuga, uel Chamæpitys apud Dioscor.lib.3.cap.176.

Olophyton.Capparis.

Olus chordum,Lege,Crithmon.

Olus,Manardus Ferrarien.existimat, sicubi

ficubi oleris mentio incidat apud bonos scriptores, Lactucam debere intelligi. Locus est libro nono, epistol.3.

Olus pullum, idem quod olus atrum, uel Hipposelinon, apud Dio.lib.3.c.76.

Olus, ab olla ductum est, ut inquit Varro: atque ei poëta ille Veronensis alludit, cum canit. Nõ olera Olla capit. In quo uersu, non pro uase fictili capitur Olla, sed nomen uiri proprium est: ubi plures er-

Olus atrũ, Hipposelinon, Groſſ (rãt. et Epffich. Fuchsio. Vide Dioscorid. libro.3.cap.76.

Olus marinum, apud Plinium idem, quod Brassica marina.

Olympias, sophista, & experimentator, apud Aëtium sermone.11.cap.29.

Olympicum medicum, nugonem appellat Galenus Method.lib.2.

Olympianicæ equæ dicuntur, quæ in olympico certamine uictrices sunt: sicut olympionicos uocant uictores, athletas in olympijs ludis. M. Tulli. Cùm Rhodius Diagoras olympionices nobilis, uno die duos suos filios uictores olympię uidisset. Apud Græcos esse Olympionicen, iudicatur propè maius & gloriosius, quàm Romæ triumphasse. Columella libro.3.cap.8.

Olyra, multorũ cõsensu, nostra est germanica Siligo: uitium tritici. Nam omne triticum solo uliginoso, post tertiam sationem conuertitur in Siliginem, etiamsi à Dioscoride uelut notissimũ germen, & semen (quod uehementer dolendum est) non describitur. Nam in nullis hodiè plus erratur, quàm in uulgatissimis, pro tritissimis, & quæ quotidiè edimus, pedibusque calcamus. Catoni quoque genus est tritici. Longa est eius in Plinio historia libro.18. neque in Theophrasto locus. Verùm in hoc omnes consentiunt, signa inter triticum & hordeaceũ esse. Plura de ea re in Comment. Diosc.

O M

Omœnomœnon, Glycyrrhyza, apud Dioscor.lib.3.cap.6.

ὠμικία, humerarius neruus.

ὀμματόφυλλον, id est, oculare folium: atque sic interpretatur Vlpiani interpres, βλέφαρον, id est, palpebram.

Omelesys. Lege, Polentam.

ὠμιγέροντες, senes qui cruda adhuc & uiridi senecta sunt, propterea, quòd adhuc ciuilia negocia obire possunt. Galenus lib.5. de sanitate tuenda.

ὁμοιόπυρον, quod est tritico simile.

ὠμοπλάται, scapulæ.

ὦμος, humerus.

ὠμοτριβὲς, oleum crudum.

ὠμοβόρον, id est, quod crudis carnibus uescitur animal.

ὠμοτάριχος, è thyño salsa caro dicitur, uulgò Thunnina.

ὠμοτάριχος, piscis, qui uulgò Thuñus.

ὠμὸς, crudum.

Ompnæ, triticum melle rigatum.

Ompni, cereales fructus: ut qui spirandi caussa sunt, ἀπὸ τοῦ πνεῖν.

Ompnia, nubes magna & auctior.

Omphacium oleum fit duobus generibus, & totidem modis ex olea & uite. Olea adhuc alba expressa, deterius ex druppa: ita enim uocatur, prius quã cibo matura fit, iam tamen colorem mutans. Differentia, quod hoc uiride est, illud candidum. Quod è uite exprimitur aminęa, eius confectionem uide apud Plin. lib.12. cap.27. & Dioscor. libr. 5. cap.6. & iterũ Plinium lib.4.cap.14.

Omphacomeli, hoc est, acerbum, siue acidum. Omphacolitis faciendi rationẽ. Vide apud Dioscor.lib.5.cap.24.

Omphalocarpos, Lappa, uel Aparine, apud Dioscor.lib.3.cap.103.

ὀμφαλὸς, umbilicus.

ὀμφαλοτόμος, obstetrix quæ umbilicũ infantibus præcidit, quòd & ὀμφαλοτομίαν uocant.

Omphalister, instrumẽtum quo umbilicus ab obstetricibus præciditur.

Omphalos atticè etiã imũ fici significat.

O N

Onager, asinus syluestris dicitur, cuius

pullos

pullos uocăt Lalisiones, Epigrammatista. Dũ tener est onager, solacꝗ Lalisio matre Pascitur, hoc infans & breue nomen habet. Tradit Plinius, mulum ex Onagro & asina genitũ, omnes antecellere. M. Varro. Asinorum genera duo: Vnum ferum: quos uocant Onagros. Columella lib.6.cap.36.

ὄγκοι, corporis meatus, uel pori.

Onchos, stercus bouinum.

ὄνις. Lege, Onistos.

ὄνοι πολύποδες. Lege, Onos.

ὄνοιχες. Lege, Vngues præter digitos.

ὀνειρωπόλοι qui sint, require in dictione, μαντικὴν appellant.

ὀνειρωγμὸς, seminis emissio in somno, ex imaginatione, uel repletione: à uerbo ὀνειρώττειν, quod significat somniare.

ὀνειρώττεις, quælibet insomnietas, & quando in totũ recessit ab ęgro somnus.

ὀνειρωγμοὶ, impudica insomnia, cum seminis emissione.

Onisculos, Nisculos uulgò apud nos uocant, inquit Manardus: quos Græci γῆς ἔντερα, quasi terræ intestina dixeris: nos Vermes terræ. Auicenna uocat Charatim, qui in fœtiniticetis, id est, fœtidis ac cœnosis locis reperiri consueuere. Lib.3. Epistolarum, Epistola prima.

Onistis, Apocynon, apud Dioscor. lib. 4.cap.84.

Onitis quid sit. Lege, Origanũ onitis.

ὄνις, stercus bouinum.

Onistos, piscis quem nos Asellum dicimus: duos in capite lapillos, & cor in uẽtre habens solus omnium. Hunc Græci etiam Banchon βάνχον, & Chellaren, sicue Gallariam appellant. Est & Mugilis genus, cognomento Banchos, id uidelicet, quod ab Aristotele Chelones dicuntur, omnium minimi. Porrò non desunt, qui inter pisces Onon, ab Onisto dirimant: Onon & Gadon uocantes, Oniston uerò Gallariam, siue Gallaridan, atquè Maxinon. Nam Onias Scari genus est. Sunt enim Scari, alij Oniæ, alij Æolii cognominati. Onistos porrò Hippocrati uulnerarium instrumentum est, ad luxata corpora. Ætius Oniston marinũ ad uitia interaneorum commendat: piscem intelligat, an uermem, incertũ est. Barbarus. Lege, Onos.

Onobletum, herba quædam linguæ similis, apud Hippocratem, quæ fœminarum profluuijs apponitur.

Onobrychis, radice gracili, nascitur circa fontes. Dioscor. lib.3.cap.171.

Onocardion. Vide, Labrũ Veneris.

ὄνοχες ὄνων, ungulæ asinorum.

Onocicides, id est, Gallæ rusticæ, & asininæ, quæ fungosæ, flauæ, atcꝗ magnæ, sunt minus efficaces.

Onocha, Ancusa apud Dioscor. lib.4. cap.26. Onochiles.cap.27.

Onocrotalus, olorum similitudinẽ habet solis faucibus differens, inexplebile animal. Plin. lib.10.cap.47.

Onogyros, herba aspera & spinosa: Vsus eius aduersus uenena, ut inquit Nicander.

Onoma, Ononis, Hedysarum, apud Dioscor. lib.3.cap.148.

Onone, Argemone.

Ononis, idem quod Anonis, apud Dioscor. lib.3.cap.20. Dicta Acutella, Remora aratri, Vrinalis. Teut. Hawhächel/Stallkraut/Stachdorn/Ochßenbrech. Trago. Ononis dicta, ꝙ asinos, quos Græci ὄνος uocant, sese terentes ad illam, scabentesꝗ iuuet. Est & alia Ononis cognomine Flomitis, quæ à Dioscor. Onosina dicitur: quanquã sint qui Onomida, non Ononida uocẽt. Dictam sic Phocion putauit, quòd asinos se ad illam terentes & scabentes iuuet.

Onophyllon, Anchusa, apud Dioscor. lib.4.cap.26.

Onosmoa qualis sit herba, uide apud Diosc. lib.3.cap.148.

ὄνος, Latine Millepeda, Centipeda, Multipedacꝗ. Græci ὄνισον ἢ τίλον uocant. Galenus κύαμον, à fabæ similitudine. Phocion ἴουλον. Notæ omnibus Millepedę hę, nullibi nõ in humidis & aquosis nascen-

ſis naſcentes. Græci à liuido colore ὄνος, quaſi aſinos eas uocauerunt. Antiquiores Romani è numero pedum Multipedes uocauerunt. Sunt qui Porculos etiam dici uoluerunt. Aliud genus Multipedæ habetur, quæ non arcuatur, Seps uocata, & Scolopendria minor: quæ per niciosa quoq; eſt. Eſt & locuſtæ quoddã genus, Millepedæ nomine. De Millepedis plura Plinius lib.29.cap.6.lib.3. capite.5. Dioſcor.lib.2. Ariſtoteles de Animalibus lib.5. Lege, Oniſcos.

Onos, locuſtarũ quędam, quę Apteros uocatur, id eſt, alis carẽs, ut inquit Paul. Hodiè Bruchum uocant, ſata rodentẽ.

Onuris, Oenagra idem, apud Dioſcoridem lib.4.cap.119.

Onychitis, Cadmiæ ſpecies, apud Dioſcor.lib.5.cap.75.

Onyſti, ſaxatilium generis piſces ipſi

Onyx, candorem unguis humani habet: uariat & ipſe in aliquot eius generibus. Plin.lib.37.cap.6.

Galeno.

Onyx item oculi pus, unguis ſimilitudinẽ referens, quod etiam nomen alteri affectui ab Celſo & alijs adſcribitur. Itẽ,

Onyx, Conchilij tegumentum eſt, ut inquit Dioſcor. ei ſimile, quo purpura integitur. Quod in Indiæ nardiferis lacubus inuenitur: ſuauem ideò ſpirans odorem, quòd Conchylia inibi nardi pabulo ueſcantur. Colligitur poſtquàm ſtagnantes aquæ æſtiuis ſqualoribus inaruerunt. Nonnulli Oſtracium uocant, alij Oſtracon: quidam (ut officinæ) Blactas Bizantias. Galenus Poma, hoc eſt, cauũ, ſiue, quod idem eſt, operculum, etiam in purpuris. Item Condylion, ut Paul. Æginetа. Sunt qui Ampullam unguenti ſic uocãt. ut Porphyrius Grammaticus. Cætera Dioſcor.lib.2. Plin.lib.32.ca.11.

Onyx, Alabaſtrites lapis, de quo lege Dioſcor.lib.5.cap.144.

O O

Oogala, pulticula ex ouo & lacte.

ὠὸν ἁπαλὸν, ouum molliculum. τροφίμον, quod nutrit.

ὠὸν ῥόφητον, ouum ſorbile.

ὠὸν σκλήρον, ouum durum, quod ita coctum eſt, quòd dureſcit.

ὠοτάριχα, oua ſalſa, inueterataq;. Nunc oua piſcium ſalita in offas, aut in paſtillos durata, incluſaq; membranulis, oua Taricha dicuntur, in lautiſsimos receptа cibos.

O P

Opaca, Onobrychis herba, apud Dioſcor.lib.3.cap.171.

Opalus, lapis precioſus, fulgẽs carbunculi igne, Amethyſti purpura, Smaragdi uirore, & incredibili mixtura lucis. Plura de eo Plinius libro.37.capite.6. & inibi de eius generibus, & uitijs, & experimentis.

Operimentum ſummũ in nucibus eſt, non lignoſum putamen, quo maturę nuces clauduntur: ſed quòd à principio lignoſum putamen illud ueſtit, appetente maturitate deciduum.

Ophiaſis. Lege, Capillorum affectus.

Opinchos, in cœlo ſupra Scorpionem conſtitutum eſt ſydus, ita figuratum, ut manibus anguem medium teneat: unde à noſtris dicitur Anguifer, & Anguitenens: à Græcis Ophinchos, qui dicunt ὄφιν ſerpentem, καὶ ἔχω, teneo. Quidam appellant Ophiulcum, ab eo, quod eſt ἕλκω, traho. Celebratior eſt prior lectio. Apud Higynum fabuloſa narratio eſt, quis fuerit hic Anguitenens. Habet in capite ſtellam unam, in utroquè humero ſingulas, in ſiniſtra manu tres, in dextra quattior. Totus conſtat ex ſtellis numero uiginti tribus. Columella libro undecimo, cap.2.

Ophioctona. Lege, σκολόπενδρα.

Ophiogenium, Elaphoboſcos, apud Dioſcor.lib.3.cap.78. ſic dicta, quòd ſerpentes uexet. Aliâs, Ophioctonon, id eſt, occidens ſerpentes.

ὀφιόγλωσσον, Latinis Serpentaria uocatur, à forma & figura quã refert. Teuton. Naterzunglin.

Ophiostaphyle,Capparis.

Ophiostaphylon,uitis alba, apud Dioscor.lib.4.cap.194.

Ophioscorodon, Apocynon, apud Diosc.lib.4.cap.84.Est & Capparis.

Ophis,inter alia, Dracunculus herba.

ὄφις,is serpens,quem nos uulgò anguē uocamus. Sic enim M. Vergilio uidet. Est & morbus capitis:dictus à similitudine serpentis.Cœl.

Ophites, marmor est serpentum maculis simile,à quo nomen. Dioscorid.libro quinto,cap.153.

ὄφρυς,herba est duorum duntaxat foliorū, Zweyblatt Germanis ob id uocata.

ὀφρύς,supercilium.fastus.

ὀφθαλμία,oculorum morbus ex interioribus caussis, & apostemate calido super pelliculis albuginis oculorum.

Ophthalmiā Iulius Pollux negat proprium aliquod oculorum esse uitium:sed in eo uerbo significari tradit cauitatē oculorum ex corporis ægritudine. Celsus & alij appellant lippitudinem, sicut Xerophthalmiam,quæ sit arida lippitudo: cùm nec tument,nec fluūt oculi,sed grauescunt. Lege,Taraxis.

ὀφθαλμικὰ,medicamenta oculorum.

ὀφθαλμὸς,oculus.

Ophion,animal ceruo simile,nimirùm pilis ipsis,& dentibus, ceruo tamen minus.Lege,Cemas.

Opinais.Lege,Belenium.

Opisthenar,extima manus pars: aliâs, pars syluestris.

Opistonomi boues,id est, retro pascentes in Libya, quæ Ægypto terminatur.

ὀπισθότονος, ubi in posteriorem partē contrahitur ceruix.

ὀπισθόκομαι, qui comam per tergū fusam alebant. cuiusmodi Hectoris comā describit Homerus.

Opium,rectius Opos. Lege,Opos.

ὀπώρα,primus autumnus,quo tempore uua,ficus,aliaq́; huiuscemodi maturescunt:quæ non tantùm hoc tempore,sed tota etiam æstate maturantur poma:qualia poma,pruna,cerasa,armeniaca, & alia huiusmodi pręcoqua.autor Paul.lib.1.Lege,Ponti nomen.

Oporæ.Lege,Pomi nomen.

Oporophylaciū. Lege, Pomi nomen.

Opotothecę,loca dicuntur ubi fructus reponuntur autumnales.

Opos,succus: atq; sic uocāt Medici succum papaueris: Officinæ, ut omnia suo more corrumpunt & temerant, Opium uocant.

ὀποβάλσαμον,succus balsami. collectionem eius & precium lege apud Dioscor.lib.1.Plin.lib.12.cap.25.

Opobalsamum uerum, uel ad nos non affertur:uel si affertur,tanti precij existit, ut totius antidoti precium præuertat.duodecim enim drachmas: præter id quod in Hedicroo apponi debet, tota Andromachi compositio recipit,quæ.18.libras parum excedit. Vix tamen crediderim, syncerum & recens afferri. Nam quod hactenus uidere potui,odore,colore,substantia, longè à qualitatibus ueri distabit. Sed & Gale.uarijs adulterari id modis queritur: inuenitq́; in optima Myrrha Opobalsamum, quod intra corpus assumptum, mortiferum esset: nisi fortè extra hoc periculum nos sumus, qui nō optima solùm, sed bona etiam Myrrha caremus.nam quæ Myrrhæ loco habetur,pro odore suauitatis,teterrimum uirus obolet. Hæc Manardus lib.6.

Opsago, Solanum somniferum, Dioscorides lib.4.cap.76.

ὀψοφαγικά,Athenęus uocat Obsoniorū instructiones,& ea quæ obsoniorū uice sumuntur, lib.1. Dipnosophistarum.

ὀπτικοὶ,nerui dicuntur,qui uisiuū spiritū ad oculos deferunt: quibus abscisis, accępto in temporibus uulnere perit uidendi facultas,tanq; extincta lucerna.

Optimè habere dicimus, animal, stirpem,& rem quàmlibet,cùm optimè suā functionem obit.ueluti ficus optima est, cùm optimos,plurimosq́; ficos affert: & sic de alijs.Galen.1.temp.

Optima

Optima corporis constitutio, si ad substantiam eius species, & quæ optimo têperamento fit, est, quæ figuram partium egregiè ad functiones comparatam habet. Ad hæc, quæ omnem tùm numerû, tùm magnitudinem, tùm omniû earum inter se contextum ad actiones idoneum exhibet. Vide Galen. 1. de sanita. tuen.

Optimus Medicus, qui cuncta operatur in medendi facultate, prout ratio dictat. Gal. in Definition.

O R

Orbiculata poma dicuntur sic à figura orbis eorum.

Orbiculata, herba Barbaro, & Dioscoridæ uidetur esse Clinopodion. In Coroll. Clinopodij uide Barb.

Orbiculata. De his mentio fit à Cœlio scribente: Mali orbiculati esse pasti uidentur. Plinius autor est, Orbiculata dici ex figura orbis in rotûditatem circum acti. Columella lib. 12. cap. 45.

Orbiculata, quibusdam Cyclaminos.

Orbiculi dicti sunt, quos uulgus uocat trocifcos, græcè τροχίσκους.

Orca, huius beluæ imago nulla repræsentatione exprimi potest alia, quàm carnis immensæ, dentibus truculentæ. Plinius lib. 9. cap. 6.

Orcæ, uasa sunt fictilia, quibus penora conduntur. Persius.

Menaq; quòd prima nondum defecerit orca. Apud eundem accipitur pro uasculo aleatorio, scribentê Augusto. Collo non fallier orcæ. Apud Plinium Orca belua marina formidandæ uastitatis & formæ. De orcis ficarijs, id est, quibus fici conduntur, sic inquit Plinius. 15. At ubi ficorum copia abundat, implentur Orcę, in Asia cadi. Columel. lib. 12. ca. 15.

Orci tunica, Anemone herba. Vide, Nardus Celtica.

Orchis, idem quod Cynosorchis. Latinè Testiculus canis, Teu. Knabêkraut. Vide Dioscor. lib. 3. cap. 142.

Orchites, testiculares oliuæ.

Orchis, species oliuæ est, & nomen Orchis, siue Orchites. Vergilius tria oliuarum genera dixit illo uersu:

Orchites, & radij, & amara posita bacca.

In codicib. mêdosis legitur, Orchades. Autumant Grammatici, Orchites dici à forma testium, qui Græcis ὄρχεις. Vnde & buteonem, quod genus est accipitris, Triorchen uocant; quia scilicet tres numero testes habet. Columel. lib. 5. cap. 6.

ὄρχεις ἱπποποτάμου, testiculi hippopotami.

Orchoselinon, idem quod Oreoselinon, apud Dioscor. lib. 3. cap. 74.

Oreoselinon, caule Anethi, de quo uide Dioscor. lib. 3. ca. 74. Teut. Teütsch Peterlin/Petersilien.

ὀρέσειον, id est, Helenium. Lege, Helenion.

ὄρεξις, cibi appetêtia: estq; ea uox Grecis tàm tetra in ea significatione, ut non sit ueritus in Satyra Pöeta latinus dicere. Rabidam facturus orexim.

ὀρέξεως προκλητικά, quæ appetentiam satiant.

Organum. Docet Vitruuius nomine Organi machinas significari multiphariàs in architectura. Columella libro tertio, cap. 13.

Organica, id est, instrumentaria, pars est chirurgiæ, quæ per cathacismum dispositionibus non naturalibus opitulatur, & per curationem non affecta ossa sanitati restituit.

Oribasius Sardianus, familiaris Iuliani principis fuit: à quo etiã κοιαίστορ Constantinopolitanus factus est. Scripsit Medicinæ libros. 72. ad Iulianum, eorumq; ἐπιτομὴν libris. 9. ad Eustathium filiû. Item de regno, & de affectib. Hæc ferè Suidas. Eunapius in Sophistarum uita sic. Oribasius, inquit, Pergamæus genere, in eloquentia pariter & medicina profecit: Iulianoq; propterea medicus fuit accersitus. Inuidia deinde succedentium Principum, rebus suis spoliatus atq; priuatus, in exiliû ad Barbaros missus est. Vbi tamen animo semper Philosophico instructus fuit. Tanta apud Barbaros

gratia,& in opinione fuit,ut ferè ꝓ Deo haberetur: placatis tādem Principibus, rediịt,bonaquē amiſſa recuperauit. Alij Pergamenſem faciunt. Quicquid ueterum erat commentariorum,in compendium contraxit:idq; ea diligentia,ut iam non alia legiſſe,ſed propria inueniſſe dicebatur. Vnde uulgò celebratū id de eo erat: ἄξιος ἐννοίας δίου ὀριβάσιος.

Oricola,herba cuius colore ueſtes inficiuntur,prouenit in inſulis Canarijs, ut inquit Aloyſius Nauigationis ſuę, ca. 8.

Oricularij Clyſteres dicti ſunt Contenchitæ:uteri Clyſteres Metenchitæ: Recti,Dyphones, quibus in ueſicā aliquid inijcitur:quos & Catheteres uocant gręci,lib.5.Method.cap.11.

Origanis,Marum,apud Dioſcoridem lib.3.cap.47.

Origanum, quòd montibus gaudeat, appellationē inuenit apud Græcos,ἀπὸ τοῦ ὄρους,id eſt,monte,et χαίρω,gaudeo. nam cliuoſis lætatur. Herodianus quòd uiſum exacuat,ab ὁρῶ uidere, & γανῶ, clarifico deriuat: quaſi aciem oculorum illuſtret. Ruel. Theodorus à ῥιγῶ,quod eſt algeo,fieri ῥίγανον, quaſi rigens cenſet,a,in o,mutata.

Origanum, & Origanus dicitur, producta quæ ante ultimam eſt ſyllaba. De Origano egit Dioſcor.lib.3.cap.30.Plinius lib.20.cap.17.Teuton. Wolgemůt/ Doſt/ſpecies Hyſop ſecundū Tragū.

Origanum,Chryſoſpermon, & Chryſogonon,apud Dioſcor.lib.4.cap.59.

Origanum Creticū,Origanū odoratū.

Origanum,Eryngium, apud Dioſcoridem lib.3.cap.23.

Origanum,Geranij genus alterum, apud Dioſcor.lib.3.cap.130.

Origanum Heracleoticum, ab noſtris Cunilaca,ſiue Cunila gallinacea,ab Heraclea Ponti dictum, teſte Plauto in trinummo,ubi inquit:In Ponto,ubi abſinthium fit, & Cunila gallinacea, ſub qua tàm Creticū,quàm Ægypticum intelligunt. Vide Barbar.in Coroll. Origani.

Origanum Heracleoticum,hiſſopo folium ſimile habet: de qua Dioſcorides libro.3.cap.30.

Origanum Onitis, candidior eſt folio, non diſſimilis hiſſopo. Vocatur & alio nomine Praſion.Quidā & Ornithis, id eſt,Gallinaceum. Dioſc.lib.3.cap.31.

Origanum ſylueſtre, folijs eſt Origani,ramis tenuibus palmum altis, in quibus umbellæ anethi inſunt. Dioſcor.lib. tertio,cap.32.

Orinda,panis ex orindio concinnatus, ſeminis id in Ethiopia peculiare genus eſt,ſeſamo perſimile.

Oris columella,uuula uulgò.

ὀρομαλίδες,poma quæ Theoc. in Bucolic. montana appellat,aliàs,ſylueſtria poma.

Orizelon, Aiuga,uel Chamæpitys, apud Dioſcor.lib.3.cap.176.

Orminon Græcis,Geminalis Latinis, Officinis Gallitrichū. Teut. Scharlach. Orminon autem dictum, quòd Venerem extimulet.

Ornios,Cheranion, Anemone.

Ornithię,Fauonium uentū,quidā Chelidoniam uocant,ab hirundinis uiſu,quę græcè dicitur χελιδὼν. Tunc enim incipit flare,cùm hirundines aduentant per uer. Nonnulli appellant Ornithiam, ab aduentu auiū,quæ græco uocabulo Ornithes nominantur. Flant autem uenti Ornithię,ut docet Plinius, uno & ſeptuageſimo die poſt brumam. Ariſtoteles quoq; in ſecundo Meteorum tradit,Ornithias flare poſt brumam, eſſe Eteſias debiles. De Eteſijs alibi plura. Columella lib.11.cap.2.

Ornithiæ item uenti ſeptentrionales per.30.dies eſſe ſolent, atq; cum hirund. aduenit. Quanq; alij legant Orithiā. Vide Barbarum in cenſura Pliniana. Sunt autem ad ſiniſtram ipſius Solani.

Ornithones, ſepta in quibus aues paſcuntur, græca dictione. ſiquidem ὄρνις dicitur auis & Gallina. Boëtius compoſuit Ornithogonia,id eſt,de auium generatione.

ratione. Lege Varronem, & Gellium, qui te docebunt quid sint Ornithones. Idem M. Varro Ornithoboscion nominat gallinaria, id est, loca quibus gallinæ inclusæ pascuntur. Columel. lib. 8. cap. 1.

Ornithogalum, gallinæ lac, cauliculus est tener, candicans, tenuis, sesquipedalis, tribus aut quatuor in cacumine mollibus agnatis: à quibus flores prodeunt foris herbacei, & cùm hiantes se pandūt, lactei. Inter quos diffectum ut miluo capitulum emicat. Vide Diosc. lib. 2. Plin. lib. 21. cap. 17. Sunt qui herbam eam, ab oui candidi figura, quàm radix præ se fert, dicant.

ὀρνιθοβοσκεῖον, gallinarum locus, ubi alūntur gallinæ.

ὀρνιθοτροφία, Græci ὄρνιθα gallinā uocant, & alitem, τροφὴν alimentum. Vnde Ornithotrophia, loca nominamus, quibus gallinæ inclusæ saginantur. Dicuntur & Ornithones. Generali uocabulo, sunt auium receptacula, Auiaria. Lata dictione nominantur Gallinaria. Columella lib. 8. cap. 2.

ὄρνιθες. Lege, Gallos Gallinaceos.

ὀρνιθόγαλον, quod si interpreteris, sonat, gallinæ lac. Lege, Ornithogalon.

Orobanche, ab Erui strangulatu nomen adepta est. nam eruum & cicer circumligando se necat, strangulatq; legumina, inter quæ nascitur. Ruell. Teuto. schwartze wynd/wynd in flachß ǎck-

Orobax, Pœonia, apud Diosc. (eren. lib. 3. cap. 158.

Orobelion, Pœonia. Diosc. loco citato.

Orobias, minores thuris guttulas ap-

ὀροβάγχη. Lege, Erui angina. (pellāt.

Orophe. Lege, Crocodilios.

Orobus. Teut. Eruen. Lege, Eruum.

Orphus, piscis. Plin. lib. 9. cap. 5.

Orrodia. Vide, Orron.

Orrhopygiū, Græci uocāt ultimam in animalibus renū partē, quę sedi superueniens, anū ex superiore parte integit, in auibus manifestiorē q̄ in homine. Non habet hæc pars latinam appellationem. Orron & Taurum eam uocant partē, quæ testiculos interiacet. Vnde Orrodiam, pro formidine interpretantur: quoniam in timore bruta eam obtegant partem, inserta cruribus cauda. Hinc ὀῤῥοπυγιστικὸν Melanurum uocant. Dicitur id item Perinæon, & Teramis, desinitq; in sedem quam δακτύλιον uocāt. A tauro apud Magicos deriuatur ἀταύρωτος pro uirgine, quasi sine tauro.

ὀῤῥοπυγιστικός. Vide, Taurus.

ὀῤῥὸς γαλακτος, serum lactis: de quo ui de Dioscor. lib. 2

ὀρθιάζειν, id est, arrigere se dicunt uuluę nymphā, cùm ad instar colis uirilis prominet atq; erigitur: id enim quibusdam mulieribus usuuenire, testatur Paulus. Teut. der Gyckel.

Ortigia. De Ortigijs lege Solin. ca. 18. ad longum: & inibi de Orthigometris.

Orthigometra. Lege, Ortigia.

Orthocola, uel stillosa dicuntur iumenta, quæ contractionem neruorum patiuntur in pedibus, & de capitibus ungularum calcant, & sunt rigidi articuli, plenasq; ungulas in terram ponere non possunt. Vegetius lib. 1. cap. 54.

ὀρθόκρος φρίκη, apud Sophoclem uocatur horror, pilos surrigens, uelut ὀρθὸθριξ dictum.

ὀρθοπνοία, creber anhelitus ex pulmonis uitio. ἀπὸ τοῦ ὀρθός καὶ πνόη. Vocatur & ἄσθμα.

Orthopnæa, creber anhelitus, rectus, qui quantùm trahitur, tantùm extra ejicitur. Dispnæa uerò suffugium nominatur, semper interius ad se trahens anhelitum. Peripneumonia celerior passio, nō sine febribus. πνοή, spiritus, seu flatus. ὀρθός, rectus.

ὀρθόστασις, affectio ubi surrecti stamus, neruis posterioribus contractis.

ὀρθοβόας, gallus gallinaceus. Sic Alexander regis frater Alexarchus eum uocauit, quòd mane titillaret.

ὀρθραγορίσκος, lacteus porcellus. sic dictus, quia sub matutinis olim uenales

erant eiusmodi porcelli.

Ortygia, Plinio Plantago.

Ortyx, Plantago apud Theophrastū.

Oryges, ex genere caprarū sunt, à quibusdam soli dicti contrario pilo uestiti, & ad caput uerso. Iuuenalis. Et getulus oryx. Item Epigramatista: Sæuus oryx constat, qui mihi morte canum. Scribit Plinius, Orygem esse unicornem, & bisulcum. Idem tradit in Aphrica generari Orygem perpetuò sitientem, ex natura loci potu carentem: cùm mirabiliter efficax sit ad remedia sitientium. Namquè Getuli latrones eo durantur auxilio, repertis in corpore eorum saluberrimè liquoris haustu uesicis. Colum. lib. 9. cap. 1. Hæc bestia orientem Caniculam contuetur, & adorat; nasciturquè præcipuè in Getulia.

Oryposis, malum, quando ungues obuncantur: quod tabidis interdum accidere uidemus.

Oryza, Reiß / frugum generis est, in paluítribus, riguisq; nascēs, mediocrem cibum præstat. Quidam hordeum Galaticum, quia graue sit, atq; candidum, appellant: peregrinum initio semen, ex Indiaq; primo ablatum, simile Zeæ, aspectu Lolij, magna parte in aquis, cubitorum quaternum altitudine: cæterum effundit non spicam, sed milij modo ac panici iubam. Hodiè in multis locis prouenit, cæpitq; seri etiam in Germania.

O S

Os, pars ea, qua cibum recipimus. Aristot. lib. 1. de Natura animalium.

Os quidem, secundùm Platonem, est medulla à calore cōcreta. Secundùm uerò nonnullos Medicos, est compactio terrea, solida, & sensus cuiusuis expers, sine sanguine. Sensus inopia, atq; inæqualitas chartilaginum unguium, communis est. Aliter. Ossa sunt corpora sicca, terrestria, frigida, & sensus expertia. In ossium concauitate medulla est cōtenta, pinguis, sine sensu. Galen. in Definit.

Os genitale, partem hanc pudendam nuncupari accæpimus, quā uulgus hodiè uuluam. Idē carnis tuberculum hiulcum, bifidumq; nominat Bonaciolus.

Os maius, quod totum fert crus.

Os mundi, Christoffelskraut/Deckwurtzel. Aphace.

Os sacrū dicitur, ubi desinūt sphondyli, à lato incipiens, in angustum desinēs, ubi coccyx est, quæ & sphōdylion, & orrhopygiū nominatur. Vide ἱερὸν ὀστοῦν.

Os uentriculi, sæpè per abusum pro stomacho usurpatur. Galen. de sectione uenarum libro. 1.

Os uentris magnum, ubi cōhæret stomachus uentri.

Ossa duobus modis sunt composita: articulo, & conglutinatione. Commissura, est ossium immobilium: Articulus, est ossium secundùm naturam uolubilium.

Ossa concreta habentes, nunquàm sudauerunt, neq; sitiuerunt. De quibus rationem apud Solinum lege cap. 4.

Osseæ membranæ, quæ Græcis περιόστεοι, quasi undiq; ossa continentes.

Ossium dolor, ὀστεοκόπος.

Os uteri, uulua.

Oscedo, in mandibularum musculis & thoracis proueniens affectio, qua rictus deducitur. Vel,

Oscedo, oris graueolentia. Alicubi pro oris uitio accipitur apud scriptores. Vide Aulum Gellium lib. 4. cap. 20.

ὄσχεον, communis omnibus interioribus testiculorum sinus: scrotū nostri uocant: isq; ab ima parte medijs tunicis leniter innexus est, à superiore tantùm circundatus.

Osciua lupinorum dicuntur à Colum. ea Pli. noster uocat umbilicos, cuius uerba subscripsi: quæ sunt hæc, cum uerbis Columel. congruentia. Condi lupinos in fumo maximè conuenit: quoniā in humido uermiculi umbilicū eius in sterilitatē castrant. Videntur autem dici Oscilla, quasi parua ora tertio gradu diminutionis. unde & oscilla Vergiliana commodè deduci possent: quàmuis Grammatici aliter

aliter enarrent.quibus nõ assentior. Quidam malunt legere Oscilla lupinorum, quasi ossa minutula, uocabulo ab osse, non ab ore deflexo. Verùm agricolæ sunt per hoc cõsulendi. Mos fuit priscorum, ut oscilla fictilia, id est, imagunculæ, & sigilla uenderentur, quæ homines per se, & pro suis capitibus in sacellum Ditis offerrent in festiuitate sigillariorum. Columella lib.2.cap.10.

Oscines aues, quę ore canunt. quod nõ felix semper signum.

Osculum, uentriculi stomachus. De quo uide Galen. de Sympt. caussis, lib.1.

ὀσίριδ☉ διάδημα, Osiridis diadema. Lege, Halimum.

ὀσμὴ οὐκ ἀηδής, quod odore est non ingrato.

Osmon, Medion herba, apud Dioscor. lib.4.cap.21.

ὀσφὺς, quam & ἰξὺν uocat Gale. in descriptione corporis humani, pars ea, deficiente latina appellatione, lumborum nomine indicata est.

Ossifraga. Lege, φινίς.

Ossifragus differt ab ossifraga. Quia ossifraga septimum genus est aquilæ, ea uidelicet, quæ barbata fertur, & Sanqualis: Ossifragus uerò spurius est, & generis postremi.

Ossifragus. Lege, φινίς.

ὦσαι, uenti in terra, qui sub impetu terræmotus, uno obnixu subuertunt quod impulerunt.

ὀστεολογία, ossium interpretatio.

ὀστοκόπον Gal. interpretatur lib.3. de tuen. ualet. quasi ossium dolorem.

Ostracites, lapis testæ similitudinẽ habet, globosus, & in laminas fissilis, quo mulieres ad detrahendos pilos pro pumice utuntur. Diosc. lib.3.cap.156.

ὀστρακόδερμοι, Ostripelles.

ὀστρακόδερμα, omnia eiusmodi animantia quæ testa teguntur sicciori: propterea quòd cutis ijs ostraco. i. testæ adsimilis est.

Ostracon, id est, scabrum, incuruum, Balsami fruticum species secunda.

Ostracum. Lege, Onyx.

Ostrea, lege, Purpura, conchæ genus.

Ostrea, et conchas uocamus omnia quę testis integuntur. Aristoteles lib.1. cap.6. de animal.

Ostrea fœminino genere dixit Quintus Serenus. Quo etiam genere nomen ipsum usurpatum est, cùm ab Aulo Gellio, tùm à Macrobio.

Ostryn gignit Ægyptus & Syria: quã & Ostryam uocant, solidariam, circa saxa aquosa, similem fraxino cortice & ramis, folio pyri, paulò tamẽ longioribus, crassioribusq́. Plin. lib.13.cap.21.

Osyrias, eadem quæ & Osyris, apud Dioscor. lib.4.cap.144.

Osyris, herba Sphondilion dicta, apud Dioscor. lib.3.cap.88.

Osyris item frutex est niger, lentus, ramosus, folia item nigra. De quo uide Diosc. lib.4.ca.144. Teut. Scheissskraut/ Nabelkraut/ Harnkraut/ wylder Flachß/ Krotten Flachß/ Flachßkraut/ wyld Wolffsmylch/ Lynkraut/ Geel Rittersporen. Tragus Cynocephalũ herbam uocat, Teut. Hundtskopff/ ob similitudinem florũ cum capite canino.

Osyrites, Osyris herba est.

O T

ὠταλγία, aurium dolor.

ὠτέγχ☉, ocularius clyster.

Otis, auis bubone minor ast, noctuis maior, auribus plumeis illi eminẽtibus: unde nomen illi. Plin. lib.10.cap.23.

Otides, perdicum similes sunt, obesitate autem, corporisq́ pondere parùm se alis attollunt: quapropter canibus se obnoxios quodammodo cognoscentes, ad eorum latratum extemplo proripiunt se se, latitantes inter frutices. Ælianus.

Othonnam, inquit Diosc. aliqui maioris Chelidonię succum esse aiunt: alij succum è floribus corniculati papaueris expressum: alij ꝑmistos cæruleæ Anagallidis, Hyoscyami, & Papaueris succos esse contendunt: alij Trogloditicæ herbæ succum: nasciq́ in eo Arabiæ tractu, qui ad Ægyptum spectat. Lege Dioscoridẽ lib.2.

lib.2.cap.202.& inibi Commentarios.
Otonite,auiū morbus,ἀπὸ τῶ ὤτων.
ὠτικοὶ κλυστῆρες,auricularij Clysteres.
ὠτικὸς κλυστὴρ,Clyster auricularis.

O V

Ouo Hypenemea,quasi subuentanea, quæ citra maris cöitum gignuntur.
Oua subuentanea,id est, Hypenemea.
Oua Zephyrea, à Fauonio sic dicta,id est,subuentanea.
Oua Pythagoræ,κύαμοι dicta sunt: iussit q; non à fabis, sed ouis abstinere Pythagoras.
Oui putamen in aceto liquatum & maceratum liquescit,& mollius fit.
ὠὰ ἰφθὰ,quę inmodice aria,& plus paulo rophetis.
ὠῦ ἐρυθρὸν,oui luteum.
Oua Teganista, à patellis & sanguine dicta,succi deterrimi.
ὠὰ ὀπτὰ,tosta cinere.
Oua exopheta, siue πνίκτα, hoc est, quæ in aquam calidā mittuntur,immerguntur q; cum garo,& uino, & oleo co quendo lento tantùm igni,ac modice cöagulāda,ut inquit Paulus.Nam & quoddam obsonandæ carnis genus πνικτοὶ uocant,quod haud multum distare Barbarus existimat ab eo, quod dicitur ἀγὰ ξρασον.
Ouum durum,siue igne duratū,quod extrema coctura ad eam duriciem peruenit, ut commanducari & teri dentibus possit.
Ouum tenerum,siue molle,quod ulteriore coctura densatum quidem, non tamen duratum penitus fuit.
Ouum sorbile uocatur,quod in coctura concepto tantùm calore, uix densari incæpit, & liquidum adhuc calet potius quàm coctum sit.
Ouum elixum & semicoctum, id est, molliculum.
Ouū.De ouis,et eorū ituuamentis,lege Dioscor.lib.2. Vide &,Didymus.
Ouipera animalia quæ oua pariunt. ut aues ferè omnes.

Oues rejculæ, quæ ætate, uel morbo graues rejciuntur.

O X

Oxalis,Acerosa,à sapore uocata: quòd in gustu acorem planè resipiat. Romani hanc propriè Rumicem appellarunt: q; ab ea succus,tanq̄ è mamma,quæ ueteribus Rumen dicitur,exugi ab sitientibus soleat. Verg.in Moreto. Fœcundusquè rumex maluæ, uiolæ q; uirebant. Ruel.
Oxalme. Lege,Garum.
ὀξεῖα,acuta,acetosa.
Oxingion,nunc aceti fæcem, nunc axungiam significat.
Oxolæon,acetum oleo mistum.
Oxsartycos Græci libros dicunt, quibus condiendi præcepta continentur.
Oxsartysia, artificium cibos cōdiendi.
ὀξυάκανθα, acuta spina, quam Pyrianthen,aut Pyrinam aliqui uocant. Arbor est pyrastro similis, spinosa, & minor. Baccas profert myrti,plenas,rubras, fragiles,& intus nucleum: radicem multifidam,altè descendentem Hermol. Barbarus,acri uir iudicio, à ruralibus Crispinā quoq; dictam existimat, quasi acrem spinam:ex cuius acinis etiam uinum conficitur, Crispinum uocatum, eodem ferè usu quo uinum ex malo punico:unde mihi suspicio fit, esse forsan spinam, quam nos,& uulgò officinæ Berberim uocāt. nam & ex Berberis baccis uinum cōnficitur,quod mali punici uinū æquat: nec uideo quid possit cōtradici. Teut. Erbßel/Saurauch/Paisselbeer/Versich.
Oxybaphi meminerunt Aristophanes & Pollux. Plin.in.20. differens de Fœniculo,sic scribit, Idipsum condimentis propè omnibus inseruit, oxyporis etiam aptissimè. Ex eodem quoq; genere est Oxygarum.sic enim uocant liquamē Græci cum aceti mixtura conditum. Plinius in trigesimoprimo docet, liquoris exquisiti genus esse quod garon uocaure:quod olim conficiebatur ex pisce,quē greci garum uocabant: unde & nomen. Postea ex scombro pisce laudatissimū factum

ctū est, appellabantq́; garum sociorū. De oxygaro ait Martialis, inter lactucas, oxygarumq́; uber. Colum. lib. 12. cap. 56.

Oxybaphi mēsura. i. mēsura acetabuli.

Oxycedrus, id est, Cedrus acuta: atque hanc propriè cedrum uocare malūt, quæ acutior, durior, spinosior.

Oxycratum, acetum aqua mistum: aliàs posca, uel pusca. Nam utrunq́; uideo usurpari.

ὀξυδορκία, acuties uisus, claritas oculo

Oxygalam, docet Plin. appellari (rū. butyrum, quod in summo fluit & super natat: cuiq́; exempto, sal & oxygala, alio modo, uidelicet recens lac cum acido lacte miscetur, acescitq́;: quod & utilissimū stomacho. græcè dicitur ὀξὺς, acetum, καὶ τὸ γάλα, lac. Inde copulatis dictionibus fit oxygala. Galenus meminit casei, quē oxygalacticum appellat. Nunc noster Columella plurimis condimentis docet oxygalam fieri. Columel. lib. 12. cap. 8.

Oxyglycus, ex acoro, & dulci aliquo medicamēto, composiū medicamentū.

Oxygarum. Lege, Garum.

ὀξυλίπαν, panis genus cum aceto confecti, cuius olim in dysenteria erat usus. Lege Galenum. 8. Method.

Oxylapathon uocant, quod in acutum tendit, prædura habens extrema, non nisi paluſtribus nascens. Trago Grynd-wurtz/Zitterßwurtz/wylder Ampffer/wylder mangolt/Straußlattich. Streyffwurtz. Aliud est satiuum, illi dissimile. Lege, Acetosa. Teuto. Teütsch Rhabarbarum.

Oxyliparum. Lege, Garum.

Oxymala. Lege, Malus medica.

ὀξύμελι, Acetum Mulsum.

Oxymel, uoce græcanica uocauerunt uinum ex aceto & melle factum. Nam ὀξὺς, dicitur Græcis acetū, & μέλι, mel. Fit autē Oxymel hoc modo. Mellis decem libræ, cum aceti heminis quinq́;, hæc decies subuferuefaciunt, atq́; ita sinunt inueterare. Themision summus autor, damnauit oxymel, & hydromel. Est aut em Hydromel uinum ex aqua & melle factum: unde & nomen. Celebrant autores & omphacomel, quod fit ex uuæ semiacerbæ succo, & melle fortiter trito: unde nomen. Græcè enim ὄμφαξ dicitur uua acerba, & ὄμφακας, uocant uuas & fructus immaturos. Hinc omphacinum oleum dictum, quod ex oliuis acerbis, quas uocant drypas, & omphacium ex uua, quod uulgò agreſte nominitant. Columella lib. 12. cap. 55.

Oxymelitis compositionem, lege apud Galenum. 4. de sanitate tuenda.

Oxymyrsine, Ruscus apud Dioscoridem lib. 4. cap. 147.

Oxymel passularum, ab aceto & melle, & passulis dictum.

Oxyphyllon, Geranium alterum apud Dioscor. lib. 3. cap. 130.

Oxyphyllon, Trifolium apud Diosc. lib. 3. cap. 122. Teuto. Spitzer Klee/der wolryechend Klee/Syben gezeit.

Oxyporū. Condimenta quibus ineſt acetum, quæq́; aceto diluuntur, generali uocabulo uocant oxypora, Græcè em τὸ ὀξὺς, acetum dicunt. Ex eodem genere est oxybaphon: quasi dicas, intinctum aceti. Quanq́; oxybaphon uas quoq́; sit acetum continens. ut docet Suidas.

Oxypora pharmaca. i. cito penetrātia, describuntur ab Aëtio, serm. 9. cap. 24.

Oxypternos, oxysthmos apud Diosc. lib. 4. cap. 55.

ὀξυρόδινον, acetum roseum.

ὀξυρεγμία, ructus acidus, indigestus.

ὀξυς, Trifolium est acetosum, Officinis Alleluya, uulgò Panis cuculi. Vel quòd eo cuculus auis uescatur: uel quòd dùm erumpit, cuculus uocem suam edere incipiat. Teuton. Sawrer Klee/Büchampffer. Vide ὀξυτρίφυλλον.

Oxysachar, cum saccharo mistum acetum, idq́; uice mellis.

Oxyschinos, Solis supercilium, Iuncus marinus. Teut. Glatt Byntzen/Mörz Byntzen/Wandt Byntzen/Trago.

Oxytonon, papauer erraticum, apud Dioscor.

Dioscoridem lib.4.cap.67.

Oxytonon, papauer satiuū apud eundem Dioscor. lib.4.cap.68.

ὀξυτρίφυλλον, id est, Trifolium acutū. Vulgò interpretari audio Alleluia, uel Acetosellam, herbam humi repentem, & acetosæ saporem referentem, floribus albis. Teut. Büchampffer/Sawrklee/Guckerslauch/Saur waldampffer/Gauchbrot/Haßenklee.

O Z

Ozena, polyporum piscium generis: dicta à graui capitis odore. Plinius libro 9.cap.30.

Ozeni. Lege, Casia.

Ozenitis, nardus uitiosa. Pli. li.12. c.12.

ὄζαινα, notissimum medicis in naribus malum, & quod ab ingrato odore nomē inuenit: carnis corruptione illic factum, ferè incurabile. Paulus.

ὄζοι, in minoribus & plærunq; annuis plantis geniculi, unde folium germine et siliqua profertur: quale in harundine, graminisq; radicibus est uidere. In maioribus arboribus nodi uocantur: unde se noui proferunt surculi & rami, qui certo spacio inter se distantes bini, triniue, & aliquando quaterni (ut in abiete) prodeunt. Sæpè etiam rami uocantur ὄζοι in alijs scriptoribus, quoniam ex illis rami primum tument. Meminit & Marcellus Vergil. annotatione in Dioscoridis Cinnamomum lib.1.

Oxycroceum. Lege, Emplastrū oxycroceum.

P A

PAdus, quem Oribasius interpretatur, Attalius Medicus.

Pagonaton, Tussilago uel Bechion, apud Dioscoridem lib.3.cap.124.

Pagri, pisces marini. Plin. lib.9. cap.16.

Paguri, cancrorū genus. Plin. li.9. c.31.

Pala, arbor Indiæ, foliū eius alas auiū imitatur, longitudine triū cubitorum, latitudinis duûm: fructū ē cortice emittit.

Pala, ut inquit Strabo, purgatioris auri gleba, semilibralis: à quo translatum id nomen est ad alia. uocatur, flos æris etiam Pala.

Palacas, massas auri uocari in Hispania, autor est Pli. repertas in puteis decussis pondere: quas & Phalaceanas uocant.

παλάθη, ficus fructus.

Palare uites, id est, palis adminiculari, & pedamentis fulcire. Col. lib.11. cap.2.

παλαιότερος τυρὸς, uetus caseus.

Palato agitare, latinius pro eo quod uulgus medicorum, dicit Gargarizare: licet Græcis sit γαργαρίζειν.

παλαιὰ ῥεύματα, uetera hulcera.

Paleas membranas illas intellige, quæ sub gutture gallorum sunt pendulæ, tanquàm quędam palearia. Verg. pendent palearia mento. M. Varro, Palea rubra subalbicant. Columel. lib.8. cap.2.

Palęstes, palmus minor. 4. digitorum.

Spithame, palmus maior, digitorum. 12.

Paleurgi. Lege, Corium.

Palimpissa, id est, pix liquida decocta, & in spissam cöiens, quo in genere quædam uisci modo lentiscit. Dioscor. libr.1. Breuiter, nihil aliud est, quàm cocta bis resina. Vocatur & βόσκας.

Palindoria. Lege, Corium.

Paliurus à Manardo differitur libr.9. epist.3. frutex est, alicubi tamen etiam arborescens.

Paliurus fruticosior loto, magisq; rubens: cuius nucleus non simul mandit: iucundus p se, atq; suauior est uino, quin & uina succo commendans. Circa Carthaginem Punicum malum sibi cognomen uendicat: aliqui Granatū appellāt. Apyrinōa uocant, cui lignosus nucleus abest. Vide Plin. lib.13. cap.19.

Palladius, Rutilius, Taurus, Æmilianus, Abbreuiator Catonis, Varronis, et Columellæ, scripsit de re rustica per singulos menses.

Palma in Ægypto gignitur. Sunt eius multa genera, multæque descriptiones: quare ad autores remittimus, ad Diosc. lib.1.

lib.1.Plin.lib.25.cap.5.lib.13.cap.4.Theophrastum lib.1.cap.2.lib.3.cap.5. Plinium item libro.12.

Palmæ fructus, sunt Palmulæ, quæ in autumno, anteq́ maturescunt, colliguntur. Diosc.lib.1.cap.129.Plin.lib.23.cap.4.Theophrast.hist.plant.lib.3.

Palmas relinquito. Vitis, ut docet M. Varro, dicta parilęma est à pariendo: deinde mutatis literis, palma. Colum.libro de Arboribus cap.10.

Palmæ nomine uitis item significatur. Columella lib.3.cap.17. Est enim Palma maius uitis flagellũ, unde nascũtur uuæ.

Palmæ id tantùm meminisse in discursu libitũ est, quod & Gellius lib.3.noct. Attic.cap.6.ex Aristotele.7.Problematum annotauit, & Plutarcho.8. Symptomatum. Si supra Palmæ arboris lignum magno pondere imponas, ac tàm grauitèr urgeas, oneresq́, ut magnitudo oneris sustineri nequeat: non deorsum palma cedit, nec intra flectitur, sed aduersus pondus resurgit, et sursum nititur, recuruaturq́. Propterea inquit Plutarchus, in certaminibus palmam signũ esse placuit uictoriæ: quoniam ingenium eiusmodi ligni est, ut urgentibus, opprimentibusq́ non cedat.

Palmam quatuor digitorũ metitur. Vitruuius Archit.

παλματία, flatus qui in ipso terræmotu quassabundi, atq́ utroq́ declinantes, uibrantesq́, quod mouerint semper erigunt: Vibratoresq́ ob hoc dicti, efficiũtq́ę terræmotũ tremori non dissimilem.

Palmes pampinarius. Duo genera Palmitis. Quòd è duro exit, materiamq́ in proximum annum promittit, Pampinarium uocatur: Alterum, fructuariũ. Columel.lib.4.cap.24.

Palmipedalis deponi. Dicitur malleolus palmipedalis, qui habet longitudinẽ pedis & palmi. Palmum autem constare digitis quaternis, docet Victruuius. Pes constat ex palmis quatuor, hoc est, digitis sexdecim. Cubitus ex sex palmis, id est, digitis.96. Columel.lib.3.cap.19.

Palmites dicũtur, qui è stirpibus ac surculis quotannis prodeunt. Dicti, quòd in modum humanarum palmarum, uirgulas quasi digitos edant.

Palmes ueteribus duplex fuit. Minor, digitorum quatuor erat, Græcis παλαιστὴς uocatus. Maior, digitorum duodecim, σπιθαμὴ dictus.

Paludapium, Eleoselinum, apud Dioscor.lib.3.cap.73. sic dictum, quia in paludibus nascitur, folio raro, nec hirsuto: simile apio sapore, figura, odore.

Palumbarius, accipitris nomẽ, uel chal(cis.

Pampechion. Lege, Pechia.

παμφόρος, omnia facilè ferens. Terræ & regionis epitheton feracioris.

Pampinare uineam, est pampinos superuacuos detrahere. Arbusta pampinari, non est moris. Nam, ut inquit eleganter Plinius noster, Plurimæ arbores amputari sibi uolũt, onerosa & superuacua: sicut nos unguem & capillum. In pampinatione non hos oportet pampinos detrahere, qui cum uua sunt. Col.lib.13.ca.10. Hinc pampinator. Colu.lib.4.ca.17.

Et Pampini, uitiũ capreoli. Sunt & frondentiũ ramusculorum comæ, coliculiq́, fructum fouentes, & ab impendẽte uindicantes iniuria.

Pampinella parua, quę & Pimpinella.

Pampinus, Hedera Helix. Bar. Corol.

Pamphilus de Simplicib. nugatus est quædam, literis ea mandans quæ nunq́ uidit: ut inquit Galen.7.Simpl.

πάνυφρος, id est, tota uita mollis, et qua si omnia uorare uolens, enirattisq́. Sic dictus est quondam Sardanapalus.

Panace, ferula sui generis, quinq́ cubitorũ, folijs primo quaternis, mox senis, in terra iacentibus, ampla magnitudine, rotundis, in cacumine uerò oleagineis: semine in muscarijs dependente, ut ferulæ. Excipitur succus inciso caule. Plinius lib.12.cap.26.

Panacia Mithridatis, tussiculę subueniens pharmacũ, apud Aëtiũ. Serm.8.55.

Panacia,

Panacía, Liguſticum, uel Lybiſticum apud Dioſc. lib. 3. cap. 56. Alias, Panaces.

Panaces Heraclium, Origanum ſylueſtre apud Dioſcor. lib. 3. cap. 32.

Panaces Chironion, in Pelio monte maximè prouenit: ab inuentore ſic appellatum. de quo Dioſcor. libr. 3. cap. 55. Wundtkraut mit den langen bletteren.

Panaricium, audio interpretari morbũ, qui Germanicè uocatur, der wurm/ oder das vngenañt/ frequens in manuum digitis.

Panaricius, Paronychia, idem. Lege, Panaricium.

Panax nonnullis Heraclium dicitur, ex quo Opoponax colligi ſolet: autor Dioſcor. lib. 3. cap. 53. Hunc Angelicam fore, Tragus cõtendit. Teut. Angelick/ heyligẽ geyſt wurtzel/ Bruſtwurtzel.

Panax Aſclepij, uel Panaces Aſclepion: dictum ſic, quoniam is filiam Panaceam appellarit. Dioſcorid. lib. 3. cap. 54. Teut. Fenchel/ Waldfenchel. Roſſz Kümmy.

Pancration, Tapſia apud Dioſc. lib. 4. capite. 159.

Pancration, Stechas apud Dioſc. lib. 3. capite. 29.

Pancratium, quam & Scillã puſillã uocamus, folijs lilij albi craſsioribus cõſpicitur. Deſcribitur ab Dioſc. lib. 2. ca. 191.

Pancarpos, Chamæleon niger. Dioſc. lib. 3. cap. 10.

Pancreon, inter carnes & adenes, id eſt, glandulas medium lieni adiungitur, & ſtomacho ac iecori ab carne nomẽ eſt ſortitum.

Pancreon, uel Calicreon, caro glandulosa, quæ arterijs ſubſternitur. Galenus de ſectione uenarum.

Pancapra Alexandris, olim celebratũ placentarum genus in modum rotæ papyro inuolutum, diuturnitatis gratia.

Pandere, & Pandare uidetur uſurpatũ in eadẽ ſignificatione, pro curuari. Vnde Pandationes dictę curuationes. Plin. Facilè panditur iuglans. Vitruuius in ſecundo. Vlmus & Fraxinus non habẽt rigorem, & celeriter pandant. Idem in 7. Cùm ſolidus erit cognationibus areſcentibus, aut pandatione ſidentibus. Columella lib. 4. cap. 17.

πανδήμοι, morbi cõmunes qui in uulgo graſſantur, omnesq́ ex æquo perimunt, cuiuſcunque ordinis: uocabulum Paulo frequens.

Pandæſiam Græci uocant adijciale cõuiuium, ac ganeatum, dubium, & omnifariàm obſonijs differtiſsimum. Id nos, inquit Cœlius, doctus ſanè homo, gliſterumq́ dicere poſſumus, & ſaliare. Sunt tamen qui eo nomine intelligi malint id, quod ubi ueſcerẽtur publicè, commeantes paſsim domo, portionem quiq́ ſpirent, in medium tamen collaturi. Meminit Ariſtophanes, ἄγε τις, inquit, μάζα καὶ πανδαισία.

Pandiculari, id eſt, oſcitare.

Pandiculationes, oſcitationes.

Pandiculatio uocatur, cùm quis toto corpore extenditur.

Panicula uocatur, quicquid ſublonga uel ſubrotunda forma tumet. ut quę pendet è picearum, uel roborum ramis. Grę cis κυῆφοι ſunt, ueluti nuces in plantis, & paniculæ roſarum priuſquàm dehiſcant. Celſus in curatione Rumicis, Faſcia, inquit, eius rei cauſſa fit cui imo loco pila eſt aſſuta, ex paniculis facta: quæ ad repellendum inteſtinum quod deſcendit, illi ipſi ſubijcitur. Sunt ergò

Paniculæ iuuamenta quædam, quæ ramis arborum reſinam fundentium, callo ſquamatim cõpactili dependẽt in latice.

Panion, Coniza ſpecies tertia apud Dioſcor. lib. 3. cap. 137.

Panis Sordidus, qui omnium eſt neglectiſsimus, ex furfuribus & omnibus ſimul quiſquilijs colatus: quo Neronem uixiſſe legimus.

Panis Generoſus, qui ſimilaginis plus habet quàm furfuris.

Panis diuerſa genera & nomina lege apud

apud Iulium Pollucem, titulo de panib. & Cœlium lib. 5. cap. 16.

Panis nauticus is, quem uulgò hodiè Biscoctum uocant. Coctus enim semel, in partes scinditur, & demùm furno inmittitur: neq; facilè situm contrahit.

Panis porcinus. Cyclaminus.

Panicum, frumentaceis seminibus annumeratur, milio simile, eodemq; modo in panes subigit. Fœmineo genere Melinē, & masculino Melinon. Theophrastus Panicum notissimam omnibus frugem uocauit. Teut. Welscher Hyrsch/ Wylder Hyrsch. Romani à paniculis, in quibus semen est, Panicum appellauerunt. Fertur cibus esse uermium, qui sericum conficiunt.

Pannus oculi, secundū Hali abbatem, oculi albugo, uel albedo, leucoma grecè.

Panthera, & Tigris, macularum uarietate propè solæ bestiarum spectantur: cęteris, unus, ac suus corporis color est. Plinius lib. 8. cap. 17.

Pantheræ numerosæ sunt in Hircania. De earum natura & sagacitate, uide Plinium, & Aristotelem.

Panthiceratos, Pæonia, apud Dioscor. lib. 3. cap. 158.

Papauer Grecis μήκων, à μὴ κενῶν, hoc est, non ministrando dicitur: quòd suis fungi munijs uescentes non patiatur. Si quidèm qui prodeuntem auram, halitū uè cùm legitur succus, non animaduertunt, ocio torpentes concidunt. Ruelli. Teut. Magsot.

Papauer, & Papauerculum, in buccino pars ima esculēta. Item & in polypo, in quo & polyps dicitur, & Anosteos priuato nomine: ea pars scilicet, quæ supra uentrē eius conspicitur folliculi specie, liquore plenus non atro, ut in sepia, sed rubenti. Lege, Ionia.

Papauer Corniculatum quid sit, uide apud Dioscor. lib. 4. cap. 69. S. Catharinen blům/ Wylder Coriander.

Papauer Erraticum quid sit, uide apud Diosc. lib. 4. cap. 67. Plin. libr. 18. cap. 25. & lib. 19. cap. 8. 9. 10. Teut. Roter Magsot/ Kornblumen/ Klapperroſē/ die fleyn. Aliâs, Papaueralis.

Papauer Heraclium, id est, Aphrodes, apud Diosc. lib. 4. cap. 70.

Papauer nigrum, Melanthium, apud Dioscor. lib. 3. cap. 92.

Papauer satiuum, apud Dioscor. libro 4. cap. 68. Teut. Magsot.

Papauer spumeum, Aphodes dictum apud Dioscor. lib. 4. cap. 70.

Papauer spumeum, Chamæsyce apud Dioscor. lib. 4. cap. 181.

Papauer syluestre, id est, Corniculatū papauer, apud Dioscor. lib. 4. cap. 69.

Papaueris lachrymas appellant Celsus & Galenus, quod nos hodiè opium.

Papilla, uberum apex, Græcè θηλὺς. Lege, Thele.

πάππος, inferiori labro adnascēs barbitium.

Pappus, lanugo est ex floribus, aut fructibus decidua. Sic enim lanosi quidam uilli, qui deflorescentibus aliquot herbis remanent, & post modum in auras euanescunt, pappi sunt, ut in senetione, soncho, & plęrisq; alijs. Vide et Corrigrya.

Papularū duo sunt genera. Altera est, in qua per minimas pustulas cutis exasperatur: rubet, leniterq; roditur, tardè serpit: medium habet paulò latius, rotundum: incipit & desinit in orbem. Alterā ἄγριαν uocant, Græci feram: in qua magis cutis exulceratur, uehementius roditur, & rubet. Interdu etiam pilos remittit, minus rotunda est: difficilius sanatur: in impetiginem uertitur. Nominatur id Bua Plinio, à fluuio Bubalo, cuius litu maximè tolluntur: ut hinc infantes pueri mala omnia Buas uocare doceantur. Celsus lib. 5. Sunt & sudoris Papulæ, in lentiscini olei mentione Plinio, quas Celsus pustulis annumerat.

πάπποι, flores carduorum, teste Paulo lib. 5. cap. 65.

Papyri usum, & inuentionē, eiusq; confectionē, uide apud Plin. lib. 13. cap. 11. 12.

Para, auis, & parus, & parula. Festus & Paronem auem nominat.

Paracentesis, uerbũ quo utitur Plin. in Anagallide lib.25. Græcum est: atq; id significat, quod non multò post ipse punctionem dixit. Usus eius in hydrope.

Paracercides, ossicula sic dicta, quia propè est Cercis, id est, Radius.

παρακμάστικα, id est, extrema senectus, ἀπὸ τοῦ παρακμάζειν, quod senescere & deficere significat. Utitur ea uoce Galenus.5. de ualetud. tuenda.

παρακμη, languor & remissio uigoris, ætas senilis.

Paracnemiũ, sic uocatur alterũ os cruris, quod ab exteriori parte suprapositũ est. constat enim ex duobus. In iumentis uocatur Parastata, Vegetio autore, græcè προκνήμιον. Lege, Parastatæ.

Paracope, mentis alienatio.

παραδοντίδες, καὶ παρουλίδες, tubercula iuxta gingiuas, ubi uidelicet caro in gingiua excreuit. Celsus lib.6. cap.13.

παρηγορικὰ, quæ mitigandi simul, & sędandi facultatẽ obtinent medicamẽta.

Paralia, maritima pix, flauētior & crassior, q̃diu resina est, uidelicet quàmdiu cruda: sed decoctio ex ea prius absumit.

Paralios, tertia species Tithymali, der Wylchkreütter. herba marina. Dioscorides lib.4. cap.171.

Paralysis dissolutio membrorum. ἀπὸ τοῦ παραλύω, dissoluo. Est autem membrorum dissolutio tremorem inducens, & manus præcipuè reddens inutiles. Dicitur et ἡμιπληξία, cùm alteram tantùm corporis partem id malum inuasit. Dùm eñ totũ corpus inuadit, uocat Apoplexia.

Paralysis herba, Apocinon, apud Dioscoridem lib.4. cap.84.

Paralysis, Cicuta. Diosc. libr.4. cap.62.

Paralysis, Delphinion herba, apud Dioscoridem lib.3. cap.92.

Paralion, Pityusa, apud Dioscoridem libro.4. cap.176.

Paralium, Papauer corniculatũ, apud Dioscor. lib.4. cap.69.

Paranga. Lege, ἐχῖνον θαλάττιον.

παρηγορικὰ, mollificatiua, mitigatiua.

Parancephalis, medulla proxima cerebro.

Parapechion, os minus brachij, (bronos Radium appellamus.

παραφυάδες dicũtur in caulibus & ramis plantarum supra terram, & in radicibus aliquot sub terra, à principio suo, uelutiá matre quadam noua germinatione prodeuntia. Qui nascendi ordo in bullosis radicibus plærunq; est.

Paraplectici dicuntur, quibus in dextra, uel sinistra parte solutiones fiunt.

παραπληξία, diminuta est apoplexia: differtq; ab ea, ut à toto pars. Apoplectici quidem Paraplectici sunt: sed non econuerso. Differunt etiam: quòd Paraplectici sani mẽte, resolutam aliquam tantùm corporis partem habẽt: Apoplectici uerò & hanc, & mentem, & uniuersa.

παραπλὴξ, insanus, mente percussus, attonitus, demens.

Paraplexia. Lege, Apoplexia.

Pararythmum dicimus, qualitercunq; approximantem ætati, in qua contemplabimur numerum habentem, non autem existentem in eo.

Parameria, femora inter coxas dicta. Nã quod coxas interiacet, Mesomeriũ

Paraphrosyne, uocatur Phroniti (est. dis illa species, ubi per cõsensum mentis alienatio accidit. alio nomine delyrium.

παρασκευαστικὰ, conceptacula seminis primo loco constituta: tanquàm dicas, præparatoria: quoniam seminarium humorem ad testes deferant.

παρασκευτικὴ, id est, præparatoria frictio. qualis olim fuerit, uide Paulum libro primo, cap.15.

πρασοειδὴς, à porrorum colore nomine desumpto, Cholera uocatur, uulgò Cholera prasina, id est, uiridis, ut porri.

Parastatę Vitruuio & Plinio lapides sunt pilarum ferè modo appositi columnis: de qua similitudine alterum auris os (duo eñ sunt) Parastata nominatur in iumentis Vegetio: quod & Paracnemion appellatur

appellat Iul. Pol. apud quem & meatus illi, per quæ genitura è testibus in urinæ uias defertur, Parastatæ nominantur.

παρατρίμματα, id est, intertrigines, læsio cutis ex attritione, uel equitatu.

Parcus, auis, differt ab alauda: quia par cus palumbo minor est, aliquanto subtus candida, cætera pauoni similis, & crista quoq;.

Parecchysis, liquoris manifesta infusio, & sensibilis, græcè παρέκχυσις.

Pareas, serpens, in Syriæ locis reperitur. De ueneno eius require apud Aëtium sermone.13.cap.31.

παρέγχυμα, id est, affusio. Lege, Carnosi.

παρεμπλαστικά. Vide, ἐμπλάστω.

παρέμπτωσις, id est, coincidētia. Sic Erasistratus uocabat morborū caussam cōiunctam. Galen. in Introduct.

Parencephalis, est posterioris cerebri pars, & congenita ipsi cerebro, eiusdemquè coloris, dicta Cerebellum.

πάρεσις, animi defectio ac tabes. Tractatur ab Paulo lib.3.cap.18.

Pardalianches, Aconitum apud Dioscor. lib.4.cap.80.

Pardalianches, Apocynon, apud Dioscor. lib.4.cap.84.

Pardi, apud Solin. describuntur ca. 27.

Parias, serpēs, colore fuluus, oculis uelox, ore lato, morsu haud malignus. Qua propter etiam mitissimo deo Æsculapio pro ministro Antiquitas dicauit. Ælianus & Appollodorus.

Parietaria. Vide Diosc. dictione Helxine, libro.4. & inibi Coroll. Barbari, & Vergilij, & supra, Helxine in.

Parippi, canes Atheniēsiū sic dicti, qua si qui equis cursu æquali contenderent.

Paristhmia, tonsillæ quæ contingunt in locis his, quæ μῦλοι item uocant.

παρισθμιόσοι τόποι, id est, maritima (loca.

Parilia appellant diem.21. mensis Aprilis, quo Roma condita est: quæ & Palilia nominantur, à Pale dea pastorum. Solinus autumat Parilia dici, quasi à partu Iliæ uidelicet Romulo & Remo conditoribus urbis Romæ. Festus Pompeius sic scribit: Parilibus Romulus urbem condidit, quem diem festum præcipuè habebant minores. Plinius tradit sydus suculam uulgò appellatū esse Palilitium: quoniam exoriuntur undecimo Calend. Maij, quo urbis Romæ natalis est. Probus Grammaticus docet Parilia dici per literam transpositam: quæ si suo loco poneretur, Palilia diceretur. Columella lib.7.cap.3.

Parnopes, locustæ sic uocatę ab Oetensibus. unde cognomen Herculi in Æolia: quòd locustas abigat.

Paromphilon, est calli generatio circa umbilicum.

παρωνυχία, abscessus circa radices unguium. Lege, Panaricius.

Paronychia, Semperuiuū apud Diosc. lib.4.cap.91. Bouinalis uulgò dicta.

Paronychia, exiguus frutex in petris nascens. Dioscor. lib.4.cap.57.

παρωτίδες, abscessus carnis circa aures, καὶ παρῶτις, apostema secus aures. Celsus lib.6.cap.16. Dioscuros, id est, gemellos uocant. In febribus orti frequenter, ijsdem liberantur ægrotantes.

παροξυσμός, exacerbatio.

Paroxismus, latinè accessio. Est autem accessus una pars Circuitus. Porrò Circuitus duabus accessionibus, unaquè quiete media cōponitur, grçcè περίοδος.

Parpharia, Tussilago, apud Dioscor. libro.3.cap.124.

Partes hominis summæ, in quas totum diuiditur corpus, caput, collum, thorax, brachium duplex, crus duplex.

Partes animaliū similiares. lege, Simila (res.

Partes corporis secundariæ, collum, brachia, crura.

Partes similares hominis sunt, os, chartilago, caro, nerui.

Partes dissimilares, partes compositæ, ut brachium, caput, organa ipsa.

Parthenion, Linozostis, uel Mercurialis, apud Diosc. libr. 4. cap. 201. Bingelkraut/Hundtskôl/Hundtskraut.

Parthenium, florem habet odore mali: pingitur ab Dioscor. lib. 3. cap. 156. die edel wolryechend Chamillen.

Parthenion, id est, Matricaria. Lege Barb. Coroll. dictione eadem.

Parthenion, Helxine, apud Diosc. lib. 4. ca. 42. S. Peters kraut/tag vñ nacht.

Parthenium, ἀμάρακον, χαμαίμηλον, Solis Oculus, Cotula fœtida. Teu. Krottendyll/Hundtsblům/Wyld Chamillen. Fuchsio.

Partheniũ. Satis atq; super hanc ex descriptoribus designauimus in Herbarij nostri utrisq; Tomis: & ante nos multò uir doctissimus ille Nicolaus Leonicenus. Vide Fuchsium.

Partuũ difficultates tribus modis eueniunt, scilicet, in prægnante, in fœtu, & in exterioribus. In prægnante, quùm ira scitur, zelotypia laborat, uel molestijs, uel alio affecta: si meatum plus iusto angustiorem habet, aut pinguiorem, cùm primũ parit, aut minimè amplam habet uuluam comparatione partus, In partu, quãdo abortum parit, aut gemellos, aut menstruosum quippiam. Extrinsecus, si media hyeme, aut æstate supra modũ uehementi, torrentiue.

Partus nascit̃ sine unguibus, cùm prægnans grauioribus, & falsioribus cibis uescitur. Solin. cap. 4.

Partus cõtra naturã uocãtur, quicunq; uel eo tẽpore quo non debeat, uel modo alio quàm oporteat, in lucem eduntur.

Paruicolles, græcè μικροτράχιλοι.

Parulis, inflammatio est, in aliqua gingiuarum parte: quæ nisi dissoluatur, suppurat: cùm uerò suppurauerit, scalpello dissecta, liniamentis insertis pandit̃. Paulus lib. 3. item lib. 6. cap. 27.

Passarina, Leucoion, uel alba Viola, apud Dioscor. lib. 3. cap. 139.

Passio, siue affectus, est alicuius naturalis operationis, aut aliquarum impedimentũ. Herophili autem sectatores sic: Passio est, quæ non semper in eodẽ tempore soluitur, sed aliquando in minori, aliquando maiori.

Passiones pro morbis animi, uel corporis dicuntur quidem recentioribus. quia græcè nominatur Passio πάθη.

Passer. Lege, Piscium ferè.

Passeres, Pyrgitæ, Troglytæ, idem.

Pastillicare, & patulicare, in formam pastilli redigere. Vide Barbarũ in Censura Pliniana.

Pastinaca, piscis. Græcè τρυγὼν turturis appellatione dicitur. Pastinaca dicitur & insecti genus, quod ab Aristotele Staphilinus appellatur, uerticilli magnitudine. Vide Dioscor. lib. 2. Plin. lib. 32. cap. 2. & 11. lib. 9. cap. 20. & cap. 24.

Pastinacam, in quorundam scriptis cõmentarijs pro Rocho pisce interpretatũ lego: an ille sit quem germanicè Rochũ uocamus, planè non intelligo.

Pastinaca Gallica, est Daucus, de qua egit Dioscor. lib. 3. cap. 81.

Pastinaca Rustica, Erratica, syluestris, apud Diosc. lib. 3. cap. 57. Pastenev.

Pastinacæ nomen à pascendo ductũ uidetur. natura ei calens, sapor uehemens, alit corpus, & cit Venerem. Quibusdam Philtron uocatur. Ruel.

Pastinare in cultura uinearum, uerbũ frequens, pro eo quod est fodere: & Repastinare, refodere. Pastinatus Plinio est nomen quarti ordinis, pro pastinatione. Dicitur autem à Pastino, quod ferramentum est bifurcum, quo semina panguntur. Pastinator ipse fossor nuncupatur. Columel. lib. 3. cap. 11.

Pastilli, à pane, per diminutionẽ dicti, autore Festo, massæ cuiuscunq; materię. Vnde Pastilli medicinales. Vide Horatium lib. 1. Sermonum. Pastillos Ruffinus olet, Gorgonius hyrcum. τροχίσκοι Græcis dicũtur, ab orbiculari figura. Pastilli autem medicis, arida sunt medicamenta, contrita humore non pingui, aut uino, uel aceto incocta, quæ à coctione rursus inaruerunt: atq; cùm in usum adhibendi sunt, in eiusdem generis humore diluuntur: deinde uulneribus illinuntur, non

tur, non

tur, non autem imponuntur, ut emplastra. Plinius libro.35.de Stimmi, quod in argenti metallis inuenitur. Quod ibi sub sedit, inquit, flos intelligitur: ut lintheolo interposito in sole siccetur, non ut per arescat: iterum in mortario teritur, & in pastillos diuiditur. De differentia porrò Pastillorum, Malagmatum, Emplastrorum, uide Cornel. Celsum lib.5.

Pastillatum argentum, argentum intelligere possumus in Pastillos formatum: cuiusmodi hodiè argentũ Germani pro mercale afferunt, quas Cendreas appellant. Quanquàm doctissimus uir Budæus Pustulatũ legendum censeat, ex Sueton. Tranquillo, Nerone, cuius hæc uerba sunt. Exegitq; ingenti fastigio & acerbitate nummum asperum, argentum pustulatum, aurum obryzum, ut plærique omnem collationem palàm recenseret. Vbi pustulatum argentum, pro purgatissimo & exactissimo posuit.

Pastilli Amazonum, compositio stomachi subuersionibus idonea: describitur ab Aëtio serm.9.cap.10.

Pastillorum uarietates, uide apud Aëtium lib.9.cap.49.

Passum genera habet laudata. Vide Barb. Coroll. Diosc. lib.5. γλυκύ.

Patella, cõmissura uocat, quæ osse paruo, molli, chartilaginoso tegitur, ubi inferiora coxarum capita media sinuantur: quo facilius excipi à cruribus possint.

Pathagnomica. lege, Medicinę partes.

Pathemata, sensuum alterationes, in uisu, in motu, & in reliquis omnibus. Vocat etiã & uoluptatem Pathema, Galen. libro de Symptom. differentiis, atq; in totum omnem motum, quicunq; procedit ab altero in alterum. Vide, Pathos.

Pati dicitur, quod motũ habet ab alio.

Patibulum, est ferra lignea. Crux.

πάτος, in Græcis latius quã febris est. Definitur ab Galeno in Definition. alicuius, aliquarumue naturæ operationũ impedimentum, uel uitium. Vel,

Patos, cœnum atq; lutũ ceromati permixtũ: cui si sudor accesserit, Conisalon uocari dicunt, ab iis, qui nimis Attici uideri uolunt. Vide, Ceroma.

Pathos item & Pathema appellatur, quicquid aliquis perpessus fuerit. Galenus ex sentẽtia Platonis, lib. de differentiis symptomatum.

Pauicula, instrumentum est à pauiendo dictum. Est enim pauire, ferire, percutere, solidare. Vnde Pauimenta nomen acceperunt. Cato Portius: Comminuito terram pauicula, aut cylindro cöequato. Columella lib.11.cap.3.

Paulus uniuersam medicinã à Gale. & Oribasio, per innumeros ferè libros traditam, in septem libros compendiosè redegit. Suidas. παῦλος αἰγινήτης ἰατρὸς ἔγραψεν ἰατρικὰ βιβλία διάφορα.

Pauo. Plinius lib.10.cap.20.

Pauone primùm in India uiso, Alexandrum ferunt admiratũ: prohibuisseq; edicto, ne quis eam necaret. In Græciam à Barbaris translata, diu quæstui fuit. Æl.

Pausea, genus est oliuæ, quæ & Posia nominatur: Cuius meminit Maro illo uersu: Orchite, & Radii, & amara pausia bacca. Columel. lib.12.cap.46.

Pausia, à pariendo oliua.

Paulinum antidotum, ferunt ab excellentia sic inscriptum.

Paxillus, diminutiuum à palo.

☞ P E

πέσσος, uel πέσσους, nostri non tàm barbarè, quàm etiam non uerè Pessaria uocauerunt hactenus. Est autẽ, ut inquit Paulus, Pessulus pectica lana, quodcunq; aliud teres digiti humani forma, quo medicamenta sustinentur: utiq; iis præcipuè ad ciendas muliebres purgationes.

Pechya, maior cubitus dicitur, similiter & Paropechon: finem uerò eius Carpũ, Plinius uocat brachiale, ossibus compactum octo: cui quod præiacet, uocãt Procarpion.

πῆχυς, os maius brachii, id est, cubitus.

Peciolus, diminutiuum à pede. Vide, Pedicinus.

Pecten. Lege, κτείς.

Pectines in mari ex concharum genere. Plinius lib.9.cap.33.

Pecton, Symphyton alterũ, apud Dioscor.lib.4.cap.12.

Pectunculi, sagittę modo uolantes pisces. Plin. libr.9.cap.29. Diminutiuum à Pectine piscis.

Pectus, cõmuniter omnes uocant portionem ossibus constipatam, communitamq́. Vulgus, & Auicennæ interpres Cassum uocant, ab spacio, ut opinor, intus uacante, inaniq́.

Pecuarius, custos pecoris: quem & pastoralem uocant. Colum.lib.7.cap. 12.

Pecus, ueteres abortiuũ, seu fœtum inmaturum uocauerunt.

Pedalion, Polygonium, apud Dioscoridem lib.4.cap.5.

Pedamentum, uitis sustẽtaculum, quasi pedibus nitatur. Aliàs Pedamina.

Pedandæ uineæ, id est, pedamentis, siue palis muniendæ. Dicimus palum, pedamen, pedamentum, statumen, rullam, pro adminiculo atq; fulcimento, quo uitis innixa recta consistit. Columella lib. 4.cap.13.

Pedem græci πόδα uocant, à quiescendi ratione, ἀπὸ τοῦ παύειν, uel à πόρθ, quod mentum significat, elisa litera ρ, & contractione duplicis uocalis ι, & ο, qui mos Græcis frequens. Vocatur & pars ea κῶλον propriè. Vnde etiam Iphiclus dicitur, quasi Iphicolus, ex pedum celeritate. Pes itẽ quandoq; dicitur σκαρθμός, ut inquit Eustachius: quanquàm uox ea & cursum signat, & basin.

Pedes apud Varronem, alicubi pro pediculo leges.

Pæderota, & herbæ, & unguenti nomen, apud Dioscor.lib.3.cap.18. & inibi in Corollario Barbari.

Pedesis, saltus sanguinis. de quo uide Galen.lib.3. de caussis Symptomatum.

Pedicularis herba, Staphisagria, apud Diosc.lib.4.cap.158.

Pedicularis herba. Alia est herba, quã peculiarem uocant, quæ græcè dicitur Psyllion. Habet enim semen simile pulici: unde & nomen. ψύλλα, grgca uoce pulex dicitur. Lib.6.cap.29.

Pedicianus, idem quod pes dicitur: & Peciolus.

Pedinon, Eleoselinon, apud Dioscoridem lib.3.cap.73.

Pediculi, Pecioli, Pedicini dicũtur, quibus fructus in arboribus continentur, quasi parui pedes. Colum.lib. 12.ca. 44.

Pediculatio, id quod Græci disertè φθειρίασιν uocant.

Pediculi ferales, qui in phthiriasi enascuntur in toto corpore: nunc consuetæ & simplicis formæ: nunc ignoti, id est, latiores, & duri magis, & sæuientes morsibus uehementer.

Pean, lapis Macedonicus, apud Solinum cap.14.

Pæderota, id est, Opalus lapis, propter eximiam suam gratiam. Vide Plinium lib.37.cap.6.

Pędotribæ, magistri, gymnasijq́; rectores.

Pæminosa dicuntur apud Varronem, quæ mali sunt odoris.

Pæonem & Apollinem primos fuisse Medicinæ inuentores, duo insignes Põetę testantur, Homerus, & Ouidius. De Pęone quidẽm Homerus in δ, Odyss. φάρμακα πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρά. ἰατρὸς δὲ ἑκαστος ἐπιστάμενος περὶ πάντων ἀνθρώπων ἦ γὰρ παιήονός εἰσι γενέθλης. De Apolline Ouid.libr.Meta.1. Inuentum medicina meũ est, opiferq́; per orbem Dicor, & herbarum subiecta potentia nobis.

Pęonia, Chelidonia. Diosc.libr.2. cap. 200. Pingitur hęc ab eodem lib.3.cap.158. Pęonion aliàs dicta. ut ibidem. Teuton. Peonierosen/Gychtwurtz/das mãnlin/Kunigsblũm. Vide, γλυκύσιδα.

Peganon, Tussilago, uel Bechion, apud Dioscor.lib.3.cap.124.

πήγανον, Ruta, de qua uide Diosc. lib. 3.cap.50. Teut. Raut/Weinraut. Plutar. in Sympos. sui lib.3. à facultate, quòd calore

calore, siccitateq́ geniturā cōagulet, dixit. πήγνυσθαι enim cōagulare significat.

πηγαί. Lege, φαρδῦρες.

Pegasi, equino capite uolucres. Plin. libro. 10. cap. 49. Sunt autem peñati equi, & cornibus armati. Idem lib. 8. cap. 21.

Pegrina, uitis nigra, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 195.

πεπτικὰ, communiter Græcis sunt, quæ concoctionem adiuuant.

πέπτω non tàm ad stomachum refertur, & cocturam eius, quàm ad abscessum quoq́, & fructuum maturationem. Sic passim utitur ea Theophrastus.

Pelagia, purpuræ gens.

Pelagij & Eucolpij, qui ex paludibus è mari & fluuijs spirant uenti.

Pelamis. Ex thynno nascitur Cordyla, quę à limo Pelamis incipit uocari: quasi limaria & limosa: ubi annuum tempus excessit, appellatur Thynnus. Colum. lib. 8. cap. 17. Plin. lib. 9. cap. 15.

Pelani, panes communes, qui dijs omnibus sacrificabantur: fiebant illi ex tenuissima farina.

Pelias. De Peliade, & Elape, require apud Aëtium serm. 13. cap. 32.

Pelasgos, Daphnoides, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 149.

Pelecinos, Hippophäes, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 165.

Pelecinum, Hedysarum, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 147.

Pelethronia, Cētaurea: sic dicta, à Thessaliæ monte, in quo Lapithæ quondam equitandi perita gens, fręna & gyros, ut Poëta cecinit, alios docuerūt: inter quos & Chiron censebatur.

Peliomata, ea ferè quæ & Hypopia, & sugillata, apud Paul. Ægin. lib. 3. ca. 24.

Pelicanus, seu Pelicanis, sic enim appellat Aristoteles libr. 8. Plinius Platæam appellat. Cicero. 2. de natura Deorū Plataleam, auis est aquatilis, fluuiatiles conchas deuorans: quas ubi concoxerit, euomit: ut postea facilè disruminatas edat. Ælianus.

πέλμα, infima pedis regio, latini pelmā appellant, seu dorsa pedū pelmata sunt.

Pellacea. Lege, Malacia.

Pelonitis, Geranion, apud Dioscoridem lib. 3. cap. 129.

Pelorides, Pelorinæ. Lege, Chamæ.

Pelops, Galeni præceptor, ut meminit ipsemet de locis affect. lib. 4. cap. 7.

Pelta, id est, Coracinus, piscis Nili.

Pelusiacus potus, id est, Zythum.

Pemmata. Lege, Itria.

πέμπελος, qui extrema senecta laborat. ἀπὸ τοῦ πέμπεσθαι εἰς τὴν ἅδου, id est, à mittendo in pompam quæ ducit ad manes. Galen. de sanit. tuend.

Penelopes, anserū genus, à quibus educata Penelope traditur, cùm proijcerēt in altum ab Icaro patre, & Peribœa matre reiecta: unde nomen sumpsit.

Peniculi, Meyssel/ siue penicelli, & Penicula, siue Penicella, pañi & lintea sunt quib. uulnera stipantur: ideò scilicet, ne claudātur, uel ut magis aperiant. qualia fiūt ex medulla sambuci, & spōgia. Aust.

Penis, uirile membrum. Celsus appellat Colam. Rectius uerò grǽcè καυλός, à quibusdam etiam Muto, onis.

Pendamyron, compositio quæ à quinque rebus commixta consistit.

Penthaömœon, Glycyrrhiza, apud Dioscoridem lib. 3. cap. 6.

Pentaphyllon, Quinquefolium, apud Dioscor. libr. 4. cap. 45. Vide Herbarij nostri Tom. 2.

Pentheron, Capparis.

Penterobon, Pęonia, apud Dioscoridem lib. 3. cap. 158.

πενταδάκτυλος, id est, Palma Christi, Wendelbaum. De ea sic meminit Manardus, Pentaphyllon ego nō uulgarē radicē accipiendā puto, sed eius quā Tormentillam uocant: quā licet septemfoliā maiore ex parte in Italia uideamus: hic, hoc est, in Pannonia, sępè uidi quinquefoliam. Teut. Birckwurtz/ Tormentill.

Pētaphyllon. Quinq́foliū Latinis est. Teut. Fünffingerkraut/ Fünffinger blatt.

blatt. à numero foliorum. Lege, Quinquefolium.

Peolæ uocātur, media producta, qui ex intēperantia cōitus pereūt: à peos, quod ueretrum, siue pudendum significat.

Peplion, Peplis, apud Dioscor. libr. 4. cap. 180. Teut. Dendelkraut.

Peplis, syluestris Portulaca, apud Dioscor. lib. 4. cap. 180.

Peplos rotūda, ex una tenui radice fruticata, est apud Dioscorid. lib. 4. ca. 179. Teut. die kleynst Wolffsmylch.

Pepalis, farinæ pollen.

Pepo, à Græcis πέπων, à Theophrasto Sicyos, & Persicyos dictus, à Polluce σπερματίας, cucumerum generi attribuitur. Siquidē cùm magnitudine excessere, pepones uocantur.

Pepirion, sic Nicander Piper uocat, non πέπερι.

Peraticum uocant Bdellion, quod ex Media affertur. Lege, Siliqua.

Perca, piscis. Plin. lib. 9. cap. 16.

Percussus, id quod uulgato uocabulo uocamus pulsum cordis, græcè σφυγμός.

Perdices Beotiæ nō transuolant fines suos. Et inibi de Perdicibus plura apud Solin. cap. 12. & Plin. lib. 10. cap. 23.

Perdicias, ea quæ & Vitrago.

Perdicium, id est crocum. Vocatur autem Perdiciū, quòd Perdices se ad id uolutent, terramq́ suffodiant. Theophrast. cap. 11. Lege, & Helxine in.

Perfecta caussa. Lege, Caussarum aliç.

Perfoliata herba hinc uocat, quòd caulis eius singula folia dissecat atq; penetrat. Teut. Durchwurtz/ Bruchwurtz.

Perforata, alio nomine Fuga dęmonū, Dæmonifuga: ea est quæ apud Dioscor. lib. 3. cap. 172. Hypericon, uel herba S. Ioannis. Noxios malorum dæmonum uapores à nobis arcere creditur, maximè in debito signo collecta: ut testatur Marsilius Ficinus lib. 3. cap. 14. de triplici uita.

Pergalia, Argemone.

περίκαυσα, id est, ambusta.

περικάρδιον, tegumentum id, quod ueluti tunica cordi circundatur.

Periclymenon, aliud ab Clymeno, & Periclymeno, eiusdem tamen generis. Vide Dioscor. lib. 4. cap. 16. Teut. Lynblūmen/ Speckilien/ Grossz Meüß ōrlin/ Zeünling/ Geyßblatt. dictū, quòd uicinos frutices circumuoluat.

Periclymenon, Volucrum, apud Dioscor. lib. 4. cap. 15.

περικράνιον, exterior caluariæ membrana, membranula neruosa, totam comprehendens caluariam.

Perielcosis, carbunculus, seu uulnus stomachi est; dolor uexans uicinas partes, sputa sanguinolenta cum sanie proijcit.

περίνεον, id est, semen.

Perineon, intercapedo inter anum & pudendum.

Periodus, est ex intensione & remissione in ægritudine tempus. Vel,

Pariodus, est statuto tempore circumitus, & morbi recursio, quando cerebrū animalem habet uirtutem: & huius pars princeps, quæ ratio & intellectus, siue mens ipsa est.

περιφίμωσις, ubi eousq; contrahitur coli neruus, ut contrahi non possit. Nascitur aut ob cicatricē quæ in præputio creuit: aut ob carnis incrementum, quæ illi cōaluerit. Significat autē græcè φιμὸς, nexus in peris & sacculis à superiore parte, quoties toto sacculi oris ambitu in angustum collecto funiculo relegatur. Cui nexui simile hoc malum in Græcis nomen inuenit. Fit in mulierib. simile hoc malum, clauditurq́ uulua, ut nihil possit subintrare. Alio nomine etiam τρῆτος dictum. Fit ex hulceratione, uel inflammatione, & alijs subinde caussis. Vide Paulum lib. 6. cap. 55.

Peripneumonia, est inflamātio pulmonis cū febre acuta, & difficultate spirādi.

περίπτωμα, id est, excrementum.

περίπτωσις, incidentia.

Periscelides, quæ uulgò gremialia. Vnde & Menander puellas gestare Periscelides scribit.

περισκυ-

περισκυφισμὸς, id est, incisio circa styphium, id est, caluariam. Vide apud Paulum lib. 6. cap. 7.

περιστερὰ, dicitur columba. Unde Peristereonas, uocāt columbaria: quæ & Peristerotrophia nominātur: quamuis proprie Columbaria dicātur nidificia columbarum, quæ singulis paribus fiunt intra Peristerotrophion: quæ, ut docet Marc. Varro, debēt esse rotunda in ordine crebra, ita uti singula habeant os quo introire & exire possint. Peristereos uocatur item herba caule alto, foliato cacumine, columbis admodum familiaris: unde & nomen. Hanc habentes, negant latrari à canibus. Columel. lib. 6. cap. 1.

περιστεροτροφεῖον, columbarum locus, ubi aluntur.

Peristerion, Fumus terræ, herba apud Dioscor. libr. 4. cap. 111. Sic uocata, quòd columbæ in ea mansitēt. A Latinis Verbena, & Verbenaca, Ruel. Teut. Ysen kraut/Ysenhart. Vocata item hęc herba Hierabotane, hoc est, sacra: quòd ea olim Romani utebantur in expiationibus, & legatorum cornationibus. Sagminalis item dicta, quòd inter Sagmina, hoc est, gramina, ex loco sacro, pręsertim arce Capitolij, cum terra sua euulsa, primum hæc honorem haberet.

Peritome, est ablatio pellis eius, quę colem ipsum tegit.

Peritonæum, membrana, quæ intestina omnia continet, iàm in hominibus quàm in pecudibus.

περίζωμα, cinctū Theodorus trāstulit.

περιχαρακτὴρ, instrumentum quo gingiuæ scarificantur.

περίψυξις, frigoris genus, ubi extremę tantùm corporis partes frigent. Unde. qui id mali patiuntur, περιψυχομένοι uocantur: quartanis febribus familiare.

περίπτωμα, superuacaneum aliquod retrimentum.

περίπτωσις, empiricorum incidētia nugatoria. Meminit eius Galenus libro primo, κατὰ γένη.

περισφακίδες, palmarum termites.

Perinæon. Vide, Oreon.

Perosis, est naturalis actionis offensa, siue impedimentum, uel cuiusdam particulæ ablatio.

Perpensa, id est, Asarum.

Per se, significat idem quod primò: per accidens, idem quod secundò. Galenus de morborum different.

Persea, arbor est in Ægypto, fructū ferens cibo idoneū, stomachoq; utilem. in quo phalangia κρανοκόλαπτα inueniuntur, præsertim in Thebaide. Diosc. lib. 1.

Per se pollens, Artemisia maior, apud Barbarum in corollario.

Persephonion, Lege, Rhamnum.

Persica, cognomentum Enulę Campanæ, græcè περσική.

Persica poma, ex Perside sic dicta esse, unde primū aduecta sint, uel pomi ipsius ipsum nomen indicat. Teut. Pfersich.

Persica Doracina, quasi duratina, sic enim quædam nominantur ab Aëtio, & Paulo.

Persica Gallica, Asiatica, Sabina, popularia, Supernacia, Armenica, et id genus quædam alia Hermol. Barbarus annotauit in Corollar.

Perspiratio, est aëris attractio minimè uoluntaria à calore naturali per cutē, in ipsas arterias. Aut sic: Perspiratio, est à corpore attractio aëris cum appetitu naturali per totum corpus: & rursum per exitus excretio.

Persis, Hedera apud Diosc. lib. 2. c. 199.

Persicaria quid reuera sit, Lege, Hydropiper.

Persolata, Arction apud Dioscor. libr. 4. cap. 108.

Persolyton, Arction apud Dioscorid. loco allegato.

Personatia, Arction. Dios. loco citato. Teut. Roßhüb/Brandlesch/Brandlattich. Dicta, quòd ea herba in theatris pro persona utebant. ne agnoscerentur.

Perticalis salix. Duo sunt genera Salicum. Sunt uiminales, ex quib. uimina fiunt &

unt & uincula. Sunt perticales, ex quibus perticæ cæduntur. Viminalis salix est humilior, perticalis sublimior. Columella lib.4.cap.31.

Pes accipitris, Lychnis agria, apud Dioscor.lib.3.cap.114. Quanquam accipitrinũ pedem quidã uocant, quæ est hodie Corneola, folio salicis fere pusillo, flore subluteo, cum siliquis ciceri similibus: & in his semen colore rubeo. Vide Barbari Corollarium.

Pes totum id uocatur, quod astragalis subest.

Pes Leonis. Lege, Leontopodion.

Pes anserinus. Teut. Gensfüss. à foliorũ similitudine. Sew todt/Schweins todt. quòd suibus inimica, & mortem illis comesta inferat.

Pes leporis, Lagopus, apud Dioscoridem lib.4.cap.20.

Pes gallinaceus, cauliculo est dodrantali, aut maiore, hirsuto, folijs apio similibus, feniculi modo per extrema multifidis, hispidisque, candida in cacumine umbella suauiter olente. Non est Coronopus, ut quidam falsò existimãt, sed Dauci generis, eiusque figuram, incisionem foliorum, umbellam item adeò referens, ut à quibusdam Daucus credatur. Vide de hoc in Herbarij nostri Tomo secundo, & supra dictione Coronopus.

Pes locustæ, quæ sit herba, lege in dictione, Locustam.

Pes pulli, Pes galli, Pes gallinaceus, idẽ.

Pęsede, Pęonia apud Dioscoridem libro.3.cap.158.

Pessarium sit formæ oblongæ, aliquando rotundæ: & immittitur in matricem & uuluam ad mẽstrua uel prouocanda, uel restringenda. Cõficitur de rebus appropriatis, puluerizatis, & cõfertis cum aliquo liquore, electuario in panno tenuissimo inuolutũ, extra propendente filo.

Pessulus, lana pectita, et quodcunque aliud teres, digiti humani speciem præferens, in quo medicamenta sustinentur, græci πεσσός. Paulus lib.3.cap.61.

πεσσοῦ, & Pessaria, medicamenta composita, molli lana excipiuntur, eaque lana naturalibus fœmineis conditur.

Pestilentiã Homerus solam νόσον uocat. Nullum huic unquàm remedium adhibitum ferè à ueteribus: prȩterquàm fugæ & secessus.

Pestilens febris. Lege, Febris.

Pestis, est morbus in omnes, uel quàm plurimos sæuiẽs, ad aëris corruptionem initium habẽs. Vel, Pestis item generat ex aëris flatu. Lege, Hippoc. de flatibus.

Pestis nihil aliud est, quàm aëris mors, qui noxam qua afficitur, in omniũ necem effundit: quibus quidem ipsis participibus animæ esse contingit. Philo Iudæus.

Petalides, & laringe sues, porci pingues & opimi.

Petali urituli appellantur, dùm patula habere cornua incipiunt.

Petasites, Arction apud Dioscoridem & Plinium lib.4.cap.108.

Petasites, Teuto. Pestilentzwurtzel. à petaso dicta: alia ab Arctio, quod pileum significat: unde petasiti, id est, pileati. Apud Catullum enim ita Castor & Pollux dicuntur. Nec aliud in Mercurio petasus est, quàm Galerus. Quanquam Lactantius grammaticus & alas, & talaria contineri credidit in ea uoce: quasi petasum pro pĩna capiant. Cùm legendum sit, nõ petasum, sed petalon, quocunque loco pinna significatur. ita enim Græci etiã frondem uocant. ut est apud Iulium Pollucem. De Petasite, uide apud Dioscoridem lib.4.cap.109.

Petaso, coxa cum crure porcina salita.

Peti, in oculis dicũtur modicè deprauati. Id quod cũ uenustate potius est, quàm dehonestamento. Vnde Venus oculo peto esse traditur, iuxta illud Ouidianũ, Minerua flauo lumine, Venus peto. Apud Horatium in Sermonibus strabonem appellat petum. Hinc Romæ fuerunt cognomina petorum. Hinc petum accipe pro bono & lepido: tanquàm uocabulũ hoc tractũ uideri possit à uerbo

græco

græco πίταμαι, quod significat uolare. Nam ex uolatu auium signa obseruantur prospera & optabilia. Columella libro.6.in præfatione.

Petrea, cognomentum Capparis.

Petridij, & Miconis mentionem Plinius facit libro.20.cap.23. Scripserunt autē hi ῥιζοτομούμενα, & Ophiaca.

Petrificatio, oculi, & palpebrarum eiusdem morbus.

Petrina, Tussilago, uel Bechion, apud Dioscor.lib.3.cap.124.

Petron, Diocli Carystio successit, ut meminit Celsus lib.3.cap.9.

Petrophyes, Aizoum paruum, apud Dioscor.lib.4.cap.92.

Petroselinon, Oreoselinon, exponitur apud Dioscor.lib.3.cap.74.&.75.

Petroselinū, Bibinell / Steynpeterlin/wyld Peterlin/Macedonisch Peterlin/frembd Peterlin. Apiū est hortulanum, atq; de hoc uide plura in Herbarij nostri Tomo secundo. Nam quod uulgò Petroselinum uocamus, uel Apium est, ab antiquis dictum hortulanum: uel quicquid tandem sit, constat eius semen non id esse quod Theriacæ miscendum iussit Andromachus, præfertur enim reliquis, Galeno teste, Macedonicū, & macedonicis Epiroticū: in hoc alia excellens, quòd amarissimum & acerrimū existit. Nostratis autem semen, ut acredinis cuiusdam particeps fortè uideri possit, omni tamen prorsus caret amaritudine: sed postq; Macedonico carendū erat, utinam Epiroticū haberemus quod Galeni tempore (tanta erat ueri æmulatio) in Macedoniam per Thessalonicem apportabatur, ut pro Macedonico, uendi posset. Recentiorum autem negligentia effecit, ut Macedonico, & Epirotico carentes, Apij communis semine pro eo utamur.

Petrus Leo mediocriter doctus habitus est, & multi iudicij, sed planè infortunatus: tàm iniquè enim successerunt illi omnia, ut cùm ad Laurentium Medices accersiretur, parumq; feliciter cederent, quæ adhibebat medicamina, melancholia arreptus, in puteū se præcipitauerat.

Petrus Apponius, ille est, quem Conciliatorem uocant uulgò, Theoricus medicus, sed planè doctissimus & acutissimus. Bononiæ docuit, ac decessit ferè octogenarius. Tanta fuit eius celebritas, ut uocatus ad ægrotos, non minoris conduci se pateretur (idq; extra urbem) quā 50. florenis in singulos dies. Vocatus ab Honorio Pontifice, 4. centum statui sibi paciscebatur: sed cùm sanitatem ille recuperasset, mille donatus fuit.

Peucedanus nomen inuenit à pinu, ut myrtidanū à myrto. Fœniculus porcinus. Teuro. Hoꝛſtrang / Sewfenchel / Schwebelwurtz. à radicis odore. Recētiores Pinastellū uocant. Dios. li.3.c.90.

Peucina resina, nostra uulgaris terebinthina resina. non enim genuina illa habetur, ut inquit Manardus.

Pezam alio noīe uocant etiam σφυρόν. Vnde Argyropeza Hetis apud Homerū, ueluti argento similes habens pedes. πέζα, pes.

P H

φακῆ, lenticula.

Phacoïdes, Empetron apud Dios. lib. 4.cap.191. Vide, Empetron.

Phacorde, tertia oculi tunica.

φακός, lens. Teut. Lynßen.

Phacos, Saluia apud Diosc. lib.3.ca.35.

φακός, lenticulæ species est rubicundior & inæqualior.

φαγέδαινα, id est, tostus.

φαγέδαινα, malum in quo quis copiosum appetens cibum, nimiumq; sumēs, continere eum non ualet: & euomito illo rursum appetit. φαγεῖν enim comedere est. Est & ulceris genus nominis eiusdem, ad ossa usq; celeriter cum inflammatione penetrans, saniosa, odore fœtida, mortem afferens.

Phalacrocoraces, aues Balearium insularum peculiares. Plinius libr.10. capite 48. Ælianus.

φαλακρότης,caluicium.

φαλάκρωσις,caluicium,ubi ex indigentia humoris, non ex malignitate capilli defluunt.

Phalanges.Lege,Scytalides.

Phalangition, idem quod phalangiũ, apud Dioſcor.lib.3.cap.121.

Phalangiũ, aranei genus uenenoſum, corpore exiguo, uario,acuminato. Plinius libro.11.cap.24. Eſt & quibuſdam Sphondylion.

Phalangion,Lilio ſimilis flos. De quo uide Dioſcor.lib.3.cap.121.

Phalangion,herba Sphõdylion, apud Dioſcor.lib.3.cap.88.

Phalangium, inter alia araneus nigricans,prioribus cruribus longiſsimis,tardus,& imbellis,nec ſaliens.

In Phalangiorũ genera decem ab antiquis priuatim ſine nominibus numerata ſunt:inter quæ etiam eſt quod acino uuę ſimile,ῥὼξ uocatur:deſcripſitq́ id Nicander in theriacis ſuis,in media aluo, ex inferiori parte os habere. Verſiculus eius eſt. γαστρὶ δ᾽ ἐν μεσάτῃ ὀλοῖς ἔσκλικεν ὀδοῦσιν.quod eſt,ut Plin. de eodem agẽs lib.29.ca.3.ait,ore minimo ſub aluo.Quę acini rotunditas in eo, & in media aluo minimum os,quaſi peruiũ foramen, muliebris uerticilli foramen effingit.

Phalangiorũ uaria genera & nomina, require apud Aëtium ſerm.13.cap.18.

φαλαγγιόδηκτοι,morſi à phalangis.

Phalarides,aues in Seleucia Parthorũ, et in Aſia aquaticarum laudatiſsimę.Plinius lib.10.cap.48.

Phalarides,in Seleucia item apud Parthos cernuntur inter aquatiles laudatiſſimæ.autore Æliano.

Phalaris herba,apud Dioſcor.lib.3. ca. 160.Teut.Wylder Mözhyrß.

Phalerides.Lege,Querquedulæ.

φάλαγξ,internodium in digitis.

Phaleon,Agocynon,apud Dioſcor.libro.4.cap.84.

φαρμακεύειν,medicamẽto purgante uti.

Phanias medicus ſcripſit librũ de Stirpibus,ut meminit Plinius.

Phaõn medicus, citatur ab Galeno libro primo comment. in Hippocrat. de ratione uictus.

φαρμακευτικὴ, medicina agens pharmacis.

φάρυγξ,ut inquit Pollux,differt à Larynge: quia φάρυγξ eſt principium ſtomachi, uocatq́ ille antiquorũ modo ſtomachum,cibi in uentriculũ iter: λάρυγξ autem gutturis & canalis animæ: quam partem βρόγχον ijdem Græci nominant. Et in his fieri anginas, omnes Græcorũ medici dixerunt:in priore ſynanchen & paraſynanchen:in poſteriore cynãchen, & paracynanchen.

Pharmacum καταγώτιον, reſtrictiuũ ſitis,deſcribitur ab Paulo,lib.2.cap.53.

Pharmacum Indicum,apud Hippocratem medicamentum quo fęminę quibus anima fœtet,ora ſibi colluunt.

φασγάνον,id eſt,Aſpalathus, à uulnerando,ni fallor: ſiquidè cum ſpina ſit, facillimè pũgit. Eſt & xanthion,uel Lappa,apud Dioſc.lib.4.cap.139.

Pharmacum Ægyptium, apud Aëtiũ ſermone.12.cap.24.

Pharmacum Galenicum, apud Aëtiũ ſermone.12.cap.23.

Pharmacum Oxyporum, quod uirtutem habet citò penetrandi.

Pharmacum Polyetes,id eſt, añoſum.

Pharmaceutica uocatur medicinę pars illa, quæ per medicamenta abſoluitur, perficiturq́.

Pharicum, per omnia ſapore & guſtu nardum imitatur. In potu ſumptũ, cum mentis alienatione & neruorum cõuulſione paralyſim adfert.Paul. lib.5.ca.53.

Phaſganon,Xiphion.Dioſ. li.4.ca.23.

Phaſelum, appellat Tragus Fäſelen/ oder Bonen.. Phaſeolum uerò Smilacem,Welſch Bonen.Lege, Phaſiolus.

Phaſiolos,Iſopyros.Dioſ.lib.4.ca.122.

Phaſiolus.Lege,Dolichos.Habetur et genus herbæ Phaſiolus: Græciq́ pro legumine Phaſiulus, & Phaſiolus dicunt: noſtri

nostri phaseolum pronunciant,& phase lum. Vulgò Phaselen. Diosc.lib.2.c.118.

Phattaga,in India animal crocodilo ter restri simile,magnitudine catuli melitæ, pelle squamosa,& aspera, ita ut ferrum etiam hebetet. Ælianus.

φάτνες,id est,præsepia, uocant dentium cōcauitates,unà cum momista.f.τρεπτίζα. Momista quid sit,lege, Momistā.

Phatinus panis,à lente sic dictus.

Phaulion, cotonei genus inuenimus: quo nomine mali quoq; genus unum dici meminimus.

Phaulion dici oleastrū aliquando, Phocion grammaticus existimat. Certè φαυλίαι,oliuæ genus est Columellæ,Plinio, & Græcis omnibus.

Phauni. Vide,ἐφιάλτης.

Phemus,medicamēti nomen,ab Martiano medico ad cœliacā passionem ordinatum.meminit Aëtius serm.9.cap.47.

Phenice,uel Phenix,uel phenicea,hordei folijs,& spica lolij, apud Dioscorid. lib.4.cap.46.

φάσσιφ⊗,id est,plumbarius, accipitris cognomē,qui alio noīe uocatur χαλκίς.

Pherusa,Scolymos,uel Carduus,apud Dioscor.lib.3.cap.15.

Pheuxideron, Aristolochia rotunda. Barbarus in Coroll.

Pheronobion,lactuca syluestris, secundùm Zoroastem.

Phicteris. Vide, Porus.

Philagrius, medicus citatur ab Aëtio serm.18.cap.46.item serm.10.cap.11.

Philanthropos, Lappa, uel Aparine, apud Dioscor.lib.3.cap.103.

Philanthropos, amicus hominis, pro calculosis confectio apud Nicolaum.

φήλακαι,fici maturitatem quidèm præ seferentes,cæterum inutiles. Aliàs Phelomata.

φιλιόφης,libidinosus,salax,procax, ex Satyris, uel sylenis genitus, ut inquit Theocritus.

φιλίατροι, Medicorum studiosi, non ipsi quidèm ueri medici.

Philomedion,Chelidonia. Dioscorid. lib.2.cap.200.

Philtrodores,Asplenium apud Diosc. lib.3.cap.152.

Philistion Medicus, citatur ab Galeno lib.1.commentar.in Hippoc. de ratione uictus.

Philistionis fratris nomen non lego:libri autem eius Adiutoriorū ab Aurelio magnificè citantur.

Philippus Cous primus Empiricen dispescuit ab logica, rationes accipiens ab Herophilo,cuius discipulus fuit.Galen. in Isagog.

Philippus quidam Alexandri magni medicus fuit,Anacarnaniensis natione, de quo lege historiam apud Quin. Curtium libro tertio.

Philocratis emplastrum conficitur, ut est apud Celsum libro.5.cap.19.

Philonium,quod inquit Nicolaus, significat amicum nouum.

φιλογέλως,amator risus.

φιλοφάρμακοι,qui delectantur accipere pharmaca.

Philosophus,haud dubium quin medicus,citatur ab Aëtio serm.10.cap.4.,

Philumenos, Medicus,citatur ab Aëtio,Sermone.8.capit.45. Sermone item 11.cap.20.

Philyra, Tilia. Teuto. Lyndenbaum. φιλυρία alia apud Dioscoridem.

φίμ⊗, κὴ φίμωσις,quando ita contecta glans est in cole, ut nudari non possit. Celsus lib.7.cap.25.περιφίμωσις,ubi eo usq; contrahitur cole neruus,ne possit amplius deduci.

Phimus, item præclusio ostioli uuluæ est. Curandi ratio eius est apud Paulum lib.6.cap.73. Vide,φιμώσις.

φίνις,id est,Ossifragus, auis postrema inter aquilarum genera. Alienos fœtus cum suis alit, quos aquilæ alendi tædio eiecerunt. Plin.lib.30.cap.7. Dioscor. libr.2.cap.58.& Aristot.de animal.

Phinus, & φίνις græcè, utrunq; pro Ossifrago, recepti quidam Scriptores

usurpant.

Phlebotomia, est euacuatio humorum uniuersalis, quæ multitudinem humorũ euacuat, qui augmentantur, super æqualitatem ipsorum. Auicen. quarta primi.

Phlegmasias, intelligimus aut inflammationes simpliciter, aut eas quę cum febri sunt. Galenus Aphoris. lib. 1.

Phlegmone, est hulcus cum rubedine, & duricie, cum dolore pulsatili, & febre. Dicitur autem Phlegmone, ἀπὸ τοῦ φλεγίειν, id est, ardere: ideo, quòd locum affectum ardere faciat. Vel est tumor cum dolore & rubore, et inflammatione citra febrē. Vel Phlegmone, apostema quod dā est, de carnosis particulis tumidiorib. simul & inflatis. Vide Galenum lib. de morborum differen.

φλέγμον, quælibet incensio cum tumore & ulcere. ἀπὸ τοῦ φλέγω, id est, ardeo. Lege, Oculorum morbi. Phlegmonum genera require apud Galenum libro ad Glauconem.

Phlegmon & stomachi tumor est, qui notatur ex nimia siti, oris siccitate, animi iactatione, corporis laxamento, & uigiliarum inquietudine: pulsus creber est, articuli & corpus frigidum.

φλέγμον τὰς μήτρας, inflamātio uul

Phlegma est sicut aqua mixta cum (ug. gypso, & liquefacta: qui humor delabitur interdū in membra, & fit quasi gypsus lapis, caussatq; podagram.

Phlegma hyalodes, pituita uitrea, omnium aliarum pituitarum frigidissima, cruda, necdùm putrefacta.

Phletoricum corpus, quod oppletum est crassis humoribus.

Phlomos, Verbascum apud Dioscoridem libro. 4. cap. 105. Teuton. Wullkraut/Kertzenkraut/unholden kertz/Hymmel brant/Brenkraut/Goldknöpfflin. Candelaria enim dicta, quòd caule eius adipe & seuo, uel pingui aliquo illito, nonnulli pro lucernis utantur. Eius genera uide apud Fuchsium.

Phlonitis, Onosmon apud Dioscor. libro. 3. cap. 148.

φλόμος, Enula campana, uel Helenium. Lege, Helenium.

φλυκταίνα, καὶ φλυκτίς, tumor, pustula, uel bulla, à φλύω, quod est bullio.

Phlyctena etiam, uel Phlyctis, corneæ in oculo membranæ extuberans uesicula, uel pustula, ab humore aliquo caussata. Lege, Pustulas Græci uocant.

φλυκτίδες, pustulæ.

Phlyctis. Lege, Exulcerationis oculorum affectus.

Phœdra, Equisetum, uel Hippuris. Dioscor. lib. 4. cap. 49.

Phœnicam, gręci arborem & fructum simul uocant, à colore pini facto utriq; nomine. φοινικὸν enim, & φοινίσσειν, puniceo colore rubere est, quo maturi in hac arbore fructus uidentur. Latini arborē Palmam, fructum uerò Palmulam dixerunt. Indicat id Suetonius in Claudio: quem in conuiuio & inter epulas obdormiscentem, oliuarum & palmularum assibus ab alijs incessi solitum. Est & auis eius nominis, de qua Plinius libr. 10. Sic dicta genti Syagrorũ, quòd eadem cum palma fortuna sit, mortuæq; ambæ renascantur: putaturq; auis, ex palmæ argumento, quæ una in Syagris mortua, ex seipsa, ijsdem quibus prius erat pēnis referta, renasci credebatur. Quod an ita sit, alij uiderint. Vocatur & πῶμα, id est, poculum ab Dioscoride.

Phœnice, nomen sumpsit à colore. Dioscor. lib. 4. cap. 46. Teut. Hauchhabern / Meuß habern / Dortweyss/ Queckengraß.

Phœniceus color. Lege, Puniceus. Lege, item Baia.

Phœnicobalanus, uocatur palmæ fructus.

Phœnicopteras, phœnix herba, apud Dioscor. lib. 4. cap. 15.

Phœnicopteri linguam præcipui saporis esse docuit Apicius. Huius linguæ apud Tranquillum in Caligula fit mentio. Item apud Spartianum in Heliogabalo: qui epulas Phœnicopterorum ce- rebellis

rebellis conditas apponebat.

Phœnomerides. Vide, Acetabula.

φοῖνιξ appellatur græcè Palma: Unde uerò fructus dependent, Spache. Est & φοῖνιξ herba, de qua infra. Item musicũ instrumentũ, ab inuentore ita dictum: siue ut alijs placet, quia primùm ex doliatica palma cubiti eius facti fuerant.

Phœnix, Elatini unguenti, id est, quod ex abiete fit, cognomen apud Theophr.

Phœnix, aquilæ magnitudine, haud scio an scilicet fabulosè, una in toto mundo auis, auri fulgore circa collum, cętera purpureus, ceruleam roseis caudam pennis distinguentibus, cristis faciem, caputque plumeo apice honestante. Plinius libro decimo, cap.2.

Phœnigmi, per cutem, uel in cute data opera rubificationes, per frictionem factę ad corpusculum ipsum tabidum excitandum, græcè φοινιγμοί apud Paulum libro tertio, cap.18.

Phonasci, qui uocis exercitio inmodico utuntur, cuiusmodi sunt cytharœdi, præcones, tragœdi. Aëtius serm.8.ca.51.

φωχθεῖς, id est, tostus.

φωνῆς ἀποκοπὴ, uox retusa, & quæ in extremam raucedinem incidit.

φῶς, nigricans circulus, papillam ambiens, id est, lumen.

φόξοι, quibus est præacuminatum caput, uel ex fatigatione, quam uocant ὀξύτυτα. quale Thyestis caput depinxit Homerus in.2.Iliad.

φοξίχειλοι, labijs eleuatis & prominentibus, quales uulgò uocant Labrones.

φραγμὸς, dentium ordo.

Phragnites. Lege, Harundo.

φρὴν, mens.

φρένες, Præcordia.

φρένισις, uel φρενητίς, mentis alienatio ad insaniam, furoremque deducens.

φρύκη, in hemitritæo, & semitertiana horror, atque concussio.

Phrycodes febris. Lege, Febris.

Phrygia, Asplenium, apud Dioscoridem lib.3.cap.152.

Phrygiones, appellati uestium pictores. Plin.lib.8.cap.48.

Phrygius lapis, quo infectores in Phrygia utuntur, à qua & nomen accępit. Nascitur in Cappadocia. Vide Dioscor. lib.5.cap.132.

Phrygitis, apud Dioscor.lib.3.cap.152.

Phrynion, Paronychia, frutex, apud Dioscor.lib.4.cap.57.

φρῦνος, hoc est, rubeta, rana quæ in uepribus uiuit, quanquã prius in aquis est, postea fit terrestris: perniciosa hæc ut χέρσυδρος, grandissima cunctarum. Magnitudo testudinis paruę, geminis quandoque ueluti corniculis, ut inquit Plin. libro.9.cap.41.&.51. dorsum exasperat, inflatque se irata: tàm proteruè audax, ut insiliat in proximum: quanquàm suspirio se frequẽtius quàm morsu uindicans. Bufo inde, ut arbitratur Hermolaus Barbarus, dicta, ueneficiorum plena, præcipuè ossiculis duobus: quorum in sinistro latere inuentum ἀπόκυνον uocant: quia canum impetus cōhibeat.

φθειρίασις, morbus pedicularis. Lege, Pediculari morbo.

Phthiriasis. Lege, Palpebrarum uitia.

Phthirion, Stafisagria, apud Diosc.lib. 4.cap.158. Aliâs, Phthiroctonon.

φθειρία, pediculatio, morbus, de qua plura Paulus lib.3.

φθίσις, pupillæ affectio angustioris factę, debiliorisque, atque etiam rugosioris, in qua paulò maiora se ostentant obiecta. Ratio autem est ex condensatione ob siccitatem prouenięte. Differt ab ea quę uocatur Atrophia. Siquidèm arctat pupillam Phthisis: at totũ oculum Atrophia minorẽ facit, & humiliorem. Est & pulmonis eius nominis affectio.

Phthisis ocularis, qñ pupilla angustior, uel latior ex aliquo capitis morbo fit, ex quo uisa apparẽt esse maiora quàm sint.

Phthisis itẽ, siue tabes, exulceratio pulmonis, siue thoracis, gutturis, aut faucium, quæ tussim & febres debiles adducit, & totum liquefacere corpus solet. Phthisis

itaq; dicta est corporis diminutio, atq; liquefactio ab ulcere manans. Dicitur autem Phthisis à uerbo φθινᾶν, quod est diminuo, & corrumpo. Lege, Exulcerationis oculorum affectus.

Phthisis, Pæonia, apud Dioscoridem libro tertio, cap. 158.

Phthoëm, quam propriè sic Græci uocant, & Athenienses, hanc interdū Hippocrates Phthisim nominat: quę pulmonis ulcera insanabilia consequitur totius corporis, & cum febre parua, extenuationem. Galen. lib. 7. Aphoris. 16.

φθόη. Vide, Tabes.

φθόριοι. Vide, ἐκβόλια.

Phu, Baldrion/Dennmarck/Katzenwurtzel/oder Augenwurtzel/quod alii qui syluestre Nardum appellant, nascitur in Ponto, folio Olusatri, aut Elaphobosci. Vide Diosc. lib. 1. dict. Phu, φοῦ. Plinium lib. 12. cap. 12. et lib. 21. cap. 20. In Plinij codicibus corruptè Aliphu, pro Phu legitur. Odore huius herbæ radicis, catti mirè delectantur, nam eo oculi eorum roborantur.

Phycis, piscis. Plin. lib. 9. cap. 26.

Phycos, Coniza. Diosc. lib. 3. cap. 135.

φῦκος θαλάσσιον, Fucus marinus: quid reuera sit, & eius genera, uide apud Dioscoridem lib. 4. cap. 101.

φυγέτλον, tumor non altus, sed latus, in quo quiddā pustulæ simile est: dolor, distentioq; uehemēs est, maior quā pro magnitudine tumoris. Cels. lib. 5. cap. 28.

φυκλὸν uocant Græci strabonem, cui obliqua sit oculorum acies, abiectaq; à naturali uenustate.

Phyletgria, Polemonia. Diosc. li. 4. c. 10.

Phyleterion, Clematis. Diosc. li. 4. ca. 8.

Phyllandrion, in palustribus nascitur: nec plura de ea traduntur. Vide Barbarum in Coroll. lib. 3. cap. 141.

Phyllanthion, cognomēto dyticon, apud Democritū, ad purpuram tingendā satis celebrę: nec præterea quale id sit, monstratur. Bar. in Coroll. Phyllitidis.

Phyllantes, herba, inter spinosas, sed mitior aculeis, & ab radice tantùm foliata. Barbarus in Coroll. Phyllitidis.

φύλλινον μύρον, unguentum liliaceum, seu Susinum.

Phyllis, idem quod Phyllitis, apud Dioscor. lib. 3. cap. 120.

Phyllos, Leucacantha. Diosc. lib. 3. c. 21.

Phyllitis, foliosus potius cespes quàm planta, ubiq; ad parietū radices nascens. Egit de ea Diosc. lib. 3. cap. 120. Plin. lib. 21. cap. 16. Hæc Trago uera est Asplenion, seu Scolopendria, de qua & Diosco. agit eodē lib. cap. 151. Teut. Hirtzzung/Miltzkraut/Monkraut.

Phyllon, musci generis, apud Dioscoridem lib. 3. cap. 141.

Phyllophares, Prassium, uel Marrubium, apud Dioscor. lib. 3. cap. 118.

Phyllostaphyllon, Capparis.

Phyma, animal, ut inquit Ælianus, in quod si quis oculos intendat, ab eoq; inspiciatur, in pallorem, maciemq; incidit, idq; diebus non paucis.

φῦμα, tuberculū furunculo simile, sed rotundius, & planius: sępè etiam maius. Nā furūculus oui dimidij magnitudinē rarò implet, nunq; excedit: φῦμα etiā latius patere cōsueuit, sed inflammatio, dolorue sub eo minor. Celsus lib. 5. cap. 28.

φύματα, ulcera & tubercula, quæ circa glandem oriuntur.

Phyranon, Ammoniacum pingue, & resinosum.

φυσᾶ, καὶ φυσώδης, qui in auribus est spiritus, aut flatus: quem nos uulgò tinnitum, quoties sine grauitate doloris, auditus distētio fit: qui si exit, nihil infert no-

φύσιν, inter alia uocant etiā (cumētis. uirile pudendū. Sunt qui Fuscinū item uocant, ut in carmine obscœno, & apud Horatiū: Minus ue languet fuscinū. Vbi Porphyrio Grammaticus, Fuscinū, pro uirili membro posuit: quoniā fascinādis rebus hęc membri deformitas apponi solet. Appellabatur & Verpa apud Catullū. Nam Verpos dicunt Iudæos ex illo Satyrico, Quæsitū ad fontem solos deducere

cereuerpos. Alij infamem uocant digitum. Martialis de Mentula:

Incipit in medios meiere uerpa pedes.

Eius foramen ὀρήτρη uocatur. Dicitur & Capros. Capreæ uerò ſunt in natura Cameli prominentes carnes.

Phyſalis, Veſsicaria, uel Halicacabos, apud Dioſcor. lib. 4. cap. 75.

Phyſiognomia, corpus ex Ariſtotelis, & aliorũ dogmatis dijudicat: nõ contemnẽda ſciẽtia, nec impia: Pythagorę, & ueterib. olim in uſu habitã, affirmat Gelli.

Phyſſalis, herba, Halicacabo folia ſimilia habet, ut inquit Aëtius ſerm. 11. ca. 29.

Phyſſionus. i. benè mẽtulatus. Nam φῦσα, follẽ, σίν⊗, mentulã ſignificat gręcè.

Phyteuma negat ſe deſcripturũ Plin. quaſi ſuperuacuũ, & ad amatoria tantũ utile. Meminit eius Dioſc. lib. 4. cap. 131. Teut. Madelgeer / Aller ſchad heyl / Creützwurtz / Speerenſtich / Wyld weydkraut / Seyffkraut. Trago. Cruciatam uocat Fuchſ. Græcè σκυρότυπ⊗, quòd radix eius in modum crucis transfoſſa eſt.

Phytobaſilia, Leontopodion, apud Dioſcoridem lib. 4. cap. 132.

☞ P I

Pica, morbus. Lege, Grauidis.

Pica, græcè κίττα, plures eodem die cõmutat uoces; nidificat in arboribus, parit oua nouem. Ariſtoteles.

Picea. Lege, Pinus.

Piceaſter, in Hiſpania potiſſimũ prouenit, ex qua reſina, unde poſtea pix coquitur, colligitur. Pinus procerior eſt.

Picerion. Lege, Butyrum.

Pici bitumen. Lege, πιττάσφαλτ⊗.

Picorum diuerſa genera, & uaria nomina, lege apud Plin. lib. 11. cap. 18.

πικρὰ, amara.

Picras, Androſace. Dioſ. lib. 3. cap. 151.

Picrocholi, id eſt, amarę bilis homines, & cholera abundantes. Hippoc. in ſentẽtijs Cnidijs, uel de ratione uictus, His idoneum ait eſſe acetũ, quod melancholicis aduerſiſsimum eſt.

Picus martius, ex uncorũ unguiũ genere in auſpicijs habita. Plin. libr. 10. cap. 18.

πίσσμα, ſuccus expreſſus.

Pignatoxaris, Veratrum album, apud Dioſcoridem lib. 4. cap. 151.

πίλοι, notę quę in ueſtibus hęrẽtes, eas decolorant. Qua ſimilitudine aliquando in humano uultu, & reliquo corpore maculæ oriuntur, nullo, aut exiguo uitio ſummam cutem tantùm uariantes.

Piliſcatio. Lege, Piſtatia.

Piloſella, à copia pilorum, quibus ueſtitus uocant. Teut. Nagelkraut, una ſpecies. Altera minoribus folijs humi ſedentidus. Meüßörlin. Lege, Alſine.

Pillulę, noſtrates Medici corruptè pronunciant pro pilulæ, à pila denominatę. Serenus uocat Glomeramina his uerſibus: Dilue præterea glomeramina quæ gerit intus Clauſa aries, inter geminas coxendicis umbras.

Pilulas Cochias, omnes interpretãtur capitales, τὸ ἔτυμον non intelligo.

Pilulæ Aſcaiareth, uel ut alij legunt, Azeiret, ab Arabicæ linguæ interpretibus exponuntur pro capitalibus.

Pilulæ Aureæ, ſic dictæ, uiribus & efficacia in exigendis malis ſuccis, auro longè præpollent.

Pilulæ Artericę, ſic dictę ſunt, quia pro arthriticis potiſsimùm ualent.

Pilulas Bichichias, arbitror ſic dictas, quòd tuſsi medeantur: niſi prorſus Arabica dictio eſt Bichichię.

Pilulæ Caſtoreæ, à caſtoreo dictæ.

Pilulæ Fętidę: ſic dictas exiſtimãt, quia fęculentos humores in corpore propellunt: uel ut alijs placet, quia ex malè olentibus concinnantur, caſtoreo ſcilicet, ſerapino, & porrorum ſucco.

Pilulę de Hermodactylis, uocant, quia ex Hermodact. potiſsimũ cõponuntur.

Pilulæ ſine quibus eſſe nolo, ab efficacia quoq; nomen ſortitæ, quòd ægrè illis careant ægroti.

πιμελὴ, adeps, axungia.

Pimpinella, Pampinella, & Bipennu-

 la, &

la,& Sanguisorba ideò uocatur: quoniam uulneribus iniecta, ferrum & spiculà facilè, ac citra sensum doloris exigat: folio paruo, orbiculata, Teu. Bibenell/ Bibernell.

πιναχίσκοι δὲ ἰχθυηροί, scutellæ piscariæ, apud Aristophanem.

Pinastellus, id est, Peucedanum, herba sataria, scilicet, Peucedanum.

Pincerna pluuiarum, Auster uentus: sic dictus uulgò, quoniam pluuias uehementer conciliat.

Pinguedo, siue adeps, est effusio & distributio nutrimẽti in mẽbranis, maximo pere cõcreta, condensataq;, & sensus expers.

Pinna, Concharũ generis. Plinius lib.9.cap.42.

Pinnother, uel Pinnyphylax, comes Pinnæ conchæ, id est, squilla parua. Alibi cancer dapis affectator, minimus ex cancrorũ genere. Pli.lib.9.ca.42.& c.31.

Pinsiti allij. Allium pinsitum intelligo id, quod uulgò dicitur pistum & molitũ. Columel.lib.6.cap.6.

Pinso, uel Piso, in eodem sensu est, in pila tondo, uel molis frango.

Pinula, Trichomanes, apud Dioscoridem lib.4.cap.138.

Pinnula circa ungues, est excrescentia carnis, quæ partẽ unguis operit, tàm in pedis, quã in manus pollicibus pręcipuè eminens: sed in pedibus ex offensione interdum, in manibus ex paronychijs oritur. Curam eius require apud Paul.libr. 6.cap.85. Lege dictionem, Pterigia.

Pinus, Dannenbaum/& Pice, Kynbaũ/generi eidẽ adscribuntur: sed quandam flagitant specierum distinctionem. Arbores uulgò cognitę. Picea pinguior ac tenuior folio est, minus alta, atq; recta minus. Pręterea conum minorem & nucleos, nucleos quoq; resina perfusos obtinet. Vtriq; foliũ capillamẽti modò pręenue, ac breui seta uillosum. Vtraq; crassior, duraq;, ceu Cupressus. Materies candida, & Abieti similior. Pinus ustis radicibus non pullulat, Picea repullulat. Dioscor.lib.1. Plin.lib.16.cap.10. Theophrastus lib.3.cap.10.& libro.5.cap.2.& libro nono, cap.1.&.2.

Pinus Triuia, Astragalus, apud Dioscoridem lib.4.cap.65.

Piosis. Lege, Exulcerationum quæ in oculis exoriuntur.

Pipare. Vide, Veponem.

Pipare, uocem emittere. Gallinæ autẽ dicuntur pipare, sicut oues balare, sues grunire. Pipatio, dicitur clamor plorantis, lingua osca. Colum.lib.8.cap.5.

Piper agreste, id est, Agnus castus, ut inquit Dioscorides.

Piperella. lege, ἀγάλλοχον, et Haormia.

Piperis tria genera celebrant Scriptores: album, nigrum, longũ. Arbores quæ gignunt piper, iunipero sunt similes: siliquæ tostæ sole, faciunt id quod uocatur piper longum. Hoc tostum solibus fit nigrũ & rugosum, quod gratius est. Hinc illud Persianum: Rugosum piper, & pallentis grana cymini. Apud Horatium ait Catius ganeæ magister: Ego fæcem primus, & alec primus, & inueni piper album. Galenus in Simplicibus piper album docet feruentis esse naturæ. Columella lib.12.cap.56. Longum uehementius mordet. Nigrũ tempestiua maturitate colligitur. India piper profert. Diosco.lib.2.cap.176. Plin.lib 12. cap.7. Theophrast.lib.9.cap.22. prouenit & in Caucaso, & in Oriente.

πιπέρι βαρυσταθμόν, id est, piper grauioris ponderis: quale ad compositionem diacalaminthes probat Galen.lib. 4. de Valetudine tuenda.

πιπεράκιον, Acorus. Verùm corruptũ hic uolũt Dioscoridis textum lib.1.& legendum esse, Piperapium: quando ita legit Apuleius.

Piper Strongile, Myrtidanum, rotundum Piper apud Hippocratem.

Pipillare. Pipinna. Vide, Veponem.

Pira crustumæa, quæ ex parte rubent.

Pirorum genera lege apud Pliniũ lib. 15.ca.15. apud Barbarum in Corollario, quod

quod incipit, Pirum Græci.

Pira phalerna, quoniam in eis uis ficci abundat.

Piscatrix, ranulæ genus in mari.

Pisces quidam dijs sacrati. ut Mullus Proserpinæ, Citharos Apollini, Mercurio Phocas, Libero Patri Cittulus, Apua Veneri, Neptuno Pompilus.

Pisces aspratiles, uel saxatiles, id est, duriores & asperi.

Piscis Austrinus. Duo sunt in signifero pisces: Alter notior, siue austrinus nominatus, quia ad austrũ spectat: Alter boreus, quia spectat ad polum arcticum, & regionem borealem. Cõiunctio horum pisciũ Nodus uocatur. Colu. lib. 11. ca. 2.

Piscis sacer, qui aliâs Pompilus.

Piscis sacer, qui dictus sit, apud Home. lib. 10. & 16. item Plutarchũ, doctiss. disseruit Cœlius libr. 7. cap. 12. & Gell. lib. 2.

Piscina Nymphæa herba, apud Alexandrum lib. 3. cap. 34.

Pisciũ iuscula. Lege, Recentiũ pisciũ.

Pisciũ recentiũ ius, græcè ζωμὸς ἐκ τῶν νεαρῶν ἰχθύων. De quo uide Diosc. lib. 2.

Piscium ferè omnium marinorũ tria genera facit Herm. Barb. Nam Limosa, inquit regio planum piscem educat: ut Soleam, Rhombum, Passerem. Harenosi gurgites Auratam, & Denticen. Saxosum littus Saxatilem: in quibus principatum gulæ tenet Scarus; deinde Turdo, & Merulæ.

Piso medicus citat̃ ab Aëtio li. 13. de uenenis. Scripsit de Animantib. ut ipse ait.

Pison, quiddam ueneni quod clàm inest nardo. Indica uox.

πισσέλαιον, è pice fit, separato liquore aquoso, qui supernatat pici, sicut serũ lacti. Nam expansa quàmdiu pix coquitur supra cortinam uellera madescũt, acceptoq; halitu eius exprimuntur in uas. Officinæ uocant oleum picinum. Probatur maximè è Brucia, ut quæ pinguissima sit. Dioscor. lib. 1. Plin. lib. 23. cap. 4.

Pissoceron, secunda apium structura. Plin. lib. 11. cap. 7.

Pistacia, quæ in Syria gignuntur, pineis nucibus similia sunt, & in nucũ genere habẽtur. Nicander Colophonius Psittacia uocauit. Et alius Nicander Pilisťacia. Sunt qui Listacia, ut Possidonius. Leguntur & Istacia scripta in Pöetis. Lege de ea Plinium lib. 23. cap. 8. Dioscor. lib. 1. cap. 179. Serap. cap. 59. cap. Pistoch. Galen. de Alimen. lib. 2. ca. 28. Officinę omnes Fisticum, uel Fistica hodiè uocant.

Pissoceros. Lege, Propolis.

Pistrinale, à pistrino. Nã & Plaut. pistores uocat scrophipascos, tanq; scrophas in pistrino pascentes. Colu. lib. 7. cap. 9.

Pistolochia, Aristolochiæ species quarta, tenuior quàm tertia, densis radicis capillamentis, iunci plenioris crassitudine. Hanc quidam Polyrrhizon nominant, & Satyrion esse dicũt. De quo uide Barbarum in Coroll. Aristolochiarum.

Pisus, Pisum, & Pisa uni tantùm Palladio genere fœminino dicitur: Cicer Arietinum. Teut. Erbßen. Pisum Græcorum. Teut. Kycheren. Trago.

Pitaryasis, idem quod Phthiriasis. Lege quid sit Phthiriasis.

Pithion, Tussilago, uel Bechion, apud Dioscor. lib. 3. cap. 124.

πιτἀσφαλτος, nascit̃ in Apolloniatarũ agro, circa Epidamnũ. Ea Ceraunijs montibus deuoluta, impetu fluminis rapitur, æstuq; in littus expuitur: illic cocta in glebas, mistam bitumini picem redolet. Plin. uocauit pici Bitumen, aliquando picem fossilem: parũ rei certa indicatione, & in qua parum sibijpsi conuenit. neq; enim potest aliquid simul fossile & liquidũ esse. Testantur autem Paul. Æginera, Epiriq; incolę omnes, & res ipsa, concretã substantiam picis bitumen hoc esse, quod nostra adhuc ætate picãdis nauigijs illic in usu est, ex quo uectigal ea gens non negligendum sibi facit. Nascitur autem ad Apolloniam antiquam ciuitatem, quam Strabo libro. 16. Epyroticam appellauit. Stephanus ἰλυρίας dixit esse κατὰ ἐπίδαμνον.

Pituita, frigida est & humida, ad ciborũ attractionẽ, & ad articulorũ & membrorum motionem à natura constituta.

Pituitam albã consueuere Medici quidam uocare aquæ intercutis speciẽ: quasi uidelicet sit etiam pituita liuida: uel tan quàm sui quidẽm ratione sit semper alba, sed propter mixtionem quorundam aliorum humorum uerum mutet colorem. Galenus lib. 7. Aphoris. 29.

Pituita retenta in stomacho recens, id quod uulgò Barbari Materiam uocant peccantem.

Pituitaria, Staphisagria, apud Diosc. lib. 4. cap. 158. & Alexium lib. 5. cap. 40.

πιτύινος, id est, piceus.

πιτυλίζειν dicitur, si quis summis pedibus ingrediẽs, tensas in sublime manus, hanc antrorsum, illam retrorsum celerrimè moueat. Hoc exercitamẽto maximè ante parietẽ stantes uti solẽt: quo si quando aberrẽt, facilè pariete apprehẽso, erigant.

Pityra, uel Pityriasis, morbus quem Serenus, Celsus, & Galenus Porriginem uocant. Ab Auicenna & Hali abbate Furfur uocatur. Siquidẽm et uox Græca idem sonat. Decidunt quasi squamæ & furfures de capite cutis particulę: in capillo fit frequenter, in barba rarius. Haubtschüpen. ἀπὸ τοῦ πίτυρος, quod significat furfures.

Pitysorisis, Chamæpitys, uel Aiuga, apud Dioscor. lib. 5. cap. 176.

Pityocampe, erugo picearum, aut pinorum.

πιτυρία [?], panis furfuraceus.

πίτυρον, furfur.

Pityrum, oliuæ genus.

Piulcum, organum, quod pus extrahit. Galenus Meth. lib. 5.

Pix nihil aliud est, quàm fluxus combustę in tæda sua resinæ. Modũ eius adu rendi docent Diosc. lib. 1. Theophr. libr. 9. cap. 2. Plin. lib. 14. cap. 20. lib. 26. cap. 1.

Pix sicca, uel spissa, ab Officinis Colophonia hodiè uocatur: tametsi Dioscor. picem liquidam etiam Colophoniam uocet. Annumerantur eius multa genera: scilicet, Pierica è Macedonia, Nemeturica apud Columel. & quę in Liguria conficitur, & Allobrogica, quæ corticata dicitur, & Rhetica, & Corracina.

Pix quomodo fiat, uide apud Theophrastum lib. 9. cap. 2. & 3.

Pix fossilis. Lege, πισσάσφαλτος.

Pix acantha, Chiromion uocant, spinã quandam Indicam, odoratam. Plinius libro. 12. cap. 17.

Pizia. Lege, Oculorum desyderium.

P L

Placentarum diuersa genera & nomina, require ex Barb. Coroll. lib. 2. cap. de Lolio. Cęl. lib. 5. cap. 35. Quanquã nos eadem ferè ad uerbum ex Iul. Polluce passim operi huic nostro inseruimus.

Placitis, uel Placodes, Cadmię species, apud Dioscor. lib. 5. cap. 75.

πλαδαρὸν, nõ humens simpliciter, sed quod cum humore flaccescit: quale erit, quod natura sua durans, rigensq́ʒ admisso humore languet, & paulò minus quã dilabitur: oportetq́ʒ in ἐν τῷ πλαδαρῷ duo hæc intelligere: humorem, & ex humore infirmitatem.

Plaganion, unguẽti genus, teste Barb.

πλάγια, latera.

Planci, qui pedibus plani sunt. Dicuntur & Ploti, eadem ratione.

Planetæ, & Cymatophleges, Græcè πλανῆται, καὶ κυματοφλέγεις [?], hoc est, errones & fluctiuagi, piscium quædam genera, saxatilibus contraria.

Plantago à planta nomen traxit. Teutonicè, Wegerich.

Plantaginis descriptionẽ uide in Herbarij nostri tomo. I.

Plantago aquatica, wasser Wegrich. Alisma græcè.

Plantarũ Scriptores, & Agriculturę, uide ex M. Var. de re Rust. lib. 1. cap. 1.

Plataschoriasis, equorum morbus est: cùm se ultra naturalem modum diffundit in equis, & animalib. & eripit uisum: nec ea curari ullo modo potest, ut inquit Vegetius libro. 2. cap. 16.

Plata-

Platanistas uocant pisces in Gange flu
uio,rostro Delphini,& cauda, magnitu
dine autem quindecim cubitorum.Plini
us lib.9.cap.15.

Platanus,arboris nomen,etiamnū Ita-
liæ cognita, Germaniæ nostræ uulgata
nō adeò. Descriptionem eius lege apud
Dioscoridem.

Platea, nominat̃ auis aduolans ad eas,
quæ se in mari mergunt,& capita earum
morsu corripiens, donec capturam ex-
torqueat.Plin.lib.10.cap.40.

Platea,Platalea.Lege,Pellicanus.

Platea syrina,id est,lata fistula, species
Casiæ fistulæ.

πλατήνωτος, latos humeros habētes.

πλατύφυλλος,id est,Latifolia.

Platyphyllos,Tithymali species septi
ma,apud Diosc.lib.4.cap.175.Teuton.
Breytmylchkraut.

Platismata.Lege,Itria.

πλατοκύμινον,id est,Cyminū latum.

Plectronia,Centaurium magnum. Di
osc.lib.3.cap.7.

Plectum coxæ. Vide,Acetabula.

πλημμυρίς, humidi cuiusdam copia in
corpusculo.

Plenes, palmulæ è mari palma: nam è
fœmina βαλάνος uocat Iulius Pollux.

πληρωτικὰ ἑλκῶν, repletiua carnis in
hulceribus.

Plethora,id est,humorum copia,pleni
tudo, & succorum redundantia: perpe-
ràm nostri Medici Plectoriam uocant.

Plethoricū corpus.i.humorib.refertū.

Plethoriasis,repletio humorum.

πλευρά,costa.

Pleuritis, est lateris dolor, & costalis
membranæ,pertingens usq; ad eminen-
tiam & scapulas,cum febre,cumq; pun-
ctiuo dolore, unà cum horrore & frigo-
re,spirandiq; difficultate,& tussi.

πλευρῖτις, ita enim legendū,non pleu
risis,in costis apostema asperum, & lœ-
tale:à πλευρὰ,uel πλευρὸν, quod signi-
ficat latus.

Pleuritis,laterū cōpunctio ferè Pli.uo-
catur,interdum lateralis dolor,ut.21.lib.

Pleuritis,Scordion,apud Dioscor.

πλευρᾶς πόνος,lateris dolor.

πληρωτικὰ,perpurgatiua.

Plinium secundum iam cōstans fama
Veronensem facit, sub Vespasiano Im-
peratore: ut indicat eius etiam Epistola
naturalis historiæ præliminaris. Inter-
diu negocia publica administrabat: no-
ctibus uerò,& succisiuis, ut ipse inquit,
temporibus,opus de Naturali Historia
conscripsit. Vnus omniū temporis par-
cissimus dispensator. Perijsse dicitur in
montis Vesuui incendio,dùm eius cau-
sam indagare cuperet. Eius uitam dili-
gentius in Epistolis pingit C. Cecilius
Plinius,eius ex sorore nepos.

Pliris arcoticon. Dudùm hoc testati su
mus,bonam partem nominum medica-
mentorum, nos non probè intelligere.
Ex hijs est quod apud Nicolaum inscri-
bitur, Pliris arcoticon. Si cui Nicolaus
satisfacit,sic habet. Electuarium pliris ar
coticon,est completa Medicina. arcoti-
con principiū interpretatur.Commenta
rius sic. Pliris ab autore nomen habet:ar
coticon dicitur princeps. Bella profecto
expositio.

Plistonicum in Medicinis Ocimi.20.li
bro Plinij,cap.12. morbi genus uidetur.
Distillationes,inquit, eo coli, & stoma-
chi inhiberi tradūt:ergò & cœliacis Phi-
listio dedit,& coctum dysentericis,& cō
tra plistonicum. Sed fortasse corrupta le
ctio sit: uti plistonicum non morbi ge-
nus,sed autoris nomen sit:de quo Plini-
us aliàs sæpe eodem libro, ut Praxago-
ras raphanos & iliosis dandos censet,Pli
stonicus & coliacis. Rursum: Coctū dy-
sentericis,& coliacis Plistonicus.

Plistonicus,medicus,citatur à Plinio li
bro uigesimo,cap.4.

Plumbago,id est, Molibdæna. Lege,
Molibdæna.

Plumbarius lapis, apud Dioscoridem
lib.5.cap.89.

Plumbum calcinatum, Bleyesch.

Plumbum

Plumbum candidum. Zyn.

Plumbum nigrum. Bley.

Plumbum lotū quomodo paratur, uide apud Dioſcor. lib. 5. cap. 87. Plinium libro. 34. cap. 18.

P N

πνεῦμον, pulmo.

πνευμονία, morbus pulmonis, quando tumeſcit, uel ex uehementi catarrho, uel aſthma, uel pleuritide. Hūc ſequitur difficultas anhelitus.

Pneumocaphalon, eſt eneruatio umbilici. πνευματοκήλα, teſtiū quotidianū malum: à ſpiritu ſic dictum. qui circa eos in ſcroto colligitur. Sunt qui uentoſum ramicem interpretantur.

Pneumatica organa, dicuntur Latinè ſpiritualia.

Pneumatomphali uocātur, quibus ſpiritus & uenti umbilicum extrudunt.

πνευμάτων γεννητικός, quod flatus cit.

πνευμάτωσις, ſtomachi inflatio eſt: quę deprehenditur ab extenſione ſub pectore, præcipuè poſt cibum, ſonitu inteſtinorum, & ſonoroſo uentris egeſtione: uenter inflatus cùm percutitur, ſonat ut uter, ſitis diuturnior.

πνικτοί. Lege, Oua exopheia.

πνιγαλίων, morbus qui alio nomine uocatur ἐφιάλτης, uel ἐπιβολή, Barbarè Incubus: nomen olim familiare Themiſoni medico, ut inquit Paul. lib. 3. c. 16.

Pnigitis terra. Lege, Dioſcoridem libro. 5. cap. 168.

P O

Pocillum, à poculo deriuari uidetur.

ποδάγρα, morbus cognitus, uel maximè diuitibus, ἀπὸ τοῦ ποδαγρῶ, id eſt, laboro podagra. Eſt autem affectus pedibus eueniens, laborem adferens neruis patientibus, quibuſdam cum aduſtione, quibuſdam cum frigore.

Podagra lini, herba quæ nomine alio Cuſcuta. Vide, Caſſuthà.

Podex. Vide, Porus.

ποιηντὰ ἁλίαρτον, id eſt, herboſa Haliortos apud Homerum Iliad. β.

Pœgæ. Lege, Mergum.

Pœphagus, duplo equi magnitudinē excedit, cauda nigranti ac ſpecioſa, mulieribus Indis ad capitis ornatum expetita. Ælianus.

Pöetica Hedera, apud Dioſcoridem libro. 2. cap. 199.

Polea, fimus caprarum.

Polamogeton, Stachyites, Latinis Fontalis, Germanis Samkraut dicitur. ποταμογείτων dicta, quaſi uicina fluminibus. ϛαχυίτης uerò, quaſi ſpicata: ob cau lem quem ex ſe mittit floribus & ſemine ſpicatum.

Polemonia, uel Polemonium apud Dioſcor. lib. 4. cap. 10.

Polentam latini uocant id, quod Græci ἄλφιτον, et Arabes Sauic. Manardus libr. 8. Epiſt. 3. autoritate Galeni, indicat Polentam ex uiridi adhuc hordeo fieri; ſed Priſanam ex ſicco, integro, & plene cocto: Omeleſyn ex eodē ſicco mola in puluerem, hoc eſt, farinam redacto. Polentam Germani uocāt, Gerſtenmüſſz. Sebaſt. Auſtr.

Polimpega. Lege, Corium.

Polion Veneris, Periclymenum apud Dioſcor. lib. 4. cap. 16.

πολίωσις, humani capilli ante legitimā ętatem, in candidum colorem mutatio.

Poliū, atq; Tripoliū non modò locorū diuerſitate in quib. utraq; gignitur, ſed figura inſuper, atq; colore ac proprietatibus etiā inter ſe plurimùm differūt. Poliumſiquidèm utriuſq; generis, partim in campis, partim in montibus naſcit: Tripoliū uerò in maritimis tantū locis, quæ unda maris allidit. Poliū habet folia cani hominis ſimilia, unde illi apud Græcos nomen Tripoliū: folijs Iſatidis conſtat, quemadmodū de utroq; ſcribit Dioſcor. et Plin. ipſe confirmat lib. 26. Nam quod apud Plinium legitur de Tripolio, folio ſatis groſsiore, palmo alto, error eſt codicis: ita enim legi oportet. Tripolium in maritimis naſcitur ſaxis, ubi allidit unda, neq; in mari, neq; in ſolo, folio

Isatidis crassiore, palmeo caule in mucronem diuiso. Hęc enim omnia uerbum se rè ex uerbo Plinius ex Dioscoride trans tulit. Nicol. Leonicenus in Annotationibus in errores Plinij. Vide Herbarij nostri Tomum. 2.

Polium montanū, quale sit, uide apud Dioscor. lib. 3. cap. 122. Plinium uicesimo primo, cap. 7. libr. 26. cap. 7. Theophrastum libro primo.

Polium, Serpillum, apud Dioscorid. lib. 3. cap. 44.

Polion inter alia quæ significat, etiam ab Aristot. pro pulli asinini fimo, qui primum ac repens egestus est, accipitur.

Pollen, à pollo fit, qui est grossissimus puluis. Est autem Pollen tenuissima farina parietibus molendinarum, ueluti puluis inhęrens. Germanicè, Staubmeel/ Weyssenstaub. Austr.

Pollinctor, curator pistrini: à polline dictum nomen.

Pollen thuris. Vide, Manna.

Pollinem, farinam sine flore autumat Plin. in tritico appellari, quod in siligine uocant florem. Hinc pollinctores dicti, confectoresq́ pollinis. Hinc pollinaria cribra, siue excussoria farinaria, quæ ex lino fiunt, non ex setis equorum, ad pollinem purgandum. Columella libro sexto, capite. 29.

Polyanodynos, Cicuta apud Dioscoridem lib. 4. cap. 82.

Polyarchus medicus, citatur ab Gale.

Polyonymon, Helxine apud Dioscoridem lib. 4. cap. 42.

πολτός, puls.

πολυοπὰ, quæ largioris sunt succi.

Polybius, & Psellus. Scripserunt de salubri uictus ratione Enchiridia, quæ habentur. Polybon etiam quendam Hippocratis discipulum facit Aldus Manutius, haud scio an eum, qui nunc de ratione uictus legitur.

Polycnemon, Cunilæ bubulæ similis, appingitur, odoratis corymbis, acri & dulci odore, Dioscor, lib. 3, cap. 107. Trago Teut. Knawel.

Polycarpos, Polygonum apud Diosc. lib. 4. cap. 3.

Polycleti statuæ meminit Galenus de temperamentis lib. 1. à fine. Inde nomen sortita, inquit, quòd partium inter se omnium competentiam ad unguem habeat. Et rursum in arte medicinali. Nullum igitur horum corpus est mediocritatem habens, sed qualis Polycleti regula ad summum totius peruenit mediocritatis. Plura Beroaldus & Cœlius super hoc loco.

Polycleti etiam regulæ passim meminit tùm potissimùm in arte parua, & libro de temperamentis secundo. Nunc statuam, nunc regulam appellans. Vide alibi, Regula Polycleti.

πολύχυμον, quod sicculentum est, & succo abundat.

πολύκομα, id est, frondosa.

Polydos, Cepe. Lege, κρόμμιον.

Polyetes, id est, annosum. Sic Aëtius pharmaca quædam uocat libro. 9. capite uicesimoquarto.

Polyides, Staphisagria apud Dioscoridem lib. 4. cap. 158.

Polyidos, Veratrum album apud Dioscor. lib. 4. cap. 151.

πολυειδὶς ἠρίγγιον, Polyides Eringium, Rhaphanus, uel Radicula. Lege, Crommion.

Polygala, on, palmi altitudinem petit, folijs lenticulæ: de qua uide Dioscor. libro. 4. cap. 143. Nominis deriuatio plana. Teut. Weisse Creützblůmlin.

Polygonatum, idem quod Polygonū, apud Dioscor. lib. 4. cap. 5.

Polygonatum alterum, montanū Polygonum, de Dioscor. lib. 4. ca. 7. Glydweych. Trago.

Polygonaton, Leucacantha, Dioscor. libro. 3. cap. 21. Teuton. Magtdystel/ Gartendystel.

Polygonoides, Clematis apud Dioscoridem lib. 4. cap. 8.

Polygis, Anethū. Diosc. lib. 3. cap. 65.

Polygona-

Polygonatum Fuchsio Sigillum Salomonis, Teut. Weisszwurtz. ab albedine radicis. Polygonatum uerò, à radice, geniculorum frequentibus nodis, ex interuallis tumente.

Polygonon. Sanguinalis est, quòd sanguinem sistat. Latinè Proserpinata, Viticula, Corrigiola, Scorpinata, Lingua passerina, Geniculata: Germani Wegʒgrass/wegdritt/Meintzlin beym weg appellant. Gale. à seminis multitudine, Seminalē uocat. Cels. lib. 2. ca. ult. Aust.

Polymita, plurimis licijs intexta.

πολύνευρον, Plantago.

πολυπαιδία, multitudo liberorum, & studium pluribus liberis procreandis.

Polypodium, Filicula, apud Dioscór. lib. 4. ca. 198. Teut. Engelsüss/ Baumfar/ Dropffwurtz. Dictum, à radice, quæ polyporum modo cirros obtinet.

Polyphyllon, Medion, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 21.

Polypremnos. Ne hæc quoqꝫ satis suspecta quæ sit: nisi quòd succo eius ægrotas arbores oblini præcipiant.

Polyps. Pege Papauer.

Polypus, piscis. Multa eius genera uide apud Plinium lib. 9. cap. 29.

Polypus, morbus, dictus à multitudine pedum. Vt enim illi multas habēt incisiones & scissuras, contumescuntqꝫ & increscunt: sic Polypus morbus iste eodem modo. Differt autē Sarcoma, à Polypo magnitudine. Celsus diffinit sic. πολυπὸς, est caruncula modò alba, modò subrubra, quæ narium ossi inhæret: modò ad labia pendens, narem implet: modò retrò, per id foramen, quo spiritus à naribus, ad fauces descendit, adeò increscit, uti post uuam conspici possit: strangulatqꝫ hominem, maximè austro & euro flante: fereqꝫ mollis est, raro durior, eoqꝫ spiritum impedit, & nares dilatat, quæ ferè καρκινώδεις est. Itaqꝫ attingi nō debet. Celsus lib. 6. cap. 8.

Polypi, curationem require apud Paulum libro. 6. cap. 25.

πολυπύροι τόποι, loca tritico abūdantia.

πολύπυρον, id est, multi frumēti.

πολύπυς. Vide, κυβερός.

πώλυψ caruncula mucosis naribus innascens, easqꝫ obturans. est autem Polypus Latinis.

Polyrrhizon, Epimedium apud Dioscoridem lib. 4. cap. 22.

Polyrrhizon, Pistolochia, id est, Aristolochiæ species quarta: à quibusdam etiam Satyrion. de quo uide Barbarum in Corollario Aristolochiæ.

Polyrrhizon, Polypodium, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 198.

Polyrrhizon, Pteris, apud Dioscorid. lib. 4. ccp. 196.

Polyrrhizon, Veratrum nigrū, apud Dioscor. lib. 4. cap. 152.

πολυσαρκία, corpulentia, superfluum carnis incrementum.

Polytrichon, Capillus Veneris, apud Dioscor. lib. 4. cap. 130. Aliud Apuleij. Teut. Guldener Widerthon. à ramulis, qui capillorum instar tenues sunt.

πόμα, potio.

πῶμα, Vide, Phœnica. Onyx.

Poma Arancia, Citria, idē, secundùm Manardum Ferrariensem.

Poma Montana. Lege, ὀρεμαλίδες.

Poma Nuptialia. Lege, Malus Medica.

Pomum. Lege, Nux.

Pomerium, Græcè, παράδεισος.

Pompili, piscium genus. Plinius libro 9. cap. 15.

Pompilus piscis, quare dictus est olim sacer, require ex lectionibus Cœlij, libr. 7. capite. 12.

Pomū Granatū. Lege, Punicū malū.

Pomi nomen generale existimat Barbarus, ut complectatur quicquid apud Græcos ὁ πῶραι continent: in quo significato est cùm dicitur à Medicis, omne nomen pomum refrigerandi & humectandi uim habere, parum alere, mali succi esse, autumno plus officere. Inde ὀπωροθήκην, ubi poma custodiuntur. Sed Varro sic dictum existimat, quia potu siccitatibus

tibus indiget. Differunt tamen ὀπῶραι, ab ἀκροδρύοις: quia ὀπῶραι uocantur, quæcunque nihil habent exterius lignosum. τὰ ἀκρόδρυα, uerò contra ut malũ punicum, pistacia, castaneæ, nuces, similiaque. Vtrunque genus Salgami nomine complectuntur latini, à quo Salgamarius. Cœlius diligens cõaceruator multarum antiquarum lectionum, lib. 16. cap. 38, rem exactius perpendens, huiusmodi ferè prodita reliquit. Galenus inquit, περὶ τροφῶν, id est, de alimentis, Oporas uidetur trifariam distribuere. Alios siquidèm Demetrios uocat: quo nomine frumenta, leguminaque complectuntur, & id genus alia. Valet autem Græcum nomen, ac si Cereales dicas latinè. Mox aliud genus appellat Horæos: scribitque à Græcis Horam, tempus id nuncupari, quo exoritur canicula, quod est inquit ferè dierum. 40. Ex ijs fructibus alios esse tradit, iamiam maturescentes: alios uerò præmaturuisse. Alios in summo esse statu, aut esse post statum, aut ante statum. Addit quoque: se putare non debere dici Horæos, quòd eo tantùm tempore enascantur, sed ad eorum distinctionem, qui reconduntur. Inter Horæos uerò nominat cucurbitas, pepones, melopepones, cucumeres. Demũ de Oporis acturus, eo nomine intelligere uidetur arboreos fructus, cuiusmodi sunt fici, uuæ, mora, cerasa, poma, persica, et id genus alia. Salgama priores dixisse, quæcunque condita nea ad uictum nostrũ, in uasis seruabantur. Colum. lib. 13. Hæc uasa dedita opera fieri oportet, patẽti ore, & usque ad imũ æqualia, nec in modum doliorum formata: ut exemptis ad usum salgamis, quicquid superest, æquali pondere usquè ad fundum deprimatur: tùm ea res innoxia penora conseruet, ubi non innatent, sed semper sint iure submersa. Salgamarios autem dicũt, qui Salgama uendunt, aut etiam condiunt. Hæc Cœlius.

Pompeius Lenæus, magni Pompeij libertus, homo Romanus, sed gramaticus uerius quàm medicus. Plin. lib. 25. cap. 1.

Pompholix, est Nil, quod hodiè in Myropolis sic uocant. De quo uide Manardum in fine Epistolarũ. Epistola de Spodio. egit & de pompholige multum Dioscorides lib. 5. cap. 76.

Pondo libras. Quod genus locutionis frequentissimum est apud Scriptores, ut pondo, ponant pro libra. Vnde Veteres, autore Quintiliano dixere duapondo, & trepondo, pro duabus, & pro tribus libris. Interdum pondo pro pondere usurpatur. Liuius. Corona libræ pondo. Columel. lib. 6. cap. 6.

Ponderum ratio hæc est.

Duodecima pars assis	Vncia.
Sextans,	Vnciæ duæ.
Quadrans,	Vnciæ tres.
Triens,	Vncię quatu.
Quincunx,	Vncię quinque.
Semis, seu Selibra,	Vnciæ sex.
Septunx,	Vnciæ septẽ.
Bos,	Vnciæ octo.
Dechans,	Vncię nouẽ.
Dextans,	Vncię decem.
Deunx,	Vncię undeci.
As,	Libra. Vnc. 12.
Pondo dual.	Libræ duæ.
Trepondo,	Libræ tres.

Siciliticum, faciunt drachmæ duæ.

Sextulas senas habet uncia.

Duella, sextulæ duæ uocantur.

Sescuncia,	Vncia una & semis.
Semuncia,	Vncia semis.

Ponderum, signa, rationes, & usum, in liquidis & aridis, mensurisque, uide in libello Galeni de Ponderibus, & Saladini sententiam de eadem re.

πόνος, labor, dolor, mala morbi affectio, qua in acutis morbis malè ægri afficiuntur. apud Galenum lib. 2. de ratione uictus in morbis acutis.

Pontica nux, id est, auellana: sic dicta, quod in Asiam, & Græciam prima uenit ex Ponto. Falsò Macrob. castaneas nuces interpretatur, ponticas. Sunt qui & Alareas nuces cognominent.

Pontica radix,sic appellatur,quam hodie uocamus Rheuponticum.

Popismi quondam magno in usu habiti aduersus fulgetra,ut inquit Plinius:& succinit in Fastis Ouidius.

Poples,posterior incuruatio genu. Plinius.28.Poplites inquit, alternis genib. imponi.

Populeon medicamētum, quod ex floribus populi conficitur conuiuentibus. Compositionem eius lege apud Galenū lib.4.de sanitate tuenda.

Populcum,Myracopon, unguentum populeonis:quod uulgò sic uocatur.

Populorum & gentiū uarię descriptiones apud Solinum cap.25.per totum.

Populi Phanistorum patulas habēt aures,adeò ut illis totum corpus cōtegant. Solinus cap.30.

Populus alba, **Alberbrosszbaum**. Eius descriptiondm pete ab Dioscoride libro.1.capite.111.

Porcas hodiè Campani uocant puluinos,siue hortulos, in quibus ueluti sulcatim sua cuiusq; generis olera seruntur. Id genus & Areę dicuntur multis locis, apud Columellam quoq;. Nam cùm sic aratum est,ut inter duos latius distantes sulcos medius cumulus siccam sedē frumentis præbeat,ea porca est. Rustici easdem Liras uocant. Hinc imporcatum semen eleganter dictum, per porcas ingestum. Apud Plinium legimus Porculenta uocari ab Vmbris & Marsis,inter ualla intermissa ad uicinos pedes inter binas uites arationis gratia. Idem Porcellas uocabulo diminutionis uocat. Autumant Grammatici,Porcas in agris dictas esse,quòd porriciant,id est, prohibeant aquam frumentis nocere: uel quòd porrigant frumentum. Mensura autem Porcæ,est in longitudine.25. pedum, in latitudine.30.Colum.lib.2.cap.10.

Porceta uocat̃, quæ semel peperit sus.

Porculator propriè is dicitur,qui curat porcellos lactentes: Porculatio nutricatus porculorum.Columel.libr.7. cap.9.

πόροι ἀκυστικοί,seminales aurium uiæ.

πόροι σπερματικοί,uiæ seminales.

Porocolla,à poro,id est,tofo nomē habet:quasi ramicem tofaceum appelles.

Porcus Troianus,per metaphoram olim dictus, refertus intus condimentis plurimis: sicut equus Troianus militibus. Macrobio autore.

πῶρον,prima producta, Græci uocant in lapidis duriciem cōcretam aliqua parte materiam corporis,uidelicet ossium cicatricem:quæ ubi natura os exigit,necessario quærenda: ubi contra naturam ea cōcrescit,medicamentis disijcienda. Pro quo sciendum est,πῶρος græcis esse terreni quopiam generis, quod durissimū & solidissimum sit.Ideoq; passim à latinis græcum πῶρον, tofum dici: quòd id terreni genus omnium durissimum sit. Ex ea similitudine in corporibus nostris Græci πώρους dixerunt lapidosas duricies, quæ ex podagris, articulariue malo in articulis, uel per se in alijs corporis partibus concrescunt.

παρονυχία, abscessus, id est, ἀπόστημα, quod ad radices unguium cōit.

πόρος. Vide,Pedem.

Porphyrantes,Lilium syluestre, apud Dioscor.lib.5.cap.138.

Porphyrantes,Hyacinthus apud Dioscor.lib.4.cap.66.

πορφύραι.Lege,Purpuræ.

Porphyrides,ex auium sunt genere: à Porphyrionibus diuersæ, sicut ab utroquè Lathiporphyrides,siue Adiporphyrides. Porphyriones à nobis uisi sunt in agro Patauino, inquit Barbarus: allati ex Hispanijs, quas ibi Thalamones appellant, quasi thalamorum & pudicitiæ custodes. Et scribit Athenęus,uolucrem hanc pudicitiæ habere sensum: ac significare id patrifamiliàs in cuius domo alit̃, non uoce quidē, aut omnino aliter, q̃ suspendio: nisi Telamones, quasi nutriculas dictas putēt. Ita eñ Græci altrices uocāt. Porphyrioni similis est, quę Tetrax appellat̃,ut Athenęo placet, gallos gallinaceos

naceos uincens magnitudine.

Porphyris, Anchusa, Dio. lib. 4. ca. 26. φοιρφυρώδης χόδμα, purpurę similis co-

Porphyrus, palmi est magnitudi (lor. ne, capite cādidissimo, reliqua purpure-us, morsu innocuus. edentulus em̄ est. Inuenit in Indiæ locis uadosis. Cęptū, cauda suspendūt, uiuentisq́ ex ore defluentem liquorē legunt, in uasculis æreis. Alterū item ex iam defuncto liquorem nigrū, similiter in altero uase excipiunt: & hic quidèm in esculentis, seu poculentis grano sesami datus, tabe lenta unius, sed duorū annorū paulatim enecat: ille more cicutæ statim perimunt. Ælianus.

Porrum dictū, quòd porrò eat, & longè lateq́ grassetur. Teut. genus utrum Lauch. Alterum, Schmydtlauch/oder Bryßlauch.

Porrigo. Hanc sic nobis pingit Celsus lib. 6. cap. 2. Porrigo est, inquit, ubi inter pilos quasi squamulæ surgūt. Hæ quoq́ à cute resoluunt, & interdū madēt. Multæ sæpius siccę sunt. Id euenit modo sine ulcere, modò exulcerato loco, modò cū malo odore, modo sine odore, ferè in capillo, rarius in barbitio: interdū in supcilio. Iuue. Sat. 2. Sicut grex totus in agris unius scabie cadit: et porrigine porci. Lege, Pityra.

Porri caput, id genus Porri intelligit, quod uocant Capitatum: ad differentiā eius cui Sectiuo nomen est: cui autoritatem dedit Nero, uocis gratia uescens eo ex oleo omnibus diebus per menses ęstatis. Antiqui uolētes facere capitatū Porrum, silice, uel tegula subiecta dilatabāt. Columella libro. 11. cap. 3.

Porro Tarentinum, alio nomine dictū, Porrum sectiuum.

Porricidę, uermiculi ijdem qui & Prassocurides dicti.

πόρτης. Lege, δάμαλαι.

Portulaca syluestris, Telephium Dioscorides lib. 2. cap. 137.

Portulaca syluestris folia habet pusilla, ad satiuā accedentia, sed latiora, hirsutioraq́. Nascitur in petrosis: nonnunq́ in hortis. Folia oleæ habet, minora multo, plura, & tenera: rubentes cauliculos ex una radice multos in terra sessiles, qui manducati bonum succum pariunt, uiscosi, & aliquantulum salsi. Diosc. libr. 2. Plin. lib. 25. ca. 15. Hieron. Hartryegel.

Portulaca. uide Andrachne. Burtzel/Bingelkraut/Sewburtzel/Grenßel. Dioscor. lib. 2. cap. 138.

Portis, & Portax, id est, iuuenca gręcè.

Porus, iter per quod genitura in urinæ uias defertur.

Porus, id est, anus qui excrementis addictus est: quem latini tùm podicē, tùm anum uocare consueuerunt. Ab Arabibus Phuteris appellat. quia gręci σφιγκτῆρα nuncupant, ab arcendo, constringendoq́, ut docuit Galenus. Id uerò uerbum græcū nominant σφίγγειν. Appellant item σέφανον, ὼ δακτύλιον, id est, anulum, & sedem. Plinius.

πῶρος, lapidosa duricies articulorum, callus. Aristot. autor est, sanguinem putridum in pus uerti, purè autem concalescente, πῶρον consistere.

Poschia. Lege, Ægylops.

Posculenta, pro poculentis. Quanquā & à posca posculentum deduci potest.

Posca, uel Pusca, oxycratū, uel acetum aqua mistum, Essigleyr. Græci etiam Phuscam, Insubres, & Ligures Padaui, uinum fæcatum, siue Loram: uulgò ferè poscam nominant. Alij uinū & aquam mistam simul intelligunt. Teut. Lyr.

Posidonius quidam celebris medicus celebratur à Paulo Ægineta lib. de simplic. medic. facultat.

Potamogeton herba, apud Diosc. libr. 4. cap. 102. S. Lorentzenkraut/Samkraut. Dicta, quòd fluminibus uicina sit, amat enim paludes & flumina.

Potamogeton, Limonion, Beta syluestris, apud Diosc. lib. 4. cap. 19.

ποταίνια, recentes polentæ apud Hippoc. lib. 2. de ratione uictus acutorum.

Potentillam recentiores Teut. Genßerich

ericꝙ uocant: quòd anseres herba illa in cibo delectentur.

Potera, Capparis, Magicè.

Poterion, apud Diosc. lib. 3. cap. 16. Plinius lib. 25. cap. 10. lib. 27. cap. 12.

Pothos duplex. Alterũ genus hiacynthi flore. Alterum sine colore candidũ, quo sepulchra coronabant: à quo & nomen, quasi desyderatis esse dicuntur.

Potestate esse, secundùm Gal. 1. Tem. quod quale dicitur, tale nondũ est, sed potest tale esse. ut hominem qui modò natus est, rationalem, & auem uolatilem, et canem uenaticum, et equum celerem: scilicet quod eorum unumquodꝙ futurũ omnino est, si nihil id extrinsecus impediat, hoc ceu iam adsit, appellantes.

Potio muscata, à musco sic dicta.

Potio sancti Pauli, est apud Nicolaum: an illius S. Apostoli, ipse uiderit.

ποτυριάσις quid sit. Lege, Pityra.

P R

πράπιδα. Poëtę interseptũ nominant, ut scribit Eustachius: deflexo uerbo ab πρὸ, καὶ ἰδεῖν. ut sit προβλεπτική, καὶ προγνοστικὴ τοῦ μέλλοντος φρὴν, id est, pręuidens, ac futura præcipiens mens.

Prasinus color. Lege, Viridis.

Prasij descriptionem uide apud Diosc. lib. 3. cap. 118. Teuton. weisser Andorn/ Marobel/ Gotts vergessz.

Prasocurides, uermiculi qui porros, brassicam, & lactucam corrodunt.

De Praxagora nihil insigne lego, quã quòd ab Æsculapio genus duxerit, discipulumꝙ habuerit longè excellentissimũ Philotimũ, cuius meminit Gale. lib. Method. 2. Citat & Praxagoras à Gale. aliquoties, tùm in diffinition. potissimũ.

Præcedens caussa. Lege, Caussarum.

Pręcedētia signa pręsentiũ. lege, signũ.

Præcedētia signa subsequentiũ. Ibidē.

Præcedentium futura. Ibidem.

Præincipientes caussæ, προκαταρκτικαί, hoc est, initiatrices, atꝙ externæ.

Præcidanea, à pręcidendo: quemadmodum succidentia à succidendo: & erat hostia pro frugibus.

Præciæ. De his Vergilius, purpureæ præciæꝙ. Existimat Seruius dici Præcias, quasi præcoquas. ex eo, quòd & citò maturescunt, & ante alias sole coquuntur. Columella lib. 3. cap. 2.

Prædatio cibi abstractio, apud Aurel. libro primo.

Præliganeum uinum, à prælegendo.

πρέμνος, robur, truncus, ramus, caudex ex arbore.

Prænotio, est scientia prænoscendi & præsciendi accidētia, corporibus nostris nonnunquàm obuentura.

Præputium, pellicula exterior, quæ colis glandem tegit, & quam Iudęi circumcidunt: unde Apellæ dicti.

Præputij constrictio quomodo curanda, & quid sit, require apud Paulum libro sexto, cap. 55.

Præputium mutilum quomodo restituendum, uide. 14. Method. Gal.

Presbyter Indus. Citatur eius pharmacum ad calculosos ab Aëtio sermone. 11. cap. undecimo.

Præsepiũ, herba Atractylis, apud Dioscor. lib. 3. cap. 106.

Præsiderare. Vide, Siderationem.

Præsidiarij malleoli, qui quasi in præsidio relinquuntur, uitiumꝙ tutela: quales sunt fructuarij. Est in uite palmes, quem quidam custodem, alij resecem, nonnulli Præsidiarium appellant: à Columella alibi subsidiarius quoꝙ nuncupatur. Colum. lib. 4. cap. 16.

Pressus color. Lege, Ater.

Pressantur, quæcunꝙ agnati corporis uacuos meatus obtinent. 4. Meteor.

Pressatilia sunt, quæ pulsa colligere sese possunt, intro recedente superficie, nõ distracta, nec alio demigrante parte alia: id quod aqua facit, quippè quæ in sublimè resilire soleat. Aristot. 4. Meteor.

πρηστήρ. Lege, Fulmen.

Prester serpens, ictũ extemplò sideratione quadam reddit immobilem, ac mente alienum: mox pilis defluentibus, cum

pruritu,

pruritu,ac uentris solutione absumit.

Priapeion, Viola purpurea apud Dioscor.lib.4.cap.123.

πριαπισμὸς,cùm coles in longitudine & latitudine totus augetur,nullo stimulante ad libidinem desyderio, aut acquisito calore.Galen.de locis affect.libro.6. cap.6. Deducta denominatio à Priapo scilicet. Nam hunc, ut cui suapte natura huiusmodi coles esset,finxerunt, atq; picturа descripserunt homines.

Priapismi curatio,apud Galenum latè lib.14.Methodi.

Primitiua ficus,id est,grossus.Sic enim Latini nominant: quos Græca lingua Olynthos uocat.

Princeps animi pars,quę regit, gubernatq;,in profundo cerebri constituta.

Principia uocantur, quæ cùm non sint ex alijs,neq; ex alterutris,ex ipsis omnia alia fiunt.

Principia rerum naturalium, secundũ Philosophorum opinionem, uide apud Vitruuium lib.2.cap.2.

Principales corporis partes,caput, pectus,uenter.

Principia genitalium,id est,præputiũ, colis,secundùm Plinium.

Principium morbi, primariam significat morbi accessionem, quæ nullam adhuc obtinet latitudinẽ:& item eam, quæ ad aliquod tempus, non tamen multum extendatur:necnon primum ægrotationis tempus,id est,Prædictionũ Aph.12.

πρίσματα τοῦ ξύλου,racementa ligni.

Pristes,piscis marinus in Indico mari. Plin.lib.9.cap.4.

πρόκα.Lege, Cemas.

Proca,dama.Alij pro primogenijs cer ui accipiunt.

Procampylon, Abrotonũ, apud Dioscoridem lib.3.cap.27.

Procardion, quod uberibus subest in recessu quodam & cauitate.Eandem rationem habet quod dicitur ὑποκάρδιον ἢ σφαγή.

προκάρπιον.Vide,κάρπος.

προκαταρκτικαὶ, caussæ uocantur, id est,euidentes, quæ dùm aduersam ualetudinem crearunt,separantur: ut frigus, lassitudo,calor,cruditas.Galen.de caussis.Lege,Caussarum.

Procatarchontes, caussæ eædem quæ & Procatarcticæ.

προηγούμεναι,id est, præcedentes, siue internæ caussæ, quæ ab euidentibus uel præparantur, uel cõadiuuantur. ut sanguinis abundantia, nutrimenti copiæ soboles est.Galen.in Isagog.

Procheton,Tussilago, uel Bechion,apud Dioscor.lib.3.cap.124.

πρόχειλον,labiorum prominens pars.

Proceritas.De corporũ quorundã imanitate & monstrositate,uide Solin.ca.5.

προχαφίλτρον, cauitas quæ inest labro superiori.

προχαντὴρ,grandius femoris caput, apud Galenum lib.2.Anatomiæ.

Procomion, Polenta ex hordeo recenti,aut etiam ex hordeo nondum tosto.

Proconnesus.Lege,Cemas.

Proculus, Temisonis sectator, scripsit de tardis passionibus.

Procidentia uuluæ, malum fœminarũ graue,et quod magna naturę iniuria sentitur.Fit autem,ubi quę debuerant intra feminas latere, ad naturalia, earumquè ostium procidentia,graui periculo foras spectant. Pariuntur id mulieres aliquando ex alto lapsæ,ruptis quæ interaneum id cõtinent membranis. Nonnunquàm in difficili puerperio,extractas secundas ea pars sequitur.Fit ex uulnere etiã.Sæpè quoque animi perturbatione. Habet item alias caussas.

προκλητικὰ οὔρων, expressiua, eductiua,prouocatiua urinæ.

προκόπα,cui anteriores comę nutriuntur.Est & tonsuræ genus:& capillamen

Procyon.Horatius ait in carmini (tũ. bus,Iam procyon furit. Dicit hoc sydus græca uoce Procyon,quasi ante Canem exoriens.De quo.M.Tullius. Ante canem procyon Graio qui nomine fertur.

Hoc sydus, ut autumat Plin. apud Romanos nō habet nomen: nisi uelimus intelligere Caniculam, hoc est, minorem Canem. Exoritur cum Leone, ut docet Higynus. Colum. lib. 11. cap. 2.

Prodromi uocãtur Etesiæ uenti, ex eo, quod præcurrunt, antecedunt'q; exortũ Caniculæ. Ioannes Baptista dictus est Prodromos, tanquàm præcursor Domini. Columella lib. 11. cap. 2.

Prodromi, ficus præcoces.

Productissimum, longissimum, procerissimum. Colum. lib. 3. cap. 10.

Prodicus Selymbriæ natus, discipulus Hippocratis. Instituit quam uocant Iatralepticen. Reunctoribus quoq; Medicorum, ac mediastinis uectigal inuenit, ut inquit Plin. lib. 29. cap. 1.

Prodicus scriptor uetus, scripsit de Natura hominis quædam, quæ citantur ab Galeno libro de naturalibus facultat. 2.

Prodigia formidata, uates sæpè interpretantur. Duumuiri ad hoc creati procurabãt, eorumq; auerrandorum, id est, auertendorum gratia, supplicationes ad omniũ puluinaria decernebantur, thus, uinumq; publicè dabantur.

Profluuia, abundantiæ, ῥύσεις, idem.

Prognipeon, locus balnei, ubi ignis præclusus æstuat. Adiacet, inquit Plin. unctuarium hypocaustum: adiacet Prognipeon balnei: præterea calidarium, frigidariũ, quod Apyroton Athenæus uocat.

Progemmet, gemmas emittat. Columella lib. 4. cap. 24.

Proglossis, turbinatior linguæ pars.

Prognosticon, est scientia tùm futurorum, tùm contingentium.

Proluuie, stercore. Vergil. Fœdissima uentris proluuies. Colum. lib. 8. cap. 3.

Promanus, digitus ἀντίχειρ.

Pomercales res dicuntur, quæ uenales inter mercimonia proponuntur: sicut à Suetonio Promercale aurum dictũ: ab Aulo Gellio Promercalia, quæ uenui subijciuntur. Deniq; quicquid pro mercede distrahitur, id Promercale dici potest. Alibi ait Columella. Cõsimiliter pecuniam neq; in pecore, neq; in alijs reb. promercalibus occupet. Col. lib. 1. cap. 8.

προσόδοντες Græci uocant eos, quibus dentes prominent.

Propago, Ein yngegraben Reb. Vitis uetula, depressa, atq; in terram per inflexos arcus submersa: ut ex uua plures emergant.

πρόφορος, humor cruentus & aquosus intra membranas, quib. fœtus continet.

προφάσις, passim apud Hippocratem pro caussa interpretatur. Galenus.

πρόπτωσις, oculi à sua positura motus: uel procidentia cum inflammatione ex uiolento ictu, uel ex uiolenta facta strangulatione: siue ut placet Paulo Æginetæ, uueæ tuniculæ procidentia, quę erosa, aut rupta cornea fit. Ea cùm nondum creuit, quod muscæ capiti similis est, Myocephalon, id est, muscæ caput appellat: cùm uerò amplior creuerit, ut acini uuæ similis sit, Staphyloma dicitur, quasi uuatio: ubi ultra palpebras transierit, μῆλον, uel pomũ: & si obcalluerit, clauus, ἧλος.

πρόπτωσις, ruptura corneæ.

πρόπτωσις τῆς ὑστέρας, uuluæ ipsius procidentia.

Propolis, in aluearibus apum continetur, inter coria & ceras media, crassioris materię, ueluti gumi: additis aliquando florib. nondũ tamen cera, sed fauorũ stabilimentũ, qua omnes frigoris, aut iniuriæ aditus aues obseruãt, magni ad medicamenta usus. Etiam Plin. lib. 11. cap. 7. ex apibus præcipuè fieri dixit, ex gutta, quàm populi arbores in folijs ferunt. In quibusdam Græcorum codicibus Metyn appellari inuenio, & Pissoceron.

προφυλακτικά, medicamenta pręseruatiua, quęq; locum ipsum affectum præmuniunt, ne plures subinde humores illabentes suscipiat.

πρόφιλτρον, cauitas quæ est in labro superiore.

Propomata, dulces prælibationes ex uino & melle præparatæ propinationes.

Prosopites,

Prosopites, Arction apud Dioscorid. lib.4.cap.108.

πρόσωπον, faciē appellant Græci, quod inter caput & collum hominis est, ab re nomine imposito.

προσόμιον, labiorum mutuus congressus. Dicitur & προσόμια.

προταριχεύω, ægros exicco inedia. Vtitur eo uocabulo Galenus aduersus Medicos, nimia inedia ægrotos emacerantes, & conficientes.

Protarchus, Medicus.

Protion, Veratrum nigrum. Dioscor. lib.4.ca.152.

Protogonon, Semperuiuum, apud Dioscoridem lib.4.cap.91.

Protopathia, primarius affectus.

πρωτοπαθῶσαι, ijdē sunt morbi: ex pituita siquidèm gignuntur ut plurimum, neruosq; afficiunt: nituntur articuli, motumq; indispicantur.

Prouidentiæ uocabulum quàm latè pateat, uide apud Galenum in enarratione Prædictionum Hippocratis, cap.2.

Pruina, ros est concretus, δροσοπάχνη composito nomine dicta, ros semicōcretus, quasi ros pruinosus. Aristoteles libro.1.de Cœlo.

Prunula. Lege, Prunum syluestrem.

Pruna Hiberica, id est, Hispanica.

Prunorum limum arborum, Græci λειχῆν uocant.

Pruna Badrya, Madrya. i. Damascena.

Pruna Damascena, è Damasco Syriæ iamprideè ante ætatem Plinij in Italia nascebantur.

Pruna mixa, quibus similis est Persicus Ægyptia: nisi quòd poma Ægyptiæ rubescunt.

Pruna omnia post Catonem in Italia cœpisse manifestum est.

Pruna Persica. Lege, Malus Medica.

Prunus Ægyptia, magnitudine insigni, non dissimilis spinæ Syriæ, pomo mespili, ligno intus grandi, ac rotundo.

Prunum syluestrem Vergilius Spinū uocat in uersu: Spinos iam pruna ferentes. Et, ut autor est Galen. in Asia Prunnō dicitur: & nos eam uulgari uoce Prunulam uocamus. Teut. Schlehen.

Prunnos. Lege, Prunum syluestrem.

Pruna Hispanica, Damascenis prępollent. Galen. de sanitate tuenda lib.5.

Prunus κοκκυμηλέα græcè. De cuius iuuamentis lege Diosc. lib.1.cap.176. Plinium lib.15.cap.13. Theophr. lib.3.ca.16.

Prunella Barbaris Brunellen / oder Gottheyl.

Prurigo, morbus scabiei. Serenus,
Illitus sudor, uel copia nobilis escæ,
Sępè graui scabie correptos asperat ar- (tus.

Pruritus, salsus uocatur, qui ex phlegmate salso prouenit. Vtitur eo uocabulo Quintus Serenus.

☞ P S

Psammos, harena.

ψαμμισμός, qui arte fit arenam fluens sudor. sic Paulus uocat Ægineta. Nam sabulum ψαμμός dicitur.

ψαφαρόν, quod scabrū & squallidū est.

ψελλίζειν, id est, balbutire. Sicut linguę uitium est, non uocis, sic τραυλίζειν, eiusdem uerbum significationis in sermone Græcorum, pro non potente lingua exquisitè eas dearticulare uoces, quæ per τ & ρ, proferuntur: qualis est hæc ipsa traulosis, & aliæ similes, trachi, tribi, trochies: ę h quidèm omnes exigunt linguam implicantem, ac prioribus dentibus inchoantem. Quùm igitur in quibusdam fuerit imbecillior, peius formatur, & sonū τ, & ρ, nequit dearticulare: sed ad τ, & λ, labitur, Galen. lib.6. Aphoris.2.

ψελλότης, balbuties.

Psenes, culices ficarios uocauit Aristoteles: etiamsi quidam corruptè legunt Pseras. Dicuntur autem Psenes, quasi galbæ. Nam & Psenes Poëtæ cùm dicunt, caluos et glabros intelligunt, ut est apud Pöetam Symonidem. Nos tamen galbas, esculi uermiculos uocamus.

Pseudobunium, apud Dioscoridem libro.4.cap.126.

ψευδοκασσία, Cassia adulterina, de qua

uide Hermolaum Barbarum in Diosc. libro primo cap.13.

ψευδοκιννάμωμον, Cinnamomũ adulterum, inualidi odoris, solutariumq́ue uirium. Vocatur etiam Zingiber: cùm tamen sit Xylocinnamomum, præbensque quandam Cinnamomi faciem. Est autẽ lignosum Cinnamomum, sarmenta longa, robustaq́ue ferens, odore longè Cinnamomo inferiore. Sunt qui Xylocinnamomum à Cinnamomo differre dicant: quod ab natura eius abhorret. Vide Barbarum apud Diosc. lib.1. cap.15.

Pseudonardus duûm generum. Alterum procerius, quam uocant Spicanarden, à spicatis floribus. Alterum amplitudine & odore minus. Teuton. Lauendel. quòd balneis & hominum lauacris expetatur, odoris suauitate.

Pseudopathes, Stafisagria, apud Dioscoridem lib.4. cap.158.

ψιδράκιον, paulò durior pustula, subalbida & acuta, ex qua quod exprimitur humidum est.

Psiloticum, pilos decutiens passio.

·Psilothron, Vitis alba, apud Dioscoridem lib.4. cap.194.

ψιλὸς τὴν κεφαλὴν, caluus. Pollux.

ψὴν. Lege, βάλανος.

Psichrolusia, frigida lauatio.

Psitacus. Vide Plin. lib.10. cap.41.

Psittacia. Lege, Pistacia.

Psora. Lege, Palpebrarum uitia.

Psoriasis palpebrarum, id est, Psorophthalmia. De qua Paulus lib.3. cap.22.

Psoricon quomodo præparetur, uide apud Dioscor. lib.5. cap.107.

Psoriosis, est duricies scroti, cũ adiecto pruritu: aliquando etiam exulceratione.

Psorophthalmia, pruriginosa palpebrarum Psoriasis, quam scabiem, uel scabrũ appellamus, ex falso, nitrosoq́ue humore ducens originem. Paulus lib.3. cap.22.

Psyalgria lumborum dolor ex utraq́ue coxa descendens usq́ue ad femora, genua, & tibias. ψύα enim ilia uocatur.

ψυχικὴ, uirtus quæ sensum facit, motum præbet, & intellectum nutrit; atq́ue in cerebro sedem habet.

Psyche, Tripolium. Diosc. lib.4. ca.136.

Psychium, passi uini genus, à colore appellatum nigro.

Psychrophobi, Medici timidi ad propinandum frigidam in febribus continentibus. Galen.9. Method.

Psychouacos, Helxine, apud Dioscoridem lib.4. cap.42.

Psychotrophon, Betonica, apud Dioscoridem lib.4. cap.1.

ψυχρολουσία, natatio in aqua frigida. De cuius utilitate uide apud Ægin. li.1. c.51.

ψυχρὸν ὕδωρ, frigida aqua.

Psyctalia, ficuũ genus, sic dictũ ab algore. Sunt qui Psyctalia interpretant, quæ recentes non sunt quidèm, nõ tñ siccatę.

ψύκτηρ, uas ad mensæ usum celebre.

ψυδράκιον, paulò durior pustula est, subalbida, acuta, ex qua ipsum quod exprimitur, humidum est. Lege, Pustulas Græci uocant.

Psydracia, parum supra summam cutẽ eminent, & sunt Phlyctenis, hoc est, bullis, quæ ab igne excitantur similia.

Psydracion. Lege, Pustulas Græci uocant.

Psylleris, Psyllium, apud Dioscoridem lib.4. cap.73.

Psyllion quid sit, uide apud Diosc. lib.4. cap.73. Semen in baccis effigie pulicis fert: inde illi nomẽ. Teut. Psilienkraut. Viridis hæc herba si in domum feratur, sunt qui generari in ea pulices prohibere dicant.

ψυλλοβολίσκα, id est, Ligustrum: sic dictum, quia folia de se iaciat. Sic Aristophanes uocat in Nubibus.

P T

Ptarmica, frutex est, surculos habens paruos, multos, & rotundos, abrotono non dissimiles: & circa eos folia oleę longa, & in cacumine capitulum uti Anthemidis paruum, rotundum, quod suo acri odore sternutamentum excitat, unde nomen accæpit. Meminit eius Dioscor. libro.2. ca.179. Teut. wylder Bertram.

Ptarmon,

Ptarmon, sternutamentum.

πτελέα. Lege, Vlmum.

πτελεατικὸν οἶνον, apud Theoc. in Thalysijs, pro uino Archadico, uel Coico.

πτίλωσις καὶ πτίλια βλέφαρα fit, cùm in oculo aliæ subnascunt palpebræ, defluentibus alijs naturalibus palpebris: fitq; dolor inde uelut pungentis. Ab auibus, & earum pennis illa uox facta est. πτίλα enim propriè dicuntur in ea gente, quæ lanugines magis quàm pennæ statim exclusos pullos uestinnt: quibus deinde cũ incremento auis pereuntibus legitimè oriuntur pennæ. Consimiliq; ratione annuã in auibus plumæ, pennarumq; omnium mutationẽ πτίλωσιν aliqui ex Græcis nuncupauerunt.

Pterion, seu Pteris, Dryopteris, apud Diosco. lib. 4. cap. 99. Teut. Baumfar/ kleyner Far.

Pterincon, uel Pteris, Filix, apud Dioscor. lib. 4. cap. 196. Grosser Far/ walde Far. ab alijs auium dicta: quòd formam in ramulis dispositia eius folia referunt. πτέρυξ enim ala est.

Pteris alia ab Filice mascula, fœmina scilicet Pteris dicta, apud Dioscor. libro 4. cap. 197.

Pteris, Polypodium, apud Dioscoridem libro. 4. cap. 198.

Pterna, calcaneum scelis: quasi patera, quoniã πατεῖ ἔραζε, id est, proculcat terram: ut probat Eustathius.

πτερυγώδεις, uocantur, quibus opertæ scapulæ, siue carinæ, nudæq; sunt, & alarum more pronæ. Galen. lib. 2. Tempe.

Pterygion, primo in oculis membrana neruosa, quæ oriens ab angulo, uel à narium, uel à temporum parte ad coronam usq;, interim pupillam operiens. Secundò, in digitis caro excrescens, partem illam contegens, quæ & in ungue Pterygion appellatur. Tertiò, cùm recedit ab ungue caruncula, non sine magno dolore, ut uideri quoq; possit: id quod Reduuia appellatur. Celsus Vnguem uocat libro. 7. cap. 19. Auicenna Vngulam, Genera eius diuersa, uide apud Paulum. Lege, Exulcerationes oculorum.

Pterygiorum, seu Vnguiũ oculi curationem, require apud Paul. lib. 6. cap. 18.

πτερυγώματα, pars membri mulieris.

πτερυγότομον, scalpellum ad incidẽda Pterygia idoneum: cuius usus etiam est in purgandis neruis adiutorijs.

Pteryx, Asplenium, apud Dioscorid. lib. 3. cap. 152.

πτερυγοφόρος, cognomentum Succini electri: sic dictum, quia stramenta, floccosque, & fimbrias ad se trahit. Aliubi χρυσοφόρος καὶ χρυσοηλέκτρον.

πτίλωσις, oculorum uitium, cùm pili superioris palpebræ defluunt: uel cùm cõuertuntur, pupillamq; impediũt, uel ordine duplici supernascuntur.

Ptisana apud Columellam, nescio an pultis genus sit ex farina hordeacea: aut succus potius & cremor liquefactus hordei, quod Medicorum uulgus sic uocat.

πτωχικὸν ὄψον, Medicorum obsonium.

πτώξ. Lege, Lepus terrestris.

Ptolomæus, sectæ quondam Erasistrati, in precioq; habitus. Aurelianus.

Ptyades, serpẽtes. lege, Aspidũ genera.

πτύσις, exulceratio pulmonis, cum tabe, & extenuatione totius corporis.

πτύγμα, Pigmentum.

P V

Pubem in homine diuersis nominibus uocant Græci: scilicet, ἥβην. Posteritati quod cõpertius sit, non dederunt Latini nomen. A Iulio Polluce Onomasti. secundo uolumine, pluribus ea in hominibus pars descripta potius quàm nomina ta est. Eius uerba hęc sunt. Quod autem ab umbilico descendentibus usq; ad pilosas genitalium partes, totum spacium iacet, ut ἦτρον, & hypogastrion, quasi subuentrale uocatur. Vocetur autem hic locus à Latinis pubes, an aliter, Latinorũ iudicio relinquemus.

Puberes, calidi sunt atq; humidi, minus tamen quàm pueri.

Pudoris disciplinam etiam inter defuncta cor-

cta corpora natura discreuit. Nam uirorum cadauera in fluctibus supina, mulierum uerò prona fluitant. Autor Solin. cap.5.& Aristot.in Problem.

Pudendagra,pudendorũ morbus: atq; sic Gallicũ malum sunt qui uocent: quia ab eo loco potissimùm trahit originem.

Pueri,ipsa constitutione calidi sunt, & humidi,uerno tempori assimilantur.

Puerperij miracula, uide apud Gelliũ lib.10.cap.2.

Pugio,herba Xiphion,apud Dioscoridem lib.4.cap.23.

Pulchritudo,uirtus est corporis. Hæc in symmetria membrorum, & bono colore esse dignoscitur.

Pulegium,herba uulgaris noticiæ,Glichon apud Diosc.lib.3.cap.34.Sic dictũ, quòd flos eius recens incensus pulices interficiat.

Pulegij duo genera. Vnum Glichon, seu Blechon. Poley. Aliud syluestre, de quo Plin.lib.20.cap.14. Dictamnum, ut inquit Dioscor.lib.3.cap.35.

Pulex araneus,exigui corpusculi,acuminatus,assultim egrediens,& ob id Pulex uocatus.

Pulicaria, Psylliũ. Diosc.lib.4.cap.73.

Pulicosus, quem Pulices infestant: sic & Pedicosus dictus,plenus pediculorũ. Columella lib.7.cap.13.

Pulicaria,Coniza,apud Dioscor. Lege,Coniza.

Pulices,bestiolę Raphanis innascẽtes.

Pullationem,pullorũ prouentũ, fœturamq;,& educationẽ ait. Col.lib.8. ca.5.

Pullastra,gallinæ pullus:qui & Hippi uocantur Athenęo,quasi equula:credo, quia pulli propriè sunt equorum.

Pullescit,sobolescit,& pullulos, fœtus què progignit:interdum uitis luxuria se consumit.Columella lib.4.cap.21.

Pullicies,pro pullis, & pro prouẽtu & fœtura pullorum.Columel.lib.8. cap.11.

Pullicium,à pullis deriuatur, & est fœtura pullorum.Idem, Pollucio.

Pullula terra, coloris nigri, quẽ pullũ uocant. Pulligo Plin. est nigricia quædã lanarũ tarentinarũ, propè peculiaris,de clinans in fuluũ colorẽ. Colu. lib.2.ca.2.

Pullus color qualis sit,ostẽdit terrę ipsius color:maior enim illius pars pulla est. Itaq; quoniã ea mortuis inijcitur,uoluerũt ueteres,ut qui lugerent,pullis pallijs terræ similib.essent amicti. Dorsum etiã leporinũ propriè est pullũ: quamobrem naturæ ipsius doctus magisterio,terrã recentẽ ab aratro metu pauidus quęrit ille: ibi nonnunq; stratus,nullaq; re abditus, uenatores, canesq; ipsos prætereũtes ac sagaciter propè omnia perquirẽtes, coloris tantùm beneficio sæpissimè latet:&, ut in quodã epigrammate de lepore diximus,Quẽ fuga nõ rapit ore canũ, nõ occulit umbra,Concolor immotũ sub Ioue terra tegit.Nulla arte aut impensa color hic parat.Natura enim sic prouenit: unde natiuus quoq; uocatus est, diuersus ab eo de quo locuti sumus. Iamq; nos Cosentini:apud quos multa antiquitatis uestigia apparent. siquidèm & Præficæ, ut quondã mortuos laudant, & Silicerniũ in usu est,ac nemo sine suorũ osculo sepelitur,utriusq; sexus uestimentũ funebre, Natiuũ dicimus:quàmuis atrum sit illud & in mulierib. matrimonio iunctis Cyaneũ,quo Græci,ut dictũ est,olim in funere utebantur. Idem quoq; Hispanus uocatus est,& Bœticus,& Mutinensis. In ijs enim locis id genus lanæ uidetur. Est aũt pullus nomen,ut reor,diminutiuum à puro; uelut à Rara uestimenti genere fit ralla,ab opera opella, à terra etiam tellus:ut lana pulla sit pura, nullo alio colore infecta,sed suo tantũ & ingenuo contenta. Colorias huiusmodi uestes per se coloratas aliqui dixerũt. Posuit hanc uocem Augustus in suo testamẽto, ubi hęc uerba legebant. Gausapes, Lodices purpureas, & Colorias meas. Atq; identidem,ut sentio, dicti sunt pulli equorum, aliarumque pecudum,quasi pura, nulla adhuc libidine, aut labore uiolati. Sunt huic pullo simillimi color Impluuiatus, dictus

dictus uelut fumato stillicidio implutus: & Suasus. qui Insuasus quoque uocatus, lutum refert. Est autem Suasus è stillicidio etiam factus fumoso, in uestimento albo. Quare haud dubitanter non alius est quàm Impluuiatus: quàmuis aliqui tradiderint colorem omnem qui fiat inficiendo, suasum dici: quòd illi quodam modo sit persuasum, in alium quemuis colorem ex albo transire. Aut. Cosent. de Colorib.

Pulmo arteriosus, ex lenibus et asperis arterijs compositus, respirandi organũ à natura confectum.

Pulmonaria, pulmonis uitio laboranti bus præsens est remedium. Teut. Lungkraut. Peripneumonice Græcis. Columella lib. 7. cap. 10.

Pulmone quę carent animalia, neque itẽ collum habent.

Pulmones pisces. Plin. lib. 9. cap. 47.

Pulmo. De Pulmonibus, & eorũ iuuamentis, uide Diosc. lib. 2. Aristot. de partibus animalium lib. 3. cap. 6.

Pulpa in arboribus est, quod nos in animaliũ corporibus musculũ appellamus.

Puls, ut Aëtio placet, omnis sorbitio uocatur, quæ aut de leguminibus, aut ce realibus granis coquendo in succum resolutis conficitur. Pulte, non pane uixisse ueteres Romanos, idque longo tempore, testatur Plinius lib. 8. cap. 8. translata deinde ad medicinam res est, relictaque uetere appellatione, posteriores græcorũ medici nõ Crimnon, sed πολτὸν & πολτάριον appellauerunt, & pulticulam. Lege, Crimnon.

Puls tyriaca, pulmentarium ex baccis loti arboris.

Pulsio, motio est, ab eo quod mouet orta, per tractionem efficitur. 4. Meteor.

Pulsus, est eleuatio & suppresſio corporis in arteria, quę naturali quodam fit instinctu. Vel, Pulsus est motus iuxta submisſionem & eleuationem cordis, et arteriarum, & cerebri, eiusque membranarum. Vel:

Pulsus est naturalis motus, sine uoluntate caloris qui in corde & uenis est.

Pulsus partes sunt: Submisſio, & Eleuatio. Item,

Pulsuum differẽtiæ sunt: Magnus pulsus: qui fit profunditate, longitudine, & latitudine arteriæ multum extensæ. Paruus pulsus est magno contrarius. Medius est amborum particeps. Plenus pulsus est, qui intermedius est, sub tactu cadens. quasi esse uideatur arterię quędam tunica corpulentior: præsertim tamen quùm pars eius interior, tota humidior est, corpulentiorque apprehensu. Angustus pulsus est, in quo ipsius arteriæ complexio omnino gracilis est, & ebullitioni, siue bullæ aquæ tumefactæ similis humor. Durus pulsus est (ut sic dicam) quũ neruosa & dura esse uidetur, sentiturque arteria: & tunc potẽs subest spiritus, tanquàm percussa pars ictum retineat. Mollis pulsus duro contrarius est, debiliter feriens arteriam non resistentem, cuius spiritus dissolutus & mitis est. Humidus est mollis quidèm: quippè cùm in eo substantia mansuetior, placidiorque, humorem quendam subtiliorem reddit. Siccus pulsus, in quo humor absumptus esse uidetur. Vehemens est, qui uiolentam facit percusſionem. Debilis pulsus, qui imbecillem facit percusſionem. Medius est, qui proportionem seruat ad utrumque. Densus, siue creber, qui longam nõ habet aut eleuationem, aut compresſionem. Ordo pulsus, est dispositio, seu habitudo secundùm magnitudinem, aut uehementiam, aut numerum, aut aliam quandam differentiam. Inordinatio pulsus est, quùm secundùm istas percusſiones aliquando est crebrior, aliquando remisſior. Æqualitas pulsuum est, quũ pulsus omnes debitam symmetriam seruant. Inæqualitas pulsuum, est mutabilitas secundùm differentias quæ ipsi conueniunt. Aliter sic. Inæqualitas pulsuum est, quùm ipsæ percusſiones modò uehementiores, modò itẽ imbecilliores sunt.

sunt. Tremulus pulsus est, qui non æqualem habet percussionem. Obliquus est qui nō à recto situ arteriæ absoluitur. Inæqualis autem pulsus, qui secundùm aliquam partem altior erigitur, & concidit frequenter, uena inflata & eneruata. Intermittens est, quando distractionibus & contractionibus factis, eodem pulsus tempore arteria intermittitur. Alij sic: Intermittens pulsus est, qui non ad duas solū, sed ad tres pluresue percussiones deficit, distractionem uel unam, uel duas, uel plures etiam faciens. Deficiēs pulsus, in quo nō ad duas solùm, sed ad tres, uel plures percussiones, immobilis arteria permanet. Intercidens est, quū post duas percussiones, secundùm proprium ordinem fit motus, ex quo quidem media intercidit percussio. Dorcadisans, id est, caprisans pulsus est, quando arteria putatur salire, & ad alium motum statim fertur, priusquàm apparētiam compressionis habeat. Recurrens pulsus est, qui quantùm egreditur magnitudine, aut uehementia, tantū rursus regeditur in alijs. Formicans pulsus, qui paruus est, uacuus, & frequens, debilis, extremum periculum atq; interitum demonstrare solet.

Pultationes, Græcè κὀυπὼματα, de quibus uide Paulum lib.6.cap.36.

Pultarij, uascula sunt à pulte dicta. Apud Cornel. Cels. frequēs est mentio uasculi pultarij. Columella lib.12.cap.43.

Pultarium, idem quod puls.

Pultem Græci πολτὸν appellant, πολταριὸν.

Pulueratíones. Plin. uerba sunt. Transpadanis cineris usus adeò placet, ut ante ponant fimo iumentorum. Sunt qui puluere quoq; uuas ali iudicent, pubescentesq; puluerēt, & uitium, arborumq; radicibus aspergant. Quod certū est Narbonnensi prouinciæ, & uindemias certius sicco coqui: quia plus puluis ibi quàm sol confert. Columel. lib.4.cap.28.

Puluinatus calix, tegumentū nucis iuglandis exterius. Teut. Nusszleüfflot.

Puluini, per translationem appellantur partes illæ in areolis hortorum, & ulnearum, cultura molliores, eminentioresq;, & quædā quasi dorsa, quibus perinde ac puluinis molliter semina disponuntur. Colum. lib.11.cap.3. Dicti, quòd quandam referunt puluinorum, in quibus sedemus similitudinem.

Puluis pinguis uocatur, in quo nec asperum quippiam, nec acre subest. Vtebantur huiusmodi puluisculis olim ad sanitatem tuendam, tùm præsertim ad frictiones, oleo adlito. Galenus libro quinto de sanitate tuenda.

Puluis puteolanus, qua ratione circa Vesuuium montem nascatur, uide apud Victruuium lib.2.cap.6.

Pumiliones, in omni genere animaliū sunt, atq; etiam inter uolucres, ut docet Plinius. Dicimus Pumilos, & Pumiliones. Papinius in Syluis, Mirantur pumilos ferociores. Sunt autem Pumili, siue Pumiliones breuis staturæ animantes: nam græca uoce, uulgò quoq; usitatissima dicuntur. Aulus Gellius asserit Nanum latinam esse dictionem. Hinc illud. Et me genij nana per salicta bigis rheda rapit citata nauis. Columella lib.8.cap.2.

Pumiles, & Pumiliones, in hominibus dicuntur νᾶνοι græcè. Teu. Zwerg. Gallinæ quoq; pumiles dicuntur.

Pumex quomodo cremetur, uide Dioscoridem lib.5.cap.15.

Puniceus color, sicut Phęniceus, à Phęnicibus dictus: flagrat quoq; uelut uiola flammea: atq; ita à multis olim Purpura uocata uiolacea: hodiè penè nomē seruat. Nam Paonicius, quasi Puniceus dicitur, etiamsi aliqui uocem hanc uernaculam à Pauonis colore factam uolunt. Phœniceum uerò alium ab hoc, Palma, quæ Phœnix græcè est, à se nominauit. Color hic in equo, ut iam diximus, maximè laudatur: qui modò Spadiceus Baius, modò Baius etiam, & Balius uarijs nominibus uocatus est. Termites enim palmarum cum fructu Spadices, & Baia

Græci

Græci dicunt: unde equus ab equisonibus appellatur Baius. Lege, Thylef. de Coloribus. Lege, Pullus color.

Punicum malum, græcè ῥύα uocatur, & malogranatum, et pomum granatum ab officinis. Vires eius & iuuamenta, de niq; totum Granatorum historiam lege apud Dioscor. lib. 1. apud Plin. lib. 13. ca. 19. lib. 15. cap. 17. Dictū Punicum, à Carthagine. sicut Medicum à medis, laudatissimum. Ruel.

Punicum malum. Vide Paliurus.

Pupillæ constrictio uocatur, quando angustior est quàm debeat esse naturaliter. Auicenna & Paulus uocant phthisim, & tabem.

Pupillæ effusio, aut dilatatio, oculi uitium, ubi illud latius fit quàm par erat naturaliter.

Purgamenta, hominis oletum.

πυῤῥοῦντα ὦτα, aures stillantes, uel purulentæ.

Purpura, conchæ genus alterum, caliculatim procurrente rostro, et caliculi latere introrsus tribulato, qua proferatur lingua. Plinius libro nono, cap. 37. Græcis πορφύρα dictæ sunt: atq; hinc quoq; ipsas uestes purpuras uocatas existimat Barbarus. Verba eius sunt. Nemo ignorat Ostreorū quoddam genus esse Purpuram: idq; sanies eius quæ testis detractis colligitur. Ostrum, ut Victruuius inquit, appellata est. Ostrea porrò, inquit Galenus, penultima correpta, & producta differunt. Producta genus est Aristoteli ad omnia testacea: ut per diphthongon ει scribantur ὄςρεα, uidelicet. Correpta uerò, species est eius una, quibus respondere apud nos quidam uolunt concham per χ, & concam per κ. sed autores ipsi sunt, nec præter eos alius. Athenæus ueteres ει diphthongon proferre solitos affirmat, nec aliter locutos Cratinum, & Archilochum, Platonem correpta: sed placet Galeni ex Aristotele distinctio. Hæc Barbarus.

Pus, à græco trahitur, πῦς enim dicitur id crassissimum & albissimum cùm sit, glutinosius tamen est sanguine & sanie. Lege, Sanguis.

Pusilosa ouis dicitur, quam infestat sacer ignis: quam pusulam uocant pastores. Vnde à pusula pusilosa deducitur. Columella lib. 7. cap. 5.

Pusilosa corpora, quæ igne sacro laborant: & pusilatæ oues, eodem modo.

Pustulas Græci uocant φλυκτίδας, à φλύω, quod est bullio: multorum generum. Exanthemata, quæ Plinius eruptiones pituitæ, aliquando papulas. Psidracion, aliquantò durius est, ac subalbidū, & acutū. Mendoseq; apud Celsum Phyza, pro psidracio scriptū est. Epinyctis, quæ tertium discrimen est.

Pustulæ etiam sunt apud Cels. lib. 5. id genus morbi, quod uulgò uariolas & rubeolas uocant, morbus in ætate puerili facilè eueniens, rarò in medio corpore, sæpe in eminentibus partibus.

Pustulago, Tussilago, apud Dioscoridem libro. 3. cap. 124.

Putrefactio, est proprij, naturalisq; caloris in unoquoq; humido existentis ab extraria qualitate corruptio. Aristoteles. 4. Meteor.

Puteus pestilens in Boëtia. Solin. c. 12.

P Y

Pychon, dimensio ab ancone ad digitos, si ipsos contraxeris.

Pychnacos, Helxine apud Dioscorid. lib. 4. cap. 42.

Pycnocomon, quasi quod densa & cōferta coma est, cuiusmodi sit, uide apud Diosc. lib. 4. cap. 196. Plin. libr. 26. cap. 8. Teut. Geyßbart.

πυκνόῤῥιζος, quod densa radice existit.

Pyctin, gallinaceum, siue pugnatorem uocant: quasi pugilem & in pugna athletica certantem, πυκτης græcè pugil nominatur. Vnde & Pyctale certamen appellatum, quod inter pyctas fit. Dictio quidèm græca est, sed nostris quoq; usitatissima. Firmicus Maternus scribit, leporis sydus in horoscopo facere pyctas ma

 cherarios.

cherarios. Heliogabalus, autore Lampridio, gladiatores ante conuiuium pugantes sibi, & pyctas frequenter exhibuit. Columella lib. 8. cap. 2.

Pyctes, lac spissatum cóagulo, quod uocant alio nomine, Lac iuncatum, à iunco, & carice.

πύγας, & γλῦτον, pro eodē accipi prodit Ruffus. i. pro guloso. Lege, Glutem.

Pygargi, syluestres quędam capręe.

Pyleones, serta quæ Iunoni circundabantur, idq; apud Spartiatas.

Pylorum, Celsus uocat imam uentriculi partem, paululum in dexteriorem conuersam partem, ubi in summum intestinum cóarctatur. quoniam portæ modò per inferiores partes, quæ excreturi sumus, emittit. græcè, πυλωρός, uulgò portonarius dicitur.

Pynathes, lac igne densatum.

πύωσις, suppuratio, aut unguis puris collectio est, quę cum inflammatione circa nigram oculi partem, ad iridem ungui humano similis cóit.

Pyos etiam sanguis concretus, qui latinè Pus dicitur. Item,

Pyos, & Pyon, græcis primum lac uocatur: alij sic uocant sanguinem concretum, quem nos latini uocamus Pus.

Pyracantha, Scolymos, uel Carduus apud Dioscor. lib. 3. cap. 15.

Pyralis, in Cypri ęrarijs fornacibus ex medio igni maioris muscæ magnitudinis uolat pennatum quadrupes: appellatur Pyralis, à quibusdā Pyrausta: quàmdiu est in igne uiuit, extra moritur. Plinius lib. 11. cap. 36.

Pyramon, ex tritico panis.

πυράθοι, stercora caprina. Sunt qui pro ouillis quoq; interpretantur. In Nicandri Theriacis πύραθοι legimus in eodē significatu. nisi fortè mēdosus sit codex.

πυρῆνας, Græci nucleos pomorū: quales in cerasis, prunis, & uuis sunt, appellant: κόκκυς uerò acinos.

Pyrethrū, Dauco syluestri similis herba, ut inquit Diosc. Habetur in Myropolijs: & describitur ab Dioscor. lib. 3. capite. 84. Dicta ab igne: quòd radix eius ignea ui ferueat. Saliuaris item: quòd mansa, uel ore retenta, saliuam eliciat. Teuton. Berttam.

Pyrastrum, wyld Biren. Vide Dioscor. lib. 1. cap. 170.

πυρία, fottus è posca, uel alia re.

πυρικαυτά, igne ambusta.

πυρικαυτὸν, ambustum igne.

πυριεφθὸν ϗ πυρίαθις, lac concretum atq; densatum igne. Athenęus primum lac sic uocari contendit.

Pyriatęria, Vaporaria lenticulata. Vtitur hijs in passione uoluuli Aëtius libro nono, cap. 28.

Pyrgitæ, passerculi.

Pyriaterium, quale balneum fuerit, lege in dictione, Laconicum.

Pyrgitis, idē quod Phyllitis apud Dioscor. libro. 3. cap. 120. sic dicta, à turribus: quia ab radicibus earum nascitur.

πυρίνη. Lege, ὀξυάκανθα.

Pyrinon, Pyrethrum, apud Dioscor. lib. 3. cap. 84.

Pyrini, panes triticei. Iidem & Sicanij ex quadrimestri tritico.

Pyritis lapidis sequentia recenset genera Georgius Agricola Medicus. Primū argenteo colore est, ex quo argentum excoquitur. Sed eius neq; Plin. neq; ueterum aliquis meminit: aperto iudicio, multa aut ignorasse ueteres, aut negligentiusculè tradidisse. Alterum genus, quod in argentarijs fodinis non rarò, frequentius uerò in ærarijs inuenitur, ex quo æs conflare solent, ex quo aurū conficitur. Specie æri assimilis est, quam Dioscorides præ cæteris in usum medicinę eligit. Vnde uerò Pyrites dictus sit, si Plinio credimus, ideò fortassè: quoniam plurimus ignis illi, si concútiatur. Quàmuis & inde nomen habere possit, quòd igneum persæpè colorem de se præbet. Tertium genus aureo prorsus colore. Quo & quartum non raró conspersum esse solet. Quintum genus Pyritis, colore cine-

re cinericio, ex quo & ipse aurum & argentum exagit. Elige eum qui æris speciei est, quiquè percussus, facilè ignem reddit.

Pyrites, Kyeß.

Pyrites, Pyrethrum, apud Dioscorid. lib.3.cap.84.

Pyrocorax, luteo rostro, auis alpina. Plin.lib.10.cap.48. Ælianus.

Pyros, Chamælæa apud Dioscor. lib. quarto, cap.183.

Pyros achnon. Vide, Granum gnidiũ.

Pyros Græcis, Triticum Latinis, Teuton. Weyssen.

Pyroton, Pyrethrum, apud Dioscoridem lib.3.cap.84.

Pyronem nugatorem aliquem fuisse, & qui multa incerta proposuerit in philosophia & medicinis, Galenus uidetur innuere libro de temperamentis secundo. Et nonne inquit, hæc sunt Pyronis hæsitatio, & nugæ immensæ?

πυθμὴνα ueteres græci, quod in summo pomo, umbilici modo descendit, uocauerũt: præsertimq́ in malis, pyris, sorbis, mespilis, alijsq́ penè infinitis, in quibus cauum, et ueluti lacuna descendens, lanugines in ea, floccosq́, et floris postq̃ defloruit, inutiles reliquias ostendit. Et quoniam descendit, & quasi in doliolo fundum facit, πυθμένα, id est, fundum, et quod humani umbilici modò cauum est. ὄμφαλοι etiam Græci uocauerunt. Pollucis super hoc uerba sunt. 2. Onomast. οἱ δὲ ἀττικοὶ καὶ τῶν σύκων πυθμένα ὀμφαλὸν ὀνομάζουσιν.

Pythonion, id est, Hyoscyamus apud Dioscoridem lib.4.cap.72.

πυθμενόθεν, uel παντελῶς, id est, omnino, uel ἐξ ἀρχῆς, id est, ab initio, apud Hippocrat.lib.2.de ratione uictus.

Pythonis oculus, id est, Stichas, apud Dioscoridem lib.3.cap.29.

Pytilissare, Galenus interpretatur περὶ τῶν ὑγιεινῶν, summis pedibus ingredi, manibus altera retrorsis, altera prorsus protensis; exercitationis genus.

πυτιοκάμπαι, picearum erucæ, cęteris quidèm erucis similes & congeneres: discrimen ab arbore in qua nascuntur, nomine ipso ostendunt.

πυτυάνθη. Lege, ὀξυάκανθα.

Pyulca, instrumenta puris attractiua: cuiusmodi utitur Galenus libro secundo ad Glauconem.

πυξάκανθα, tùm spina ipsa, tùm succus licij.

Pyxionix, Aristolochiæ species tertia, de qua uide Dioscor. libr.3.cap.5.

Pyxos, Buxus latinè. Teuto. Bůchßbaum.

☞ Q V A

QVadrata corporis statura dicitur eruditis, quæ neq́ longa, neq́ breuis sit, sed in mediullio posita. Vespasianus imperator fuisse fertur statura quadrata. Quadratum Canem probat Columella, melioremq́ ait esse quàm longum, aut breuem. Columella lib.7.cap.2.

Quadrantalis forma, id est, quadrangularis, tetragona.

Quadrifidas ridicas. Tanta est crassitudo & robur taleæ, ut scindi possit in quatuor partes, et quaterna pedamenta, siue statumina, siue adminicula: quæ & Ridicæ uocantur. Consimiliter inquit pöeta, Quadrifidasq́ sudes. Colu.lib.4.cap.33.

Quala, uasa sunt uiminea in supellectile rustica: Quasillum diminutiuo uocabulo appellãt uas lanificijs apium, quod et Calathus dicitur, in quo pensa mulier, & trama uoluuntur. Horatius. Tibi qualum Cythereæ puer ales. Prisci Thalassionem uocauerunt. Apuleius, Qualum panis rumigabam. Præcipit Cato, ut uillicus habeat in instrumento rustico uiginti quala satoria: uel alueos quadraginta, quibus frumenta quæ serimus, continent satores. Col.lib.7.cap.8.

Qualea, coturnix.

Qualitates humorum sunt, austeritas, amaritudo, acerbitas, graueolentia, falsedo, glau-

do, glaucedo. sic enim uult Mnesitheus in lib. qui παθολογικὸν medicinæ dicit. Cōprehendit autem & qualis est: & in uniuersum affectus, ægrotationes, siue morbus uniuscuiusq; partis, aut mēbri.

Querquedula, & phalerides, aquaticæ aues sunt.

Quercus. De Querci generibus, scilicet Platiphyllo, Haliphloco, Hemeride, Æsculo, Cerro, Fago, lege Barbari Corollaria in Quercum, Glandem, et Fagū apud Dioscoridem lib. 1. Item Plinium libro. 15. 24. 4. 5. 6. 7. & rursum cap. 6. 7. & Theophrastum lib. 3. cap. 9.

Quercus ex quibus principijs cōsistat, require ex Vitruuij lib. 2. cap. 11.

Q V I

Quincuncialis herba dicitur, aut trientalis, à mensura, id est, quæ folio quincuncem, aut trientem æquet amplitudine. Item,

Quincuncialis ordinum ratio in disponendis arboribus & uineis, maximè laudata est: utpote quæ non solùm perflatu utilis sit, uerùm & aspectu grata quocunque intueare, in ordinem se porrigente uersu. M. Tullius. Cùm autem admiraretur Lysander & proceritates arborū, & directos in quincuncē ordines. Quintilianus. Quid in illo quicunce speciosius, qui in quamcunq; partem spectaueris, rectus est: sed protinus id quoq; prodest, ut terræ succum æqualiter trahat. Columella lib. 3. cap. 13.

Quinquatria, sunt ferię quinq; dierū, dicatæ Mineruæ: quæ mense martio celebrabantur. Quidam autumant Quinquartum unum tantùm diem festum esse: ex eoq; dictum, quòd post diem quintum Iduum celebraretur: sicut sexatrus dictus, quòd post diem sextum idus celebratur: & septimatrus, post diem septimū. De Quinquatribus Ouidius in Fastis copiose perscribit. Meminit & Horatius illo uersu. Ac putas puer ut festis quinquatribus olim. Columel. libro undecimo, cap. 2.

Quinquefoliū, Pentaphyllon apud Dioscoridem lib. 4. cap. 45. Teuton. **Funff fingerkraut.**

Quinta essentia, est corpus tenuissimū, quasi non corpus, et quasi iam anima: itē quasi non anima, & quasi iam corpus. In eius uirtute minimum est naturæ terrenæ, plus autem aqueæ: plus item aereæ, rursum igneę, stellarisq; quàmplurimū. Vide Marsilium Ficinum libro de uita cælitus comparanda libro. 3. cap. 3.

Quisquilium Plinio uermiculus, id est, ipsum cocci granum dicitur.

Quisquiliæ, ut ait Festus, quicquid ex arboribus minutis surculorum, foliorūque decidit.

R A

Racemus, **Ein weindraub/oder kamp des weindraubens.** Vua est uitis Hederæ, item & aliarum herbarū, aut fruticum. Est & ramosum id, quo dependent acini.

Racosis, multa scroti extensio.

Racemaria, Cadmiæ species apud Dioscoridem libro. 5. cap. 75.

Radiolus, id est, Serpilla, quo utuntur uulnerarij. Est in tralatione Barbari, apud Dioscoridem libro tertio, capite centesimo.

Radula, Instrumentum est, à radendo dictum, quo utebantur in radenda, ducendaq; pice doliorum: unde & nomen. Hinc docuimus apud Plinium, Radulanam appellari picem, propterea, quòd radula raderetur ex dolio, duceretur q;. Quamuis uiri alioquin eruditi rabulanā legendum esse contendant. Verba Plinij ex lib. quartodecimo hæc sunt. Italiæ in parte aliqua radulana pice ac resina condire musta uulgare est, prouincijsq; finitimus. Columel. lib. 12. cap. 18.

Radix est id, quo alimentum plantæ, uel arbori attrahitur. Theophrastus libro primo, cap. 2. Est & Rhaphanus Radix dicta, Vide Rhaphanus.

Radix iunci, id est, Cypiros. Vide Dioscoridem lib.1.cap.4.

Radix Pontica, Glycyrrhiza, Liquiritia. Dioscor. lib.3.cap.6. Est & Rhaponticum apud Cornel. Celsum.

Radix syluestris, apud Dioscoridem libro quarto, cap.187.

Radix, os minus brachij.

Raia, piscis nomen. Plin. lib.4.cap.24.

Ramenta, Veteres dixerunt omnia, quæ rodendo, secando, incidendo ex materia aliqua, quasi inutiles reliquiæ super sunt. Scobem uerò priuatim, quæ lima, aut ferro detenta cadunt: græce ῥινίσματα utroq; nomine uocantur eboris quisquiliæ: quas Ruellius Scobes, Vergilius Ramenta interpretatus est.

Ramex, morbus est, de quo Celsus, Plinius, Plautus, omnes. Vnde Ramicosi infantes dicti. Columella libro nono, cap.1. Vergilius interpretatus est ἐντεροκήλας: quicq; descendentibus in inguina, aut scrotū in intestinis fiunt, quoties disrupto, aut rarefacto, quod Græci Peritonium dicunt, intestina dilabūtur. Quod quale sit, Pollux secundo descripsit, membranam quæ altium, intestina, omnemq; à transuerso septo, usq; ad perniciem complectitur.

Ramex uentosus. Vide in πνευματοκήλη dictione.

Rhamnus, non est Rubus, ut falsò existimauit Auicenna. De quo uide Manardum lib.9.cap.3. sed est Spina ceruina.

Ramich, mixtura solida quarundam rerum aromaticarum, & pro magna parte stipticarū. Vsus eius est in emplastro de Gallia, descriptione Mesue. Ingreditur & trochiscos de terra sigillata.

Rami sunt, qui in caule fissi multiplices sparguntur. Nodi à nonnullis dicti. Ruellius.

Ranam Græci & fluuiatilem, & marinam prædicant, etiamnum pro pisce βάτραχιον.

Ranæ, piscis nomen. Plin. lib.9.ca. 24.

Ranæ paruæ scandentes arbores. Lege, Calamites: atq; inibi, Ranas alias.

Rana Rubeta quæ sit, & eius ueneni curationem, require apud Aëtium sermone.13.cap.36.

Ranunculi complura genera: de quib. uide Dioscoridem libr.2. cap.194. Plinium lib.27.cap.12.

Ranunculus quantùm differat ab Coronopode, & Pede ceruino, uide in Corollario Barbari de Ranunculo.

Rapa, Rüb/quasi Ruapa, ex terræ rure uocabulum habet. Græci à rotunditate γόγγυλον uocant, quod omne id significat, quod in rotunditatem coactum est, uel in orbem circumagitur. Hippoc. hac persuasione fretus, Gongylij uocabulum pro globulis, orbiculis ue qui deuorātur, quasi Catapotijs, usurpauit Ruellius. Vide, γόγγυλη.

Rapa syluestris longior, in speciemq; Rhaphani, caule breui, semine intus candido, duplo maiore q̄ Papaueris. Hanc in Dalmatia frequens nasci Posidonius scripsit.

Rapa satiua, duorum generum, ut inquit Dioscor. lib.2. satiuū alterum, agreste alterum.

ῥάφανος, Latinis Radix, uel Radicula. Dictus ἀπὸ τοῦ ῥαφαίνειν, quòd à tertij diei satu appareat. Ob excellentem autem eius magnitudinem, qua reliquas superat, Radix uocata. Est & genus Rhaphani syluestris, Teuton. Mörrettich/ Kren. Armoracia aliâs dicta, & Raphanus maior.

Rapistrum, diminutiuum à Rapo.

Rapistrum uidetur Columella posuisse pro Rapo: quod & Rapetium, & Rapinam appellant. Colum. lib.9. cap.4.

Rapiū, Artemisia. Diosc. lib.3. cap.125.

Rapnonion, Limonion. Dio. li.4.c.19.

Rapum terræ, Cyclaminus. Vide ibi.

Rarùm accipimus, quòd meatus (quos Græci πόρους uocant) magnos per totum obtinet.

Rafis, & ipse Arabs, cunctorum ante se scriptorum commentarios ingenti uo

lumine cōegit, quod Medici, Continens uocant.

Rasura eboris. Vide, ἐλέφαντος.

Ratiocinium dicitur supputatio, computum, calculatio. Ratiocinator, calculator. Apud Plautum ait Trapezita: Beatus uideor, subduxi Ratiunculam. Expeditissimum ratiocinium, intellige supputationem facilem, & explicatam. Colum. lib. 3. cap. 1.

Rationibus bonis ac malis. Ad hunc intellectum uidetur referri posse illud Plinianum: Quonam modo utilissimè coluntur agri? ex oraculo scilicet malis, & bonis. Verùm atauí malorum nomine intelligere uoluere utilissimos: summum enim prouidentiæ illorum fuit, ut quàm minimum esset impendij. Colum. lib. 4. cap. 3.

Rauculæ, nomen apud Ioannem Anglicum legitur, significatq; ei tumorem cum dolore & pulsu, uulneribus contingentem: qui certè nihil aliud esse potest, quàm phlegmone inchoans.

Rauus color est subniger, ex nigro & fuluo commixtus. M. Varro consimiliter præcipit, Gallos eligi oportere, oculis rauis, aut nigris. Ab Horatio lupa rauo dicitur, ob colorem. Festus Pompeius scribit, Raui coloris eos appellari, qui sunt inter flauos & cæsios: quos Plautus appellat Rauistellos. Quis, inquit, Rauistellus qui uenit? Atqui in Plauti Epidico, non omnes legunt Rauistellus, imò plures grauastellus. Est autem Grauastellus senior, à grauitate dictus. Quā lectionē nos probamus: & probat idē ipse Festus Pompeius, in dictione, Grauastellus. Colum. lib. 7. cap. 2.

☞ R E

Recrementum æris & metallorū, Teuton. Schlacken.

Recrementū ferri, ferri scoria, & stercus. Dio. li. 5. c. 86. Teut. Synckelsteyn.

Rectū intestinū. Vide, Cęcū intestinū.

Recurrentes nerui qui uocentur, lege in dictione, Nerui uocales.

Recutiti uocantur, quorū præputio aliquid deest, ut glandem tegere non possit: quomodo Iudæos circumcisos Recutitos uocamus. Quomodo curari debeant, docet Paulus lib. 5. cap. 53.

Rediuia, est morbus, cùm circa unguē cutis resoluitur, non sine dolore patientis. Dicta sic, à rediuiendo. ueteres enim rediuire pro resoluere accipiebāt. Hæc et neutro genere Rediuium appellatur.

Redūdago, Cisalpinus, id quod nos latinè uocamus utriculū. Lege, Vtriculus.

Regelatur, à gelu resoluitur, et calescit. Martial. Regelare, nec te pestilentia possit. Seneca de ipso loquēs, ait: Vix media regelatur æstate. Columel. lib. 2. cap. 16.

Regia. Plinius, Præsertim cùm magnitudine copiam olei non constare indicio sint, quæ Regiæ uocantur, ab alijs Maiorinæ, & ab alijs Phauliæ, grandidissimæ alioquin, minimi succo. Hoc idem monstrat Colum. Colu. lib. 6. ca. 6.

Regiæ nuces, id est, Iuglandes.

Regula Polycleti nusq; non est apud Galenū: perinde dictum, ut suspicor, idquè prouerbialiter, quasi ad amussim, ad perpendiculumq;, à Polycleto Sycionio statuario, nobili inprimis & excellenti, qui æneæ statuæ autor fuit: quàm adeò ad unguem perpoliuit, atq; absoluit, ut artifices reliqui, id simulacri canonem palàm appellarent, liniamenta artis ex ea petentes. Autor Plin. lib. 34. Meminit eius prouerbij Gal. de arte libro his uerbis: Crisis, id est, constitutio, ea est, ut regula Polycleti. Item lib. de optima cōstitutione corporis: Corpus benè compositum tale est, qualis Polycleti regula existere dicebatur. Item de sanitate tuenda: Sermo qui nunc proponitur, ueluti Polycleti regula est. &c̄. Item primo Complexionum: laudat regulam Polycleti. Vnde uiciosè in ueteribus exemplaribus legitur, Polycretus. Errant prę terea, qui Medicum quendam fuisse existimant, clari inprimis nominis, ad cuius præscriptum sua exegerit Galenus Medicus

dicus, quo nescio an quid dici queat etiam ridiculosius. Lege, Polycleti statuæ.

Regmochiasmus, sanguinis reiectio ex ruptura aliqua.

Reiectio sanguinis, græcè dicitur ἀναγωγὴ τοῦ αἵματος, ἀνασώμισις, trium generum. Diabrosis, quoties exesa parte aliqua, sanguis exspuitur, Rhegmochasmos, quoties rupta, id contingit. Tertium Anastomosis, quoties uenarum alicuius ore patefacto effunditur.

Reijculæ oues, quæ ætate, uel morbo graues, reijciuntur.

Remedium, est auxiliorum medicinalium compositio. Vel sic: Est tempus & occasio rectæ operationis, & temporis obseruatio, in quo opitulamur laborantibus.

Remedia calorifica, atque exiccantia, calida, aridaque medicamenta.

Remeligo. Lege, ἐχῖνος θαλάττιος.

Reminiscētia, est intellectus repetitus.

Remissio morbi, cùm desinit.

Remora. Lege, ἐχῖνος θαλάττιος.

Renes carnosi, & ex tenuiore quadam carne, siue quod isthmi, siue ligulæ instar angustæ, humida excrementa continentes, uel ut quædam lacunæ.

Repastinabis, Refodies. Verbum dictum à pastino, quod est ferramentum bifurcum, quo semina panguntur. Vnde etiam Repastinatæ dictæ sunt uineę, quæ refodiebantur. Consuetudo repastinare uocat, quicquid emoti terreni uinetis præparatur. Columella libro de Arboribus, cap. 1.

Repubescere, in pristinam pubertatē, iuuentutisque florem reuerti. Consimile est, Repuerascere, & Reuirescere. Colu mel. lib. 2. cap. 1.

Repullescentem, resurgentem, subnascentem, & nouellis pullulis, palmitibus què exilientem. Columella lib. 4. ca. 24.

Repunculus. Lege, Pes locustæ.

Requies, Electuarium apud Nicolaum, narcoticum.

Rerum naturalium generosæ sunt, elementa, animalia, uegetabilia, mineralia, mixta imperfecta.

Res naturalis, quæ constat ex naturis ipsis. Item,

Res naturalis, totum compositum, corpus sensibile, idem, & hoc aliquid.

Res naturales uocantur, quæ ad humani corporis integritatem, perfectionemquè, atque naturam concurrunt. Item,

Res naturales uocantur à Medicis Elemēta, Tēperamenta, Humores, Membra, Virtutes, Operationes, Spiritus.

Res non naturales, quæ corpus lædunt, atquè destruunt, si perperam adhibeantur.

Res contra naturam, quæ humani corporis naturæ repugnant.

Resecem submitti. Pampinū resecem uocat, qui resectus, recisusque melius prouenit, fitque fructuosior. A resecando Resecē deriuamus. Submittere aūt, est educare, alereque ad incrementum: quod uerbum est apud Colum. in hoc significatu frequentissimum. Colu. lib. 3. cap. 10.

Resina quomodo fiat, uide apud Theophr. lib. 9. cap. 2.

Resina Laricęa, qua hodiè utūtur pro Termentina.

Resina terebinthina, id est, gummi terebinthi arboris, græcè τέρμινθος dictę. Eam & Termentinam, à fide dignis scriptoribus probatū est dici: & nos obiter attigimus in Herbarij nostri Tom. II.

Resolutio, uel paralysis oculi uocatur, ubi oculus nequaquam intendi potest, nec omnino consistit: sed huc atque illuc sine deliberatione mouetur.

Resolutio neruorum, differt ab apoplexia: quia in apoplexia omnes pariter nerui tùm sentiendi, tùm mouendi uim amiserunt. Vbi uerò alteri laterū, aut dextro, uel sinistro id accidit, resolutio nominatur, eius scilicet partis, in qua consistit affectus: interdum dextræ, interdum sinistræ. Plura uide apud Galenum de locis affectis libro quarto, cap. 10.

Respiratio, est attractio aëris per nares

ex cerebro inde per fauces, & in pulmonem, & in ipsum cor. Accidit autem aliquid ad uentrem, idq; ex corde susceptũ, & cõprehensum, modicũ quidem fit reciprocatio, ad id quod circundabat. Item,

Respiratio est motus thoracis & pulmonis. Species autem, siue partes huius sunt, inspiratio, & exspiratio.

Restibilis seges est, quæ regerminat, quasi cuius fœcunditas in sequentẽ quoque annum restituat. Græci Palinìblaston uocant. autor Theophrastus.

Restibile occandum erit. Inter restibilem agrum, & noualem hoc interest. Restibilis dicitur, qui nunquàm interquiescit, sed restituitur, & seritur quotannis, ut quotannis reddat fructum. Noualis uerò est, qui intermittitur, & alternis annis seritur: à nouando dictus.

Restibilem fœcunditatem dixit Plinius, intelligi uolens eam, quæ intermissa restituitur in fœminis, quæ parere desierunt M. Varro, In Olynthia quotannis restibilia esse dicunt. Colu. lib. 2. cap. 10.

Reteri, repoliri, uentilari. Columella libro. 2. cap. 2.

Retorrida, quasi exusta, & amissis uiribus, intempestiuiterq; senescẽs. Seneca Mutij manum retorridam appellat, quã ille, ut notissimum est, iniectatis flammis torrere non dubitauit. In arboribus ea dicuntur retorrida, quę non adolescunt, quæ quasi torrida occalescunt: quæ scabra sunt, fructumq; non ferunt. Aulus Gellius homines Retorridos scitè dixit, & eleganter. Retorrescere dicuntur uites, quando non prosiliunt, neq; adolescunt legitimo incremento. Columella libro de Arboribus, cap. 17.

Retrimenta, sic dicta sunt à reterendo. Quanquàm Plinius Recrementa etiam uocat. Teut. Die grundheffen.

Retrimenta, excremẽta, uentris saburra, superfluitates, idem.

R H A

Rhabarbarum, ante Paulum Æginetam ferè Medicis incognitum.

Rhacoma, apud Plinium fortè id, quod Dioscorides uocat Rhabarbarum; modò non deprauatus sit codex.

Rhachis, spina ipsa dorsi.

ῥαγάδες, id est, rimæ, malum quod nõ in una tantùm corporis nostri parte sentitur, uerùm in mulierum naturalibus, & utriusq; sexus sede, labris, digitis, & pedibus fit: licetq; id pro comperto habere, quacunq; corporis parte in duo labra, plura ùe dehiscit cutis, Græci ῥαγάδες, à frangendo, Latini rimas uocant. Vt plurimum tamen in sede fiunt. Differunt à Condylomatis: quòd Condylomata sunt excrescentiæ, quæ in extrema ani corona, & qua parte se comprimit cum inflammatione insurgunt. Appellaueruntq; Condylomata id malũ Græci, quod ut contracta in pugnam manu digitorũ articuli, quos ea gens condylos uocat, insurgunt & eminent. Sic duratæ in callũ sedis, & in fœminis naturalium rimæ à reliqua superficie insurgunt.

ῥαγάδες, & Mariscæ, ulcera & rimæ, quæ infestant cute circumcisa. Hos morbos lasciua luxuriæ procacitas, & æstuans libido facit, non sine naturæ, & maiestatis diuinæ iniuria, et utriusq; Lege calcata uitiorum inuentrix libido, quæ neglecta natura diuerticula quæritat. Prouenit & in muliebribus pudendis, & labris, & pedum digitis.

Rhagion, araneus uocatus: quòd acino uuę nigrę similis est, ore minimo, sub aluum, pedibus curtissimis, & tanquàm inchöatis.

ῥάγματα, rupta.

ῥηγνύω, id est, rumpo.

Rhamnus quid sit, lege apud Dioscoridem lib. 1. cap. 121. Plinium lib. 24. cap. 14. Theophrast. lib. 3. cap. 17.

ῥαντῆρες, oculorum anguli qui naribus adiacẽt. Dicti & πηγαί, uelut lachrymarum fontes quidam. Canthos domesticos Medici uocant, sicut angulos in tempora uergentes syluestres.

Rhaon, Rhabarbarum ipsi Aëtio.

ῥάφη

ῥάφαι, suture ex quibus consistit caput.

ῥαφανέλαιον, oleum de Rhaphano.

ῥαφανίς, olim Cramben, id est, Brassicam significabant, autore Aristotele & Catone. Nunc pro Radicula sola usurpatur.

ῥαφανίς, Rhaphanus, Radicula.

ῥαφανὶς λευκὴ, Armoracia, uel syluestris Rhaphanus.

Rhaphanus, Latinè Radix. Rettich.

Rhaphanus Liothasia, id est, Beotica, Rhaphani genus, quod & Thraciam uocant, patientissimum hyemis.

Rhaphanus Cleonæa, genus Rhaphani quod in longitudinem porrigitur.

Raphanus Corinthia, amplissima, quę detecta stirpe nascitur.

Rhaphanus syluestris. Mörrettich. Hanc Romani, ut inquit Diosc. lib. 2. ca. 124. Armoraciam uocant: alij montanū Rhaphanum: alij Apium: alij Istada: alij Chamęhalanum. Romani eius radicem syluestrem, ramulos tenues, iunceos duos, siue tres spargit, rubentes, folijs rutæ syluestris, oblongioribus, & angustioribus, semine paruo, radice albuci, rotundiore, turbinatiore, pyri figura, candido cortice. Ea lacteo succo madet. Hæc Dioscorides lib. 2. cap. 123.

ῥάφίς, caluæ pars serrata.

Rhapontica, Hyoscyamus, apud Dioscor. lib. 4. cap. 72.

Rhaponticum prouenit in ripis Rha fluminis: supra Pontum & Cymerium Bosphorum, ex quibus affertur: radix nigra, Centaureo magno similis. Dioscorides lib. 3. cap. 2.

☞ R H E

Rhœa, Papauer Erraticum, apud Dioscor. lib. 4. cap. 67.

Rhæbi, quibus crura sunt introrsum, & obtorta: Blessi uerò, quibus extrorsum. Autor Pollux. Vide, Varipedes.

Rhœas. Lege, Palpebrarum uitia.

ῥαιβοί. Vide, Varipedes.

ῥηχέντα, spontè sua scilicet, & per se à continuitate sua discedentia.

ῥῆκται, effractores uenti dicti sunt, qui in terræ motibus facta eruptione, etiam hiatus faciunt.

Rhegma, ruptio: pertinet & ipsa ad cōtinuatis solutionem.

ῥήγματα, rupturæ. Vel,

ῥηγματία, intus ruptura, uel dissectio. ἀπὸ ῥήγνυμι καὶ ῥηγνύω, id est, rumpo.

Rhegmochasmus. Vide, Reiectio sanguinis.

Rhem sutorium: sic in quibusdam Columellæ editionibus legitur, pro Rhus sutorium.

ῥητίνη, resina.

ῥητινῶδης, resinosum.

Rheu, idem illud, quod Rhaponticū. Barbarus in Corollario.

Rheum, Rhaponticum. Dioscorides libro. 3. cap. 2.

ῥεῦμα, fluxus, ab ῥέω, fluo. Lege, Oculorum morbi.

Rheumata sunt quædam destillationes humiditatū, & superfluitatū cerebri.

ῥευματισμός, fluxus mali & superflui alicuius humoris.

ῥῆξις, exulceratio in cornea tunicula oculi, quæ ex ictu, aut inflammatione immodica contracta est.

☞ R H I

Rhia, Rhaponticum. Dioscorides libro tertio, cap. 2.

ῥῖγος, ubi una cum frigore fit etiam tremor. Et eo laborantes, ῥιγοῦντες. Tertianis peculiare. Fit autem ob flauam bilē, quæ per membra sentientia, ueloci motu defertur: post quem frequenter alui soluuntur, & sudores, & uomitus biliosi superueniunt.

ῥινάριον, lunula, apud Paulum instrumentum, cuius usus est in dentium adnatis, lib. 6. cap. 28.

Rhinenchitos, cornu per quod sternutamenta immittuntur in caput, uel alia cathartica caput circundantia. Vtitur eo sæpè uocabulo Scribonius Largus.

Rhinoceros, unius in nare cornu. Plinius lib. 8. cap. 20.

ῥῖψις, oculorum uitium.

ῥιπτασμός, proiectus, hominis uidelicet, qui ob cibum & potũ immodicè sumptum, in lecto subinde se proijcit, ructatque, & concoquere sumpta non ualet. Galen. lib. 2. de ratione uictus in morbis acutis. ἄσην græcè interpretantur.

ῥινέγχυτον, ferramentum quo naribus medicamentum inijcitur, apud Aurelianum lib. 2.

ῥίπλαμ, lingua Ægyptiorum Blitũ.

☞ R H O

Rhöades febris. Lege, Febris.

ῥᾶδας, teneriores, mollioresq́ue costæ.

ῥοβίθρον. Lege, ὑπόχυσις.

Rhoduncia patella. Lege, Rhodonia.

Rhodia radix, Costo similis, in Macedonia nascitur. Dioscorid. lib. 4. cap. 43. Dicta à rosa: quòd radix eius contrita rosas redoleat: Teut. Roßenwurtz. non à Rhodo insula.

ῥόδινον ἔλαιον, oleum rosarũ, uel roseũ.

ῥοδόχροον, roseo colore.

Rhododaphne, Nerion, apud Diosc. lib. 4. cap. 84. Rhododendron.

ῥόδομελ, mel rosatum.

Rhodonia, id est, rosarium, rosarũ plantula. Est & condimenti genus quoddam Rhodonia, quam & Rhoduncìam patellam uocant, ex meris cerebellis auium, & porcorum in multa rosa coctis, infuso garo, oleo, uino, pipere, ouorum luteis. Differt ab patella rhoduncia, quæ rhodiaca olla dicitur: quoniam figulinę genus est hæc, permixtis (ut inquit Aristotel.) myrrha, iunci flore, croco, balsamo, cinnamomo, amomo. Coquiturq́ue ad arcendam ebrietatẽ, si excalfactis hijs uinũ infundatur. Origo huius à Copto prima (ut inquit Athenæus) unde Coptica fidelia.

Rhodosachara, à rosis & sacharo compositio apud Nicolaum, uulgò Zuccarum rosarum officinæ uocant.

ῥωγάδες. Vide, ῥωγμή.

ῥωγμὴ, quasi latinè dicas, per longum rima caluariæ profundior, aut in superficie fissio. Sic ῥωγάδες, rimas terræ appellauerunt.

Rhogoides, siue Rhagoides, secunda oculi tunica, ab acini similitudine quadã: densa ea est, sanguineaq́ue.

Rhogus, est ruptio quæ labra collo indurata habet.

Rhombus. Lege, Piscium ferè.

Rhöon, inter alia, succus ipse moris expressus iamiam siccatis.

Rhöon etiam scribunt Plin. & Diosc. radicẽ absq́ue odore, Costo nigro similem: cùm tamen id quod in usu est, nullã cum Costo nostro similitudinem habeat, magnumq́ue odorem, nec insuauem iactet.

Rhopalos, Nymphæa, apud Dioscoridem lib. 3. cap. 149. à radice clauæ similis. Theophrastus lib. 9.

Rhopheta, oua sorbilia.

Rhos, uoce quidèm græca, sed quæ ut inquit Plinius, latinum nomen non habet: significatq́ue eum fructum, quem Arabes, & uulgus nũc medicorum Sumach dicunt: olim obsonijs & pellibus, nunc medicinæ seruientem. De quo & Theophrastus lib. 3. de historijs plantarum, & Diosco. lib. 1. & Galen. 8. & Plin. lib. 24. abundè scripserunt: aitq́ue Plinius, quòd ulcerib. medeatur manantibus cum melle. Galenus quoq́ue ἀντιβαλομένα scribens, Syriacum uocat.

Rhos, Phœnix herba, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 46.

Rhos. Lege, ἐλαιομέλι.

☞ R H V

Rhus. Lege, ἐλαιομέλι.

Rhus, quæ obsonijs aspergitur, ab aliquibus Erythros appellata, semen est coriarij fruticis: itaq́ue uocari solet, quoniam coriorum infectores ea utuntur ad spissandas pelles. Arbuscula in petris nascens, binum cubitorum altitudine, folijs oblongis, rubicantibus, in ambitu serratis, acino uuarum gracilium denso magnitudine Terebinthi, quadamtenus lato. Cuius corticosa tunica perquàm utilis est. Officinæ alieno nomine Sumach uocant. Lege Diosc. lib. 1. Theoph. lib. 3. Col. lib. 10. ca. 13. Plin. lib. 33. c. 6. li. 24. c. 11.

Rhus Erythros, id est, Rhus obsonio-rum, ἐρυθρὸς Græcè.

R H Y

ῥυαδικὸν πάθος, Rhyadica passio, id est, hiatus, unde assiduè humor extillat. Oboritur ab nympha inmodicè prominens, quæ non rectè exscinditur. Vide Paulum lib. 6. cap. 70.

ῥύας, continuus lachrymæ fluor.

Rhymmata. Lege, Iria.

ῥοώδεις πυρετοί, febres quæ cum multo alui fluxu, & aliquando cum uomitu fiunt: accedunt perfrictiones, subitaque ui rium deiectio, cum siti, uigilia, & pulsuũ in uenis humilitate. Eas uocauit Celsus lib. 1. Fluẽtes: nec tantùm febres, uerùm morbos alios in quibus nimirum ex omni humore excernerent ægri, idque etiam diuersis partibus.

ῥυπαρίαι ὀφθαλμῶν, sordes oculorum.

ῥυπώδης, à similitudine sordium sic dictum emplastrum, ualet ad extrahendũ. Celsus lib. 5. cap. 19.

Rhypos, id est, sordes. Iul. Pollux pro sigillari quoque terra usurpat. Nisi quis ini bi τύπον, non ῥύπον legendum censeat. Sed & in Epistolis Cicero ad Atticum, Rhypos scriptum est pro ceris, siue formis unde sigilla fingebantur, fortassè ut à situ uetustatis uindicarentur.

ῥύπος βαλανείων, sordes, uel strigmenta balnearum, Dioscor. lib. 1.

ῥύποι γυμνασίων, sordes gymnasiorũ.

ῥύπος ἐκ τῆς παλαίστρας, sordes quæ colliguntur ex palestra.

Rhyte, Ruta montana, apud Dioscor. lib. 3. cap. 50.

ῥυτίδες, lineæ in palpebris.

Rhyides, oculi exulcerati & fluentes.

ῥυπαρὸς ἄρτος, sordidus panis.

R I

Ribes Officinis, Teuton. **S. Johañs treübel / oder bözlin**: quòd circa Ioañis baptistæ festũ fructus eius maturus sit.

Richion, idem quod Bechion, uel Tussilago, apud Dioscor. lib. 3. cap. 124.

Ricini, uermiculi sunt infestantes capita canum, & maximè aures. Est & uermiculus alius in lingua canum, qui uocatur à Græcis Lytta: quo exempto infantes catuli nec rabidi fiunt, nec fastidium sentiunt. Columella lib. 7. cap. 13.

Ricinum Plin. sua ætate uocari dixit, à fœdissima insecti similitudine, quod græci κρότωνα appellant. Teut. **Wunderbaum**. Diosc. lib. 4. cap. 167. Suntque latinis Ricini, & Græcis κρότωνες insecta, quæ animalibus aliis, canibusque præsertim inhærent. **Hundszecken**. Vide de hoc commentarios in Dioscoridem lib. 1. cap. Ricinum oleum.

Ricinos etiam sunt, qui futura quoque poma mororum uocant. Quanquàm alij Cytinos legunt, non Ricinos.

Ricinus, Cici, Dios. lib. 4. ca. 167. Teu. **Wunderbaum**. Cataputia maior.

Ricini. Lege, κρότωνες.

Ricini semen. Lege, Cici.

Ricocia, medicamenti genus apud Horatianum, achoribus sanandis idoneum, lib. primo, cap. 5.

Ridere. Zoroastes eadem hora qua natus est, risit, autor Solinus capite, 11. de mirabilibus mundi.

Rigor, τὸ ῥῖγος, horror ille & concussio membrorum in febre.

Rima, ipsius pudendi muliebris σχίσμα, aliàs, apertura.

R O

Rob, est succus, uel liquor inspissatus.

Roborosa passio uocatur, quæ animal rigidum facit ad similitudinem ligni. De qua Vegetius Veteranariæ lib. 3. ca. 24.

Robur corporis, ad animi fortitudinẽ sæpiusculè refertur.

Robustus, à robore.

Robus color. Lege, Rufus color.

Roris marini genera, lege apud Dioscoridem libro. 3. cap. 8.

Roratio, arborum & uitium morbus quomodo fiat, require ex Theophrasto lib. 4. capite. 16.

Rosa, græcè ῥόδον, & Pöetæ βρόδον appellant. Sed plantã eius Rhodoniam, quem-

quemadmodũ nos Rosariũ, appellant.

Rosalia, coronæ è rosa, quæ pactilibus & futilibus successerunt: nec erat his gratia, nisi folio solo nexis.

Rosarum flores dicuntur, quibus lutei apices, & quasi capillamenta in medio ei us surgunt.

Rosæ calix, nondum totis folijs patẽs, & explicitus rosæ globus.

Rosæ cortex dicitur, qui calicem ambit, dehiscenteq́ rosa in quinq́ quasi lasciuias scinditur.

Rosæ caput, quod ab inferiore parte la nosum intus totam sustinet rosam.

Rosea, campus appellat in agro Rheatino: quòd in eo arua rore humida semper ferantur.

Roseus color, omnium iucundissimus est, atq́ humano corpori, si id formosum est, quàm similimus. Itaq́ os, ceruicem, capillos, digitos roseos Poetæ dicunt, id est, candidos, rubore sanguinis penitus diffuso cum uenustate: isq́ color propriè est, quem communis sermo Incarnatum uocat. Refert enim maximè omnium pueri nitorem, ac uirginis rosa. Non Milesiam intelligo: quæ nimis purpurea arde re quodammodo uidetur: nec rursus albam, sed quæ utrinq́ decorem accæpit: & quia corpus hominis imitatur, quod lingua uernacula carnem appellãt: eadẽ id genus Rosarum Incarnatum nominant. Cicero colorem hunc suauem dixit. Autor Tylesf. de Coloribus.

Rosa græca, Lychnis, apud Dioscoridem lib. 3. cap. 113. est tamen & alia Græca uocata.

Rosa Iunonis, Lilium uulgare apud Dioscor. lib. 3. cap. 115. & inibi in Vergilij commentario.

Rosa Iconis, Lilium uulgare apud Dioscor. lib. 3. cap. cap. 115.

Rosata nouella, id est, noua ex rosis cõpositio. ut alia discernatur à ueteri.

Ros, est humidum quid è serenitate cõcretum, minutimq́ delabens. Aristoteles lib. de Cœlo.

Ros maris, apud Galen. 4. de sanit. fortasse Ros marinus herba, si non fallor.

Ros Syriacus. Lege, ἐλαιομέλι.

Rosmarini multa genera constituere, etiamsi Dios. non doceat, tamen res ipsa coget. Nam præter coronariam, reliquę species hodie ignotæ habentur.

Rostellis, pusillis rostris, uocabulum est diminutiuum. Columel. lib. 8. cap. 5.

Rotæ, pisces sic dictæ à similitudine, quaternis distinctæ radijs, modiolos earum oculis duobus utrinq́ claudentib. Plinius lib. 9. cap. 4.

Rotũdus odoratus iuncus, id est, Squinantum. sic enim barbarissimè officinæ.

R V

Ruballiones. Lege, Chamæ.

Rubea, trochiscata, ab colore & trochiscus dicta. Cõpositionem eius lege apud Nicolaum.

Rubet nulla particula corporis, pręter quã caro et sanguis. Gal. lib. de tumorib.

Rubeta. Lege, φρῦνος.

Rubetæ, ranæ, quarum & in terra, & in humore est uita. Plin. lib. 8. cap. 31.

Rubeta. Lege, Rana rubeta.

Rubeus, pro spineus aliquando dicitur: & hoc à rubo.

Rubeus color. Lege, Rubum colorẽ.

Rubidus color. Ibidem.

Rubia Dioscoridę Erithrodanum, lib. 3. cap. 161. Plinio. 24. cap. 11. Teut. Röte/ Klebwurtz/ Ferbwurtz.

Rubigo frumentorum erugo, hordeo quàm tritico infestior.

Rubiginis ferri iuuamenta, uide apud Dioscor. lib. 5. cap. 83.

Rubrica fabrilis, ea quæ fabris in usu est, inferior sinopide, de qua uide Dioscoridem lib. 5. cap. 103.

Rubrica quid sit, uide apud Dioscor. libro. 5. cap. 102. Plinius ex densiore terra Rubricam maximè amat. Est autem Rubrica terræ genus, rubicundo colore: unde & nomen. hinc Rubricosus deducitur. Cato, Lentem inquit, in rubeto et rubricoso, qui herbosus non est, serito. Plinius

nius præcipit ex autoritate Catonis, in rubricoso solo ferendum esse odoratum far. Aliâs Rubrica significat pigmentū, siue colorem natiuum. Lemniæ Rubricæ palmam dabant: ita nominatæ ab insula Lemno, in qua nascebatur. Hæc est Antiquis multum celebrata, nec nisi signata uenundabatur. Vnde & Sphragidem appellauere. Græco enim uocabulo σφραγὶς dicitur sigillum, signatoriū. Hinc gemmas quoq; quasdam sphragidas uocant celeberrimi scriptores, quoniam optimè signant. Galen. lib. 10. Simplic. refert, se in insulam Lemnum nauigasse, caussa contemplandi hanc Rubricam Lemniam: docetq; planius & apertius, quod Plinius subobscurè dixit, & breuiter, cur Sphragida appellauerunt. Sacerdos Dianæ, inquit, Rubricā Lemniam reuerenter accipiens, curioseque perpurgans, signat sigillo Dianę impressoria signata uenundabantur. Columella lib. 2. cap. 10.

Rubrica fabrilis naturalis, Bergrōtel.

Rubrica fabrilis factitia. Rōtel.

Rubrum colorem, maximè indicat animantium sanguis, & quo lana inficitur. Coccus granum id à nostris uocatur: unde uestis est Coccina, nulli ignota. Ostentat tamen hunc colorem præ cæteris rebus liquor purpuræ: cuius adeò gratus est color, ut si quid paululum habeat ruboris, modo uisu sit illud non iniocundum, Purpureum sæpè dicitur: ut sunt uiolæ, & uaria florū genera. Quin & Candidus. is enim oculos quoq; remoratur. A Poetis uocatur nonnunquàm purpureus. Nā & olores purpureos dixit Horatius, & niuem ipsam purpuream Albinouanus. Iuuenitur & Blatteus positus pro purpureo. Nec prętereundus est hic color Vitis, frondibus arefactis simillimus: & idcircò Xerampolinus græcè dictus. Vsurpant hanc uocem Latini. Certum ēm Vitis genus adulto iam autumno, pampinis rubet uelut cruentis: unde nomen colori inditum est. Rosa ab omnibus nunc dicitur sicca. Atrabapticas uestes eo colore infectas, quoniam in eis purpura nigresceret, aliqui appellauerunt. De ea re tabellam excogitatam, his uersiculis sui complexus. Cederet immeritæ uitis dùm crura cecidit Ipse sua, & dira cæde Lycurgus obit: Vnde prius uiridis, rubet hostis sparsa cruore, Illæso uitis stipite, et ulta nefas. Autor Thylesi. de Coloribus. Lege itē, Rufum colorē.

Rubus, non est Rhamnus, ut quidam suspicati. De quo lege epistolam Manardi tertiam, lib. 9.

Rubus Idæus in Ida proueniens, Rubus apud Dioscoridem libro. 4. cap. 41. Teut. Brombōren.

Ructuare. Pomponius poëta nunquā ructuauit. Autor Solinus cap. 4.

Rudetum, terra quæ prius rudis fuerat & inculta, iam autem arata.

Rudicula. Id uerbum ueteribus agricolis pastillum significabat olim ad interendum mortarijs. Diminutiuum uidetur factum à rude, id est, uirga gladiatoria. Plinius ait, lanas in quodam usu medico adhiberi non curatas rudiculis: hoc est, ut ego interpretor, non excussas, exagitatasq; uirgis à batuentibus: sicut bouelanas quotidiè curari conspicimus, uel potius audimus. fit enim crepitus sonorus ex percussu rudicularum. Scio autem locum illum Plinianum aliter & legi, & explicari ab eruditis: sed mihi commodior uidetur lectio, & intellectus purior quem retuli. Frequens est mentio Rudicularum apud eundem Plinium in hoc significatu. Columella lib. 2 cap. 45.

Rufum colorem, nō esse eundem atq; rubrum, ex hoc intelligi potest: quòd rectè dicitur sanguis ruber, rufus non rectè: Barbam rursus, & capillum Ænobarbi, rubrum ueteres nō dixerunt, sed modò rufum, rutilum modò, qui idem est. Quin & canes imolabant Romani sacerdotes, nunquā rubras uocatas, sed quas nunc rufas, nunc rutilas appellabant: ad placandum Caniculæ sidus, fru

gibus inimicum. Ex quo manifestũ est, Rufum, Rutilumq́ eundẽ esse: id quod ex antiquis etiam aliqui docent. E canis igitur colore satis noto, atq; è multorum barba & capillo, cuiusmodi sit color Rufus satis apparet. Hunc Rustici in armentis Robum, Giluumq́ olim dixerunt, at què etiam Heluũ: ut uini genus est quod dam inter Rufum, Albumq́ nulli non cognitum: quod quoniam Cerasi colorem refert Duracini, Cerasolum aliqui dicunt Italiæ populi. Sed & Burrham ijdem appellabant uitulam, quæ rostro esset rufo. At homo Burrhus est, qui prã sus cibo & potione rubet: hunc aliqui etiam Rubidum uocant. Inuenitur & Rubeus, & si aliqui non indocti uocem nõ esse latinam monuerint. Cùm tamen apud autores non malos ex uuis nigris fieri uinum fortè legatur, è Rubeis autem suaue: necnon bos Rubeus probetur. Verbum est omnino rusticum: nec prorsus idem color est, qui et Ruber, sed ad eũ proximè accedit. Quid quòd Russeus etiam legitur? negat quidam è ueteris Grammaticis dici posse, Russum iubet: ex quo pannus est Russatus. Vtrunquè certè latinum est, sed Aratoris magis quàm Oratoris: habet enim & sua uerba, qui ruri uiuunt, urbanis nonnullis inaudita. Russeum equum dicunt illi, qui non planè Russus est, sed aliquanto minus ruboris habens, idem fere uidetur. Hic autem, quoniam quasi cruentato similis est, hodiè Saginatus, quasi sanguinatus uulgò nominatur: quàmuis huius nominis nonnunq; equi albescant. Aut. Thylesi. de coloribus.

Ruffus Ephesius dicitur sub Adriano principe uixisse, scripsisse quoq; plæraq;, quę & ipsa citantur interdũ ab alijs. Verùm nihil eius posteritati relictũ est, quod iactari possit. De Melancholia tamen optimè dicitur scripsisse, ut inquit Galenus libro de atra Bile.

Rulla, ferrum illud est, ut ait Plinius, quo uomeres identidem purgantur in arando. Quanq; uetus lectio non Rullam, sed Rallam habet, à radendo.

Rumæ, græcè ἀνθηρῶνες.

Rumex, id quod græcè λάπαθον. Lege, Lapathon. Licet Rumex potius sit quarta Lapathi species Oxalis, & Oxylapathon Gręci uocant. Sic enim Herm. contendit: Satiuo similis, folijs aquosis, colore Betæ candido, radice minima.

Ruminare, agreste uulgus dicit minores equos. Plautus à uerbo deruminare usurpat, pro differere.

Rumoniæ, Plinio sunt maiores serræ, quibus fabri materiarij secant arborum moles, subiectis canterijs.

Rumpotinum, siue Rumposinetum, genus arbusti gallici. Columel. Arboribus rumpotinis frumentum non inseritur. M. Varro tradit traduces à quibusdam rumpos appellari, ubi ex arboribus in arbores traductis uitibus uinea fit. Columella lib. 5. cap. 5.

Rupicapræ, quæ in rupibus degunt. Teut. Gemßen.

Rupta, & Conuulsa, Græci ῥήγματα, καὶ σπάσματα, ut aliqua tamen differentia sit. Nam Rupta dicimus simpliciter. Vbi uerò nõ ruptum tantùm & fractũ, sed intus nerui lacessiti, tunc Cõuulsum dicimus. Cõiunguntur autem ferè apud Dioscoridem & Plinium; quod rarò utrunq; non contingat.

Ruptio, uel Conuulsio, citra uulnerationẽ fiunt. Gal. 3. Method. Prior carnosæ partis diuisio est, posterior neruosæ.

Ruscum, Castor Oxymyrsinem myrti folijs acutis, ex qua fiunt ruri scopæ, uocauit. de quo Pöeta: horridior rusco. Columella lib. 7. cap. 10.

Ruscus syluestris, Myrtus, apud Dioscor. lib. 4. cap. 147.

Russeus color. Lege, Rufum.

Rusticæ gallinæ, sunt agrestes, rostro longiore, quæ per diminutionem Rusticulæ uocantur.

Ruta montana, & hortensis, describitur ab Dioscoride libro tertio, capite. 50.

Plinio

Plinio libro.20.cap.13.

Ruta, Peganon à Græcis uocata, quòd genituram cogat, prægnantibus inimica.

Ruta sylvestris qualis sit, uide apud Dioscoridem lib.3.cap.51.

Rutabulum, instrumenti nomen est, quo etiam utebantur ad coquendos panes. Inuenitur positũ & pro uirili membro. Portius Cato præcipit, ut uillicus habeat Rutabulum unum. Columella libro duodecimo, cap.21. Dicitur & Rutrum, quo quid eruitur.

Rutinalis herba, Sphondylion, apud Dioscor.lib.3.cap.88.

Rutrum. Lege, Rutabulum.

R Y

ῥυάς, oculi uitium, quando canthus lachrymas continere nequit.

ῥῖγος, frigus, rigor, qui est initium febris. Galen. Aggressio febris, & primus impetus, uel accessio rigoris, hoc est, incrementum.

S A

SAbina, Seuenbaum. Græcis βράθυς, καὶ βάρον, καὶ βάρυτον, ut inquit Dioscor. Duorum generũ est. Vna folijs Cupresso similis, spinis horridior, grauiter olens, acris & feruens. Arbor est coacta breuitatis, quæ sese magis in latitudinem fundit. Huius folijs nõnulli pro suffitu utuntur. Altera Tamaricę similis est folio. Dioscorides libro.1. Plinius lib.17.cap.13. libro.4.cap.11.

Sabtara, uitium uisus, contingens ex grossitie ipsius spiritus, & turbedine humorum.

Sambucus, Acte dicta apud Dioscoridem lib.4.cap.194.

Sacandrus. Lege, Clitorium.

Saccharũ, uel Sachar, Arabia fert, sed laudatius India. Est autem mel in harundinibus collectũ, gumi modo candidũ, dentibus fragile, amplissimũ, nucis auel lanæ magnitudine, ad medicinæ tantùm usum. Plin.lib.12.ca.8. Lege, ἐλαιομέλι, & Herbarij nostri Tom.II.

Saccharum candidum, uel canicium, quod quarto, uel quinto excoquit, donec specie aluminis scissilis ferè transluceat.

Sacer ignis, malis ulceribus adnumeratur. Eius sunt species duæ: de quibus uide Celsum libro.5.cap.28.

Sacer magnus: quo modo epilepsia sacer morbus uocatur, id est, magnus, autor Aurelianus.

Sacopeniũ, idem quod Sagapenium.

Sacra, multa uocamus: hieram picram Galeni, sacrũ morbum, sacram famem, sacros tripodas, sacrum os.

Sacra fistula dicitur à nostris, quæ grecis ἱερὰ σύριγξ, uertebris constat.24. eas uertebras, siue nodos, sphondylos Græci dicunt, & Aristoteles. Nam spina ipsa uocatur etiam Rhachis.

Sacrium, id est, Electrum, sic Scythis dictum apud Plinium lib.37.cap.2.

Saropoda, qui latos habet pedes, cuius modi ferunt fuisse Pittacum.

Sardum, idem quod Sedũ, & Aizoũ.

Sagapenium, ferulaceæ herbæ succus, quæ in Media nascitur. Dioscor.lib.3.capite.94. Plin.lib.19.cap.8.

Sagæ, fœminæ sunt diuinatrices & ariolæ: dictæ, quasi satis agę, de quibus est illud poëticum. Polluta est magico saga ministerio. Piatrix quoq; alio uocabulo dicebatur, quæ expiare erat solita. Sagis clangoribus æther, ait Statius Papinius. Exponit commentator, sagis, id est, diuinis. Vnde & præsagia, prædiuinationes dici autumant. Aliter sentit Cicero. Columella lib.1.cap.8.

Sagda, uel Psagdan, suffimenti genus: etiamsi Nicander non unguentum, sed homines effœminatos et profligatos moribus intelligat.

Sagitta, inter sidera est, quam Herculis fuisse fabulantur: qua aquilam interfecisse dicitur, exedentem iocinera Promethei. Columella libro.11.cap.2.

Sagminalis. Lege, Peristereon.

Saitica, chartarum genus, ab oppido,

ubi maxima fertilitas ex uilioribus ramẽtis eius fuit quondam.

Salem Agrigentinum si in ignem miseris, soluitur ustione: si in aquam, crepitat. Solinus cap. 11.

Sal dodecatheos, siue duodenarius, cõmendatur ab Aëtio serm. 9. cap. 24.

Sal Indus, uel Indum, id est, Saccharũ. sic enim Paulus Ægineta interpretatur lib. 2. cap. de linguæ asperitate. Sophistæ hodiè & barbari, cũ officinis, nescio quid aliud pro Sale Indo somniant.

Sal sacerdotale, existimo ab Achymistis nomen accepisse, ut alia plera𝔮, non ab sacerdotibus tempore Heliæ, ut inquit Saladinus.

Sal translucidus in Pachyno. Solinus capite. 11.

Salem purpureum habet Ætna. Solinus ibidem.

Salis multa genera, uide apud Diosco. lib. 5. cap 117. Plin. lib. 31. cap. 7. 9.

Salis flos, græcè ἁλὸς ἄνθος, aliàs Halosanthos, medicamen est liquidum, & tenuium partiũ quàm sal ustus, acris qualitatis, & admodũ digerentis facultatis. Seb. Austriacus.

Salacissimi, libidinosissimi, & rei Venereæ appetentissimi. Caudam salacem dicit Horatius genitalia. Bulbos salaces Epigrammatista: quia extimulant libidinem. Homo itẽ salax dicitur, ad rem Veneream propensus & ualidus. Columella lib. 9. cap. 2.

Salamandra ex sententia Diosc. lib. 2. Plinij item lib. 11. cap. 24. & lib. 10. ca. 67. nunq̃ nisi magna imbrium tempestate prouenit, & siccata tẽpestate deficit. Aëtius Ascalabocæ animali similem facit. sic enim quidam interpretantur. Plura Barbarus in Coroll. annotauit lib. 2.

Salatites lapis, à Solin. cap. 12. describit.

Salca, unguenti Syriaci nomen apud Aetium serm. 12. cap. 42.

Salgama priores dixerunt, quæcunq̃ condiianea ad uictũ nostrum in uasis seruantur. Columella lib. 13. Hæc uasa dedita opera fieri oportet patenti ore, & usq̃ ad imum æqualia, nec in modum doliorum formata: ut exemptis in usum Salgamis, quicquid superest, æquali pondere usq̃ ad fundum deprimatur, ne innatent, sed semper sint iure submersa. Quin & in hortorum cura idem ita cecinit: Tẽpore non alio uili quoq̃ salgama merce, Capparis, & tristes inulæ, ferulæq̃ minaces Plantantur. Apud eundẽ Salgamarios legimus, lib. 13. de Rapis. Deinde sicut consueuerunt Salgamarij decussuri ferramento limato incidere. Salgamarios putant, qui Salgama uendũt, aut etiam cõdiunt. Lege, Pomi nomen.

Salgamarij. Lege, Pomi nomen.

Salgamarium, & Salmentariũ, pro Salsamentario, apud Plinium lib. 35. cap. 6.

Saliares cœnę, à Salijs, quibus per omnes dies ubicunq̃ maneant: quia amplè ponebatur cœna. Si quæ alię magnæ cœnæ sunt, appellantur quoq̃ Saliares.

Salinarum metalla funguntur cautium ministerio, & ex sale exciduntur facies hominum & Deorum. De quibus uide Solinum cap. 11.

Salire propriè animalia dicuntur ratione carentia, quando fœminam mares ineunt. Ab eo sit Salior. Vnde, Læta salitur ouis. Et Salax, salacis nomen, quod significat in coitu fortem.

Saliunca. Vide, Nardus Celtica.

Saliuaris, id est, Pyrethrum, apud Dioscor. lib. 3. cap. 84.

Salix, græcè ἰτέα, uulgò nota arbor. Vide Dioscor. lib. 1. Plin. libr. 24. cap. 9. lib. 17. cap. 20. lib. 16. cap. 37. atq̃ inibi de eius generibus Barbari Coroll.

Salix, à celeritate appellatur: q̃ ea celeritate crescat, ut salire uideatur. Ruel.

Salix Gallica, quæ lõgè tenuissima est.

Salix Græca, flaui coloris.

Salix Viminalis, à uiminib. appellata.

Salix Vitellina, à colore luteo, gracilior priore.

Salix Sabina, gracilibus uirgis, atq̃ rutilis, quàmplurimi uocant Amerinam, ut inquit

ut inquit Columella.

Salicem Amerinam, à Romanis Gręcorum Agnum dici aperte Dioscorides testat. Schaffmylt/Kunstbletter. Sed utrum id sit in Plinij & Columellæ lectione, diligentiores facilè cognoscent. Certe Vergilio uidetur Græcorum agnum nequaquam Salicem esse Romanam: sic spicaturq; ab imperitis latinarum rerum Græcorum Medicis eam Diosc. appellationē accreuisse. Vide Verg. cōment.

Salices Petricales procerę, & uiteis iugandis idoneæ, balteo corticis uincula præbentes.

Salictum non locum tantùm Seruio significat salicum, sed & uirgulti quoddā genus: dictum, quòd saliat cito: nescio an lupum uelit salicterium. De quo uide, Lupus salictarius.

Salmo fluuiatilis, marinis omnibus pręfertur. Plin. lib. 9. cap. 18.

Salpa, piscis.

Salsamentum, quod piscium carnibus & sale constat, non simplex, aut unum, sed multifariū. De Salsamentis plura Athenęus Dipnosoph. lib. 1. & Barb. Coroll. Thynnorum, apud Dioscor. lib. 2.

Salsamentorum, & Salgamorum differentiam, uide in Corol. Barb. quod annotauit in Thynnos, apud Diosc. lib. 2.

Salsamentaria uasa, quibus salsamenta condi solent. Colum. lib. 2. cap. 10.

Salsilago. Lege, Garum.

Salsugo. Ibidem.

Saluia, Elelisphacos, apud Diosc. lib. 3. cap. 38. Theophr. lib. 6. cap. 2. Plin. lib. 22. ca. 25. Teu. Salbey. Lege, ἐλελισφάκον.

Saluia dicta est, quasi salutaris ad multa, præsertim ad fœcunditatem.

Saluiatum, quod à quibusdam Saliuatū dicitur, potionis genus est, quo in ueterinis, iumentisq; maximè utuntur ueterinarij, hoc est, Medici ueterinorum. Sunt autem Veterina animalia, quæ uehere possunt. Saliuatum à saliua, quasi succo dictum uidetur. Qui Saluiatū legere mauult, à saluia, siue sale nuncupationem trahit. Saluiati Plinius quoq; commeminit, & à Columella dictum est, per uuam lacte saluiatur, lib. 6. cap. 5.

Samara, Vlmi semen.

Samara, siue Amera, semen ulmorum. Columella lib. 7. cap. 6.

Sambucus, Acte. Diosc. lib. 4. cap. 184. Teut. Holder. Dictus ab autore Sambyce: uel Sambuco musico instrumento. Eius species Ebulus, Græcis χαμαιάκτη. Teut. Attich.

Samius lapis, in Samia terra inuenit, quo artifices utuntur poliendo auro, ut resplendeat. Dioscor. lib. 5. cap. 164.

Samia terra quæ, uide apud Dioscoridem lib. 5. cap. 165.

Samothracice, Laurus Alexandrina, apud Dioscor. lib. 4. cap. 148.

Sampsoriticon, Nardi genus, cui locus nomen indidit: frutice breui, in magnas se spargens spicas, candore caulis hyrcorum uirus redolente. Dioscor. lib. 1. ca. 6.

S. Barbaræ herba ignota ueteribus.

S. Iacobi Herba, ueteribus ignota.

Sanamunda. Lege, Caryophyllata.

σάμψυχον, Samsuchus, Amaracus, iucundi odoris, apud Diosc. libr. 3. cap. 45. Teut. Maioron.

σαμψύχινον ἔλαιον, Samsuchinū oleū.

Sandaraca, apum cibus. Plin. libro undecimo, cap. 7.

Sandaraca adulterina, apud Plinium & Victruuium: Sandix apud Dioscoridem. Parysrot.

Sandaraca fossilis. Bergrot.

Sandaraca quæ potissimùm probetur, uide apud Dioscor. lib. 5. cap. 113.

σάνδιξ, Acorus. Quo uerò etymo, nō uideo: nec id explicant interpretes.

Sangenon, Indi Opalon lapidē appellant, teste Plinio lib. 37. cap. 6.

Sanguiculus, sanguis hædi in cibū igni coctus, nigrum Ius uocatus, ut Iul. Pollux interpretatur.

Sanguificatio, est nutrimenti in sanguinem mutatio.

Sanguinalis, Agrestis, uel Gramen,

apud Dioscor.lib.4.cap.33.
Sanguinaria,siue Sanguinalis, Weggrass.& est uerum Polygonion. Diosc. lib.4.cap.5. Vide Polygonon.
Sanguis quidam est,quin nō congelat. Omnia apud Gal.lib.de atra Bile.fol.11.
Sanguis confert prudētiam. (12.&.13. Hippocrates de Flatibus.
Sanguine permutato,cōcidit simul prudentia.
Sanguinis substantia ex humoribus cōstat:qui sunt,pituita, flaua bilis, & atra. Lege,Humores.
Sanguis & intra,& extra corpus cōcre
Sanguis Apocathemenes,Lychnis coronaria,apud Diosc.lib.3.ca.113. (scit.
Sanguis asini Ægyptiaci, Pteris,uel Filix,apud Dioscor.lib.4.cap.196.
Sanguis Æluri,Magicè Stratiotes herba,apud Dioscor.lib.5.cap.103.
Sanguis Crocodili,Leontopodion, apud Dioscor.lib.4.cap.132.
Sanguis febris,Cici,uel Ricinū, apud Dioscor.lib.4.cap.167.
Sanguis Herculis, Centaurium magnum,Dioscor.lib.3.cap.7.
Sanguis item Herculis, Veratrum album,apud Dioscor.lib.4.cap.151.
Sanguis Hominis,Magicè Artemisia, apud Dioscor.lib.3.cap.125.
Sanguis Ibidis,Rubus.Dio.li.4.c. 40.
Sanguis Isionis, Marrubium nigrum Magicè,apud Diosc.lib.3.cap.116.
Sanguis Martis,Lilium uulgare, apud Diosc.lib.3.cap.115.Lege,Asarum.
Sanguis Gassa.Lege, Cochlea.
Sanguis Mineruæ,Aiuga,uel Chamępitys,apud Dioscor.lib.3.cap.176.
Sanguis Mustelæ, Asplenium, apud Dioscor.lib.3.cap.152.
Sanguis oculi,Anagallis dicta à magis.
Sanguis Podotis,Magicè Scordea, apud Dioscor.lib.3.cap.123.
Sanguis Tauri,Marrubium, & Prassium,apud Dioscor.lib.3.cap.119.
Sanguis Titani,Lactuca syluestris.
Sanguis item Titani,Rubus,apud Dioscor.lib.4.cap.40.& .36.
Sanguis,Pus,& Sanies differūt. Quia Sanies est tenuior, uariè crassa,& glutinosa,& colorata.Pus crassissimum,albissimumq́; , glutinosius & sanguine & sanie. Exit autem sanguis ex uulnere recēti,aut iam sanescente. Sanies est inter utrunq́; tempus.Pus ex ulcere iam ad sanitatem spectante. Rursus & Sanies & Pus quasdam species & Græcis nominibus distinctas habent.Est enim quędam sanies,quæ uel ἴχωρ,uel Meliceria nominatur. Est Pus quod ἐλαιώδης appellatur.ἴχωρ tenuis,subalbidus, ex malis ulceribus exit, maximè ubi neruo læso inflammatio secuta est: Meliceria crassior & glutinosior, subalbida, melliq́; subalbo adsimilis fertur. Hæc quoq; ex malis ulceribus exit, ubi nerui circa articulos læsi sunt,& inter hæc loca maximè ex genibus.ἐλαιώδης tenue,subalbidum, quasi unctum, colore atq; pinguedine oleo albo non dissimile,apparet in magnis ulceribus sanescentibus.Cels.lib. 5.cap.5.
Sanguinaria,Coronopodis,Bursæ pastoris,Corrigiolæ, & multarum herbarum aliarum cognomen.
Sanguineus color.Vide, Color uarius.
Sanguis Draconis, non animantis fœdi humor natiuus est,sed lachryma arboris,in insula, cui nomen est Portus sanctus,nuper à Rege Portugaliæ per Aloysium Cadamuscum inuenta. Colligitur autem sic. Stato anni tempore arbores sauciant:quæ ubi sunt incisæ,anno sequente gummam emittunt per incisiones.Gumma uerò decocta ahenis, ac defæcata,sanguis efficitur,quem appellant Draconis.Eius arbor producit fructum ad instar Cerasi mense Martio,gustu eximium, coloris Veneti. Hæc Aloysius ipso nauigationis suæ lib.1.cap.4.
Sanguinem mortuum,mortuiq́; Diaboli morsum uocant Barbari:quę latinè nos infra interpretati sumus Sugillata.
Sanguisorbia dicta,quòd mira huic herbæ insit,sanguinem undecunq́; emanet, sistendi

ſiſtendi efficacia, tanq̃ uideatur ſanguinem abſorbere. Teut. Blůtkraut, Item Kölbelskraut, à capitellis quę ruffeſcentibus punctis habet. Nonnulli uocant, Hergotsbärtlin.

Sanicula, à recentioribus inuenta, uulneraria eſt herba, quòd uulnera ſanet. Teut. Sanickel. Aliâs, Diapenſia.

Sanies. Lege, Sanguis.

Sanitas, eſt æquabilitas & bona temperantia quatuor elementorum. Vel ſic,

Sanitas eſt bona temperatura quatuor elementorum. Animal enim calido uidelicet & ſicco, frigido & humido conſtat. Alij autem ſic,

Sanitas eſt æqualitas eorum, & temperantia, quæ hominem conſtituunt: calidi nempe, ſicci, frigidi, & humidi.

Sanitas ad temperantiam relationem habet. Siquidèm Sanitas, bona temperatura eſt, ſiue conſtitutio primarum qualitatum. Temperantia uerò, quæ ab omni affectu, ſiue perturbatione, aut paſsione, alienam & ſolutam reddit animam: uidelicet, uoluptate, metu, ira, triſtitia, concupiſcentia. Quàmobrem operationes animæ imperturbatas facit. Diffinitur etiã ſic: Sanitas eſt affectus ſecundùm naturam, ad faciendam actionẽ idoneus. Porrò nihil refert, utrum dixeris cõſtitutio, aut affectus, ſiue ad faciendam actionem idoneus, ſiue cauſſam actionis. Gale. lib. de Symptomatum differen. Rurſus ſic,

Sanitas eſt corporis conſtitutio, in qua nec doloribus cruciamur, nec in uitæ actionibus impedimur. Galen. lib. 1. de Sanitate tuenda.

Sanitas, & bonus Habitus differũt. Eſt enim Sanitas euexia mediocris & temperata: bonus Habitus, ſanitas quædam compoſita, & conſtituta. Eſſe quidèm poteſt bonus habitus in Gymnaſticis, ſanitas uerò non poteſt.

Sanitati accidunt & competunt tria. Pulchritudo, non qualis ea eſt, quæ faciem medicamine, aut comam ſucco, alioue pharmaco uenuſtam efficit. Bonus habitus nec is ſit, qui à gymnaſio prodeat, ſed ab ingenua, frequentiq́ ſanitatis ratione. Integritas, ſiue perfectio, eſt membrorum robur & ſymmetria. Huius color eſt proportio, decentia à natura neceſſario data. Quibus igitur inſunt talia, his data eſt pulchritudo. Eſt enim proportio membrorum, cum bono colore, id eſt, naturali.

Sanſa dicitur oſsiculum oliuæ: Græci πύτυριυ uocant. Columella lib. 12.

Sanſæ, nuclei, ex quibus ſylueſtres oleæ feruntur. Sanſam ſunt qui & naucũ dicunt: unde uerbum naucifacere: quandoquidèm & fullones ob utilitatem artis Nacæ dicebantur. Alia omnia ferè opera ex lana græcè νάκας dici uolũt: ipſum quoq; nucis & rerum omnium putamina. Alij nucleum malunt iuglandis; alij medium illud diſſepimentum.

Santonica herba, idem quod Santonicum Abſinthium. Autor Columella in Santonib. Galliæ. Teut. Wurmkraut / Wellſamen.

Sapana, Anagallis Gallicè.

Saperda. Lege, Hemineron.

Saphati, uel Saphatum, Barbarè ulcera capitis manantia, apud Dioſc. & Plin. Sunt qui ex Barbaris Saſſati legant.

Saphyrus lapis. Dioſcor. lib. 5. ca. 148.

Sapineę nuces. Eſt unum genus nucis pineæ, Sapineum nomine, nucleorũ cute uerius quàm putamine adeò molli, ut ſimul mandatur. Colum. lib. 12. cap. 6.

Sapo, id eſt, Smegma. Habes Saponis inuentum apud Plin. lib. 28. cap. 12.

Saponaria terra. Lege, Cimolia creta, σαπρότης, ἡ σαπρία, ex ueteribus lignis & truncis caries. Ger. Wurmmeel. Vſum eius docet Dioſcor. lib. 1.

Saropoda Alcęus Pittacum ſapientem appellabat, quòd latos pedes haberet; necnon Chærapoda, quòd ulcera in pedibus ſentiret, quæ uocant Chæradas.

Sarcites, Hydropis tertia ſpecies, quæ per omnem corporis cõaugmẽtationem ac miſcellam humor diſſeminetur, ut ad

instar spongiarũ, aut papyri, uniuersa ca ro permadefacta appareat, atq; ob id totũ corpus, similiter ut ilia intumescit, & mortuo simile euadit. Aëtius lib.10.c.20.

σαρκοκήλη, caro quæ increscit inter tuniculas testiculorum.

Sarcocolla: sic Dioscorid. appellat Argemonis speciem alteram, lib. 2. ca.197.

Sarcocolla etiam arbor destillans gummi utilissimum pectoribus, ac Medicis, simile pollini thuris: & ideò candidum quàm ruffum melius. Plin. lib.13. cap. 11. & lib.24. cap.14. Dioscor. lib.3. cap.98.

σάρκωμα, carnis in naribus præter naturam incrementum. Paulus. Eiusdem polypo naturæ & substantię cæteri Gręcorum medici id esse dixerunt, semperq; à polypo statim de eo docuerũt. Differt autem à Polypo magnitudine. Galenus de Definition. Polypus enim à multitudine pedum dicitur. ut enim illi, multas habent morsiones, & scissuras, contumescunt q;, & increscunt: sic morbus iste eo dem modo.

Sarcomphalos, est incrementum carnis præter naturam in umbilico.

Sarda, lapis, apud Solinum cap.20.

Sardianæ glandes. Lege, Castanea.

Sardinia, nomen piscis uilioris, existimo em̃ esse, quem uulgus uernacula lingua Sardelam appellat. Col. lib. 8. ca.17.

Sardonia herba, ubi prouentat, & de uiribus eius, Solinum inquire cap.10.

Sardonyches, inquit Plin. lib.37. ca. 8. olim, ut ex nomine ipso apparet, intelligebantur candore in Sarda, hoc est, uelut carnibus ungue hominis imposito, et utroq; translucido. Cætera Plinius.

Sargus piscis, qui cœnum fodit & uorat. Plin. lib.9. cap.17.

Sariosis, passio est iumenti, ut cùm biberit, infletur, & sufflet. Vegetius Veterin. lib.3. cap.26.

Sarmenta, uitium sunt pręlongę uirgulæ, in quas uitis luxurians spargitur: hoc est, uitis ipsius, brachiorum & caulium ligna, tàm dùm sunt in ipsa uite, quàm dũ execta & exempta sunt.

Sarmenticius cinis quam uim habeat, & præparationẽ eius lege apud Diosc.

Sarmentula, Tithymalus Myrsinites, interprete Theodoro Gaza, apud Dioscoridem lib.4. cap.170.

Sarra, discöopertio albedinis oculi.

Sarranæ uiolæ, Epitheton est poëticũ: siquidèm Poëtis Sarranus color est purpureus, à Tyro, quæ olim dicta est Sarra. Vergilius, Sarrano dormitat ostro. Columel. lib.9. cap.4.

Sarrire, est sarculo, quod ferramẽtum rusticum est, aperire segetes, & terram promouere ad herbas perimendas, & rubiginem propulsandam. Vnde sarritio, & sarritor dictus operarius sarritionis: & sarritoria opera: & sarritura, id est, sarritio, & fossæ. Colum. lib.2. cap.12.

σαρόποδα, qui latos habet pedes.

Sarua. Lege, Alua.

σάρξ ἐνθρυπτός, caro friabilis.

Sarxiphagon, uel Saxifragia, apud Diosc. lib.4. ca.18. Steynbrech der weiss.

Sataria herba, Peucedanum, apud Dioscor. lib.3. cap.90.

Satiuum, idem quod Sitaniũ. Sic enim Dores loqui maluerunt.

Satureia, nota est, apud Diosc. lib.3. ca. 43. Plin. lib.19. cap.8. Teut. Garten Nysop/Swybel Nysop. Lege, Thymbra.

Saturnus, Bley/ipsis Chymistis.

Saturnus calcinatus. Bleyesch.

Satyri, facie admodũ grata, gestorũ imitatores, quemadmodũ Simię. Ælianus.

σατυρίασις, malum quod fit arrigente & intendente se hominis genitali: simul ei etiàm propinquę intenduntur partes: in aliquibus feminis eiectio etiã cum uoluptate fit. Alienantur mente aliquando qui id patiuntur, sequiturq; neruorũ distentio. Posteriores Gręci παλμὸν, id est, palpitationẽ, à uerbo σατυρίζειν. Quòd si non cessauerit pulsus ille, feminis receptacula intendũtur, spasmusq; nascitur, & moritur homo.

Satyrion βασιλικὸν, Regium, Palma Christi

Christi uocatur. Teut. Creützblům.

Satyrion, Erythronion, uel Pastorale, quod ad incitandum libidinem pecoribus datur. De quo uide Dioscor. lib. 3. cap. 145. Ger Stendelwurtz/ Knabenkraut/ Creützwurtz/ Ragwurtz. Idem & Satyrion Trifoliū, à foliorū numero.

Satyrion, Polyrrhizon: aliâs Sistolochia, ut placet Bar. in Cor. Aristolochiç.

Satyrium, aliqui Trifolium uocāt. De quo uide Dioscor. lib. 3. cap. 144.

Satyriston, apud Diosc. lib. 3. cap. 145.

Satyrus, primus præceptor Galeni, ut confirmat lib. 1. Anatomicæ.

Satiuum, idem quod Sitanium. Sic em̄ Dores loqui maluerunt.

Sauri, obturatis qua parte est uētus spiraturus cauernis, ex alia parte aperiunt fores. De cętero ipsis uillosior cauda pro tegumento est. Plin. lib. 8. cap. 38.

Sauritis, Anagallis.

Sauic Arabicè, Græcè Alphiton, & latinè Polenta. Polenta autem quid sit, lege, Polenta.

Saura. Lege, Lacertum. σαυρῖτις. σαύρας, Lacerta.

Saurion, Sinapi, ut Athenien. uocant.

Saxatiles pisces uocāt, quòd in saxis ac petris stabulētur. Medici recētiores Petrinos appellant, eosq; maximè probāt. Scribit Cornel. Cels. Saxatiles pisces esse leuiores in esca. Colum. lib. 8. cap. 17.

Saxifraga. Ruta muraria, Teut. Rauten / oder Steynrauten. quòd calculos pellat & rumpat. Empetron, q̄ in saxis proueniat. Alij s, weisser Steynbrech. Dioscor. lib. 4. cap. 18.

Saxifraga maior. Roher Steynbrech der weiss. Lege, Sarxiphagon.

Saxifraga lutea. Geeler oder guldener Steynklee / Geeler Steynbrech / grosser Steynklee.

Saxum arenosum, Sandsteyn.

Saxum corneum, Hornsteyn.

Saxum scissile, Schyfersteyn.

☞ S C

Scabies durior, cutis rubicūdior, ex qua pustulæ oriunt quędā humidiores, quędā sicciores. Prurit & serpit: quæ asperior est, & prurit, ἀγρία dicitur, id est, fera.

Scabies palpebræ, est quædam grossicies accidens in interiore parte palpebrę superioris.

Scabies Hispanica, morbus Gallicus.

Scabies arboris quæ uocetur, & quomodo scabiem cōtrahant arbores, require ex Theophrasto, lib. Plantarū cap. 16.

Scabiosam sunt qui ψώραν nominent: Teuto. Scabioßen/ oder Apostemenkraut. Dicta à scabro herbæ habitu: aut quòd scabiei medeatur: id quod & Psoram uox prætendere uidetur.

Scalpellus, cultellus quo ad deiectionē sanguinis inciditur neruus, Laßyßen.

Scalponeas, calceos putamus ex lana cōfectos. Teu. Socken/ od̄ Filtzschůh.

Scambonia, eadē quæ & Scammonia, apud Diosc. lib. 4. cap. 182.

Scamna, agricolę uocant glebas grandes, quæ solent excitari prima aratione, cùm in procisso crudū solū, imotumq; relinquitur: quod cauendū esse pręcipit lex rusticationis. Hinc illud Plinianū: Scamna inter duos sulcos, cruda ue relinquantur, glebæ ue exuliēt. Scamna quoq; dicuntur in arboribus ramorū quasi sedilia. Sicut & tabulata. Colu. lib. 2. cap. 4.

Scammonia, & Scammonium quid sit, uide apud Diosc. lib. 4. cap. 182.

Scamonion, Tapsia. Dios. lib. 4. c. 159.

Scandalaciū Thlaspi. Lege, Thlaspi.

Scandiana, uel Scanciana mala. nam utrumq; reperitur apud autores. Macrobius legit Scandiana.

Scandulas, asseres modicos & gráciles uocant. Et in Commentarijs Apuleianis, uidentur dici Scandulæ à scandēdo: quoniam ad scandulare tectum gradib. ascendimus. Est autem scandulare tectū superior pars domus, quę tegulis est proxima. Scribit Plin. Vrbē Romam scandulis fuisse contectam usq; ad bellū Pyrrhi. Scandulæ è robore aptisimè fiunt, alijsq; arborib. glandiferis. Col. li. 7. c. 3.

Scandulaca,

Scādulaca,quę ſcandēdo fruges necat.

Scandix,ſylueſtre olus,amarum, ſuba cre,Comicis Pöetis celebrata. Hæc, inquit Verg. hodiè ab Herbarijs ignoratur:& quam illi modo Scandicem appellant,latiore,& quaſi Betæ folio eſt. Antiquitas autem,ut in re nota fit,nullas eius certas notas tradidit. Veruntamē, ut ex multis conijcere licet,tenui, & capillato folio eſt.Plin.lib. 21. cap.15. inter ſpontè naſcentes meminit: coniunxitq; illi, ut uerisimile eſt, congeneres plures alias, quæ omnes tenui folio,atque capillaceo ſunt:præſertimq; Caucalim, & Tragopogona: quæ à capillamentis,quæ pro coma habet,Coma dicta eſt à Gręcis.Ob quam cauſſam non ab re penitus fuerit, ſimilem in foliorum figura illis credere. Barbarus.In exemplari græco Dioſcoridis adpictam uidi Scandicem fœniculi folio ferè,cum corniculis, in ſummo floribus luteis,ſiue albis. Hac ipſa ſpecie in ſyluis quoq; uiſitur,frutice odorato, flore candido. Dicitur aūt herba Scanaria.

Scaphi, fabarum nomen apud Ethruſcos,& in Latio olim. Fortè rectius Scapos:ut & Plinius appellauit li.18. Inuentus eſt,inquit,Scapus centum fabis onuſtus, & inde fortaſse Scaphus inoleuit, pro Scapus.

Scaphium,Caluaria,uel κράνιον ab Ariſtophane uocatur.

σκάφον,uocant aurium illum meatum, anfractu tortuoſo.

Scapus,caulis eſt qui in ſtyli modū ſurſum proreptat,aut in altum fertur. Ductum nomen à columnaribus ſcapis. Vide ſupra Muſcarium.

Scapus aſphodeli. Plinius frequenter ponit Scapum pro ſtipite plantæ & caule. Eſt autem Aſphodelus herba,Heſiodi præconio celebrata, cuius mentionē & Homerus fecit. Manditur & ſemine toſto & bulbo,ſed hoc in cinere toſto,de inde ſale & oleo addito: foliū habet oblongum & anguſtum.Colu.lib.9. ca.4.

Scarabei, Vide Plin.lib.11.cap.28.

Scari,ſunt piſces qui ſoli dicuntur ruminare,& herbis ueſci. Scaro olim data eſt principatus inter piſces:de quo Martia. Hic ſcarus ęquoreis,qui uenit obeſus ab undis, Viſceribus bonus eſt,cætera uile ſapit.Colum.lib.8.ca.17. Lege, Oniſtos, & Piſcium ferè.

Scarificatio,ſunt minutę cutis inciſurę, qua in cucurbitulis quoq; imponendis utimur. Eſt & Scarificatio utilis arboribus cum inciſuris perpetuis:laxant corticem, uelut cutem acie falcis,& ita dilatatæ cicatrices,renato corpore explentur, fiuntq; arbori ſalutares. Nam magna ex parte ſimilis hominum Medicina & arborum eſt. Apud Plin. Perperàm legitur,Caprificatio,pro Scarificatione. Columel.lib.6.cap.10.

σκαρδομυτικοί,qui nimium conniuēt.

σκαρθμός. Vide,Pedem.

S C E

Sceilem,uena,quæ alio nomine funus brachij.

σκελετύρβα,paralyſis quędam ſpecies, cùm rectum ſeruare inceſſum non ualemus,& crura uelut arida conſcendentes attrahimus, ac ſiniſtrum quandoq; dextro circumſcrimus, quandoq; ediuerſo.

Scelerata herba Batrachium:quòd comeſta noxia ſit;uel quòd ſcelerati mendicantes,crura & lacertos ſibi hac ipſa dilanient,ad ſtipem & quæſtum.

σκέλος,totum ex coxa conſurgens, ex crure,ſphyro,& pede.

σκεπαρνίζειν,ancipiti ſecuri percutere. Vide,ἀποσκεπαρνισμός.

Sceptrum Eliſei, id eſt, Aſphalathus. Vide in Dioſcoride lib.1.ca.18. Plinium lib.12.cap.24.

Sceptrum,Lychnis, apud Dioſcoridē libro.3.cap.113.

σκληροφθαλμία,duricies oculi,ac δυσκινησία,id eſt,difficilis motus.

σκελετός,cadauer aſsiccatum anatomicum,quod referuari ſolet.

Scęnę uocant,quęcunq; in caſtris, alijsquè locis,ex frondib. culmis, pellibusq; tempo-

temporaria domicilia fiũt:quales ad umbram in hortis etiam erigũtur. Antiquiores Latini Attegias, uno nomine cuncta hæc uocauerunt. Sic Iuuenalis: Dirue maiorum attegias. Barbarus opus topiarium ubiq; fere in Dioscoride interpretatur:pariter & Ruellius. Parum tamen probāte eam interpretationē Marcello Vergilio.

σκίπαρνον. Lege, Ascia.

σκηπτός. Lege, Fulmen.

S C H

Schetica febris, quæ facile discutitur. Galen.8.Method.

σχέσις, dispositio, quæ facile addiscitur.

σχίνινον ἔλαιον, oleum lentiscinum.

σχῖνον. Vide, σχοῖνον.

Schinostrophon, satiua Canabis, apud Dioscor.lib.3.cap.166.

Schinos aromaticus, uel odoratus iuncus, Sium. Lege, Sium.

Schinos leuis, Oxyschinos, apud Dioscor.lib.4.cap.55.

Schinus. Lentiscus.

Schiston lac quid sit, uide in dictione, Lac Schiston. Modus eius coquendi describitur ab Dioscor.lib.2.cap.77.

σχιστός. Ex omni lacte fit quod Schistũ appellant, siue lac scissile. Vide, Serũ lactis.

Schistos itē, lapis in Hyberia Hispaniæ contermina gignitur. Lege de eo apud Diosc.lib.5.ca.136. Plin.lib.36.c.20.

Schœnianthos, uulgò Squinantum in Officinis.

σχοῖνον, Græci cõmuni iuncorũ aliorũ uoce nominant, quem nos rotundũ, odoratum iũcum:ut à Lentisco differat, quã σχῖνον appellant. Opinor hoc in loco intelligendũ esse de Iunco illo odorato, cuius meminit Plin.in.12. qui gignitur iuxta montem Libanum. Tradunt Iuncum quoq; odoratum in Campania inueniri. Idem Plin. in compositione unguentorum adhibet & Iuncũ. Est aliud quoddã genus Iuncorũ, quod à Græcis Oxyschi non uocatur. Præterea Schœnus nomē est mensuræ, ut placet Eratostheni, stadia quadraginta continēs. Aliqui.32.stadia singulis Schœnis dedere. Barbarorũ gentes itinera metiuntur partim Schœnis, partim Parasangis, ut Persæ: partim Leucis, ut Galli: partim stadijs & passibus, ut Romani. Columel.lib.12.cap.20.

Schœnus, arbor Lentisci, Iuncus.

S C I

Sciatica, perperàm pronũciant nostrates medici:cùm scribendũ est, ἰσχιατικὴ.

σκιάδιον. Lege, Vmbella.

Sciatrophia, umbratilis uita, mollisq; qualem hactenus Monachi & Monachæ nostræ egerunt.

Scientia, est comprehensio nunquàm à ratione aberrans. Vel, Scientia est habitus præceptionum, opinionē firmam & inmutabilem sub orationis forma apprehendens. Galen.de Definit.

Scienæ, pisces marini. Plin.lib.9.ca.15.

Scilla. [illegible]. Id quod barbarè hodie uocant Officinæ Squillam, Hippocrates uocat Scellam. Plura de Scilla Dioscorides lib.2.cap.190. Plinius lib.19.ca.5. Theophrast.lib.7.cap.11.

Scincus, Rubus, apud Dioscoridem libro.4.cap.147.

Scincus, aut Ægypti, aut Indiæ, aut Rubri maris alumnus, ut inquit Diosco. libro.2.capite.71, quàmuis inuenitur & in Lydia Mauritaniæ. Est autem terrestris Crocodilus sui generis, qui salsus affertur cum Nasturtio. Meminit et Plin.lib.28.ca.8. Hodiè in officinis exhibētur sub nomine scincorũ, paruarum lacertarum magnitudine, quas hodiè ex Vincentino agro piscantur, & pro Ægyptijs supponunt. Plin.lib.8.cap.25.

σκινδάλμος. i. Assula. Lege, Assula.

Sciolebina. Romana lingua Stichas, apud Diosc.lib.3.cap.29.

σκιόποδα. qui latos habet pedes:cuiusmodi ferunt habuisse psitacum.

Scipiones, racemi lignei, & scapi quib. uuæ continentur & acini inhærescunt. Columella lib.12.cap.39.

Scirpus, iuncus est.

σκιῤῥώματα,

σκιῤῥώματα, omnium generum duricies in humano corpore.

Scirrhomenon, id est, induratũ: quando tumor circa iecur fuerit, & in ipsa duricie uerberatur, resultans sine dolore.

σκίῤῥος, id est, duricies: affectio in partibus muliebribus, quæ tactui non cedit, inæqualiter tumet, et sine dolore aliquando fit. Item

Scirrhus; intestinorũ dicitur duricies quædam insensibilis, & quæ sensum nostrum effugit. Galen. lib. 1. de sanit. tuen.

Scirrhus splenis, id est, duricies uix sentiens, quando splenis fit excrescẽtia, aut is planè durus fit, & rotundus. Lege, Holcimos.

Scirrhus item corporis est tumor, cum duricie & grauitate, & mouendi difficultate & insensibilitate.

Sciuri, obturatis qua parte est uentus spiraturus cauernis, ex alia parte aperiunt fores: de cætero ipsis uillosior cauda pro tegumento est. Plin. lib. 8. cap. 38.

S C L

Sclauolæ, apud Var. Lege, Thalos.

σκληρ ἀπὸ περσικῆς κάρυα, duræ ex persicis pomis nuces.

σκλήρωμα, id est, duricies, frequens in fœminis malum: uel duriusculus tumor, in aliqua locorum parte eueniens à permanentibus & diuturnis inflammationibus. Hoc morbo laborantes escam inglutire non ualent, neq; se inclinare: supini iacẽt, puncturas lateris sentiũt: uentrem durum habent, & leniter etiam digitis tacti, statim dolore in stomacho pulsantur. σκληρός, durus.

σκληροφθαλμία, duricies oculi, ac δυσκινησία, id est, difficilis motus, quando præ duricie, palpebræ uix à somno aperiuntur, sordesq; in angulis subsiccæ remanent, oculiq; præterea subrufi.

S C O

Scobis nomine significantur illa minuta triticea, quæ ex sectione serræ, & terebratione terebræ decidunt in terram. Inde Scobina, dicta lima fabrilis & instrumentum. Iuuenalis. Semodio scobis hæc etenim dat seruulus unus. Item Horatius. Vilibus in scobis, in mappis, in scobe quantus Existit sumptus. Ouidius in obscœno carmine. quam pro sanguine puluerem, scobemq; in uenis medici putant habere. Ramẽta uerò, sunt frustula paulò crassiora, maioraq;, et quasi recisamenta. Plinius ait. Vuas in scobe, ramentisue abiectis populi, fraxini utiliter seruari. Descobinata crura, uocabulo prisco dixit Varro, pro saucijs, abrasis, defectis. Columella lib. de Arborib. cap. 8.

Scœniostrophon, Equisetum, uel Hippuris, apud Dioscor. lib. 4. cap. 49.

Scolecia, erugo uocatur: partim, quia se contrahit in uermiculos sponte: partim, quia fingitur in eos arte. Dioscorid. lib. 5. cap. 83.

Scolex, genus alterum æruginis.

Scolopax, Attagnis colore, gallinaceo generi persimilis auis, quã Theodorus uocat Gallinaginem, uernaculam uocẽ secutus, ita enim uulgò nominatur.

σκολόπενδρα marina dicitur. nam & terrestris est quædam, Dioscor. & Ophioctenam quoq; uocat, aut scolopendrã, aut uermem.

Scolopendræ, pisces terrestribus sunt similes, quas Centipedes uocant: humo deuorato, omnia interanea euomunt, donec hamum egerunt: deinde resorbent. Plin. lib. 9. cap. 43.

Scolopendrion, Polypodiũ, apud Dioscor. libr. 4. cap. 198. Teut. Engelsüss / Dropffwurtz / wyld Süssholtz.

Scolopendrion, Asplenion, apud Dioscor. lib. 3. cap. 152.

Scolopomacherion, instrumentũ chirurgicũ, quo ulcerum radices exscindũtur: sic enim Galen. uocat. 4. Method.

Scolymos, id est, Carduus: de quo uide Diosc. lib. 3. cap. 15. Aliàs, Cinara: quòd cineribus gaudeat satum & cultũ. Teut. Strobildorn. quòd eius capitulũ, structili nucleorũ serie, pineã nucẽ referant.

Scombri, pisces quidã in aquis sulphurei co-

rei coloris. Plin. lib. 9. cap. 15. Ex his Garum optimum conficiebatur, in Mauritania potissimum, Beticaq́, & Cartera, ex Oceano: ad nihil aliud utiles.

Scopa regia, Bunium, apud Dioscoridem libr. 4. cap. 125.

Scopa regia, Sideritis, secundū Herm. Barb. in Coroll. Sideritidis, lib. 4. ca. 36.

Scopes, auium genus, cuius meminit Homerus Odyssea, ε.

σκῶπες ἴρηκες τετανογλωσσοίτε κορῶναι. Plin. etiam inquit: Nominatur ab Homero auium genus, quod frequēter saltat. Vnde & saltationis genus Scops. Sunt ex Græcis, qui Scopas Bubones esse dicant. Suidas nocturnas aues interpretatur. Vide Cælium lib. 7. cap. 14.

Scopia uiarū, uentus aquilo: sic dictus, quòd difflando perpurget, quicquid temerè in ujs obiacet.

Scopula, diminutiuum est Scoparum. Scoparius dicitur, perquàm eleganti uocabulo conuerritor, hoc est, minister, cuius ministerium est scopis pauimenta cōuerrere: quod maximè fit à prandio, & à cœna. Colum. lib. 12. cap. 18.

Scopus, ramosum id, quo dependēt aciní. σκόρδαλος. Lege, Galeritam.

Scordion, idem quod Scordium, apud Dioscor. lib. 3. cap. 123. Wylde Müntz/ Wyld Kept.

Scordion, differt ab Scorodo. i. allio.

Scordiū herba qualis sit, uide apud Diosc. lib. 3. ca. 123. Plin. lib. 25. cap. 6. lib. 26. cap. 8. De Scordio etiam opiniones neothericorū, in Herbarij nostri tom. 2. Sed nescitur hodiè quale uerum sit Scordiū.

Scordoprasum, grosser Lauch/ Acker Knoblauch, magnitudine Porrū ęquat, qualitatum porri & allij particeps. Quale hoc allium & porrum Veteribus fuerit, incertum est, ut inquit Vergilius. Plinius nullibi eius meminit, nec rei rusticę scriptores alij. Solus Paulus Ægineta, q̄ breuissimè in Sexto, inter allia id numerauit. Verba eius sunt: Porri & allij īmixtas habet qualitates Scordoprasum. Monstrū aliquod naturę credimus id fuisse.

σκοροδιον, allij purgamentum.

σκόροδον, allium, quasi σκαιὸν ῥόδον, id est, rudis et iners rosa, asperè supra modum redolens ut olfacientiū nares offendat. Tria eius genera uide apud Fuchs.

Scorpij cauda, Heliotropium magnū, apud Dioscor. lib. 4. cap. 203.

Scorpioctonon, Heliotropiū magnū.

Scorpioides herba quæ sit, uide apud Diosc. lib. 4. cap. 205.

Scorpion, Tragium alterum, apud Dioscor. lib. 4. cap. 53.

Scorpiuros, Heliotropium magnum, apud Dioscor. lib. 4. cap. 203.

Scorpiuron, Ocimoides, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 31.

Scorpius herba quæ sit, uide apud Dioscor. lib. 4. cap. 205.

Scorpius, hominis saliua corrumpitur: & rursus homo saliua Scorpij. Scorpiū necaueris, si ieiunus illi inspueris.

σκορπιόπληκτος, à Scorpione ictus.

Scorpios, uolucres, & pennatos se uidisse specie locustarum, è Phrygia in Ioniā translatos, autor est Pausanias. Sunt & palustres Scorpij, ac cœnosi potius. Itē Pelachij dicti, quos rufos colore prędicant: cùm alteri sint subatri. Aristotel. & Scorpidas appellat: nec constat, pro diuerso, an pro eodem genere accęperit. Scorpiæna certè, ut Athenæo placet, cui denter à Scorpione differt.

Scorpius pingitur à Plinio libr. 11. cap. 24. Lege, Scorpios uolucres.

Scordion, Latinis Trixago palustris, Teut. wasser Betonien. Ab allij odore quem refert, dictum.

Scoria, ferri, est stercus ferri, apud Dioscor. lib. 5. cap. 85.

Scorodon Cypriū, & Antiscorodon præcipuè celebratum Aphrice.

Scortum, Oscheon, idem circa pudenda. Verùm rectius dicitur Scrotum, nō Scortum, Græcè ὄσχεον.

σκοτώμα, ἀπὸ τοῦ σκοτόω, quam & σκότωσιν uocant, morbus capitis, tenebrositatem

tatem inducens & uertiginem.

Scotomia,siue Scotodimiæ, ex frigidis & lentis humoribus in cerebrum deuocatis oriuntur:ita ut sic affecti, occasione parua succidant. Vertigines appellant eas nostri. der Schwyndel.

Scotomatici,quib.uertigines irrepunt. hijs enim uidetur caput circumferri cum lucis splendoribus.

Scotomaticus hinc dicitur affectus,hoc est,uertiginosus.

S C R

Scribonius Largus medicus uetustiss. nuper Ioañis Ruellij medici doctissimi, opera,è tenebris erutus, & à situ uindicatus. Scripsit de cõpositione medicamentorum:librum sub Tiberio Cæsare,quantum licet ex ipsius cõmentario cõijcere.

Scripulum. Vide, Scrupulum.

Scrophularia, γαλιόψις est. Teuton. Braunwurtz/Sawwurtz. Dicta,quòd strumas,quas scrophulas uocant, curet. Vide,Galeopsis.

Scrophulæ. Vide, χοιράς.

Scrotum. Lege, ὄσχεοι.

Scroti laxatio,græcè, ῥάκωσις.

Scroti morbos tres describunt; scilicet crison, scabiem, & rhacosim.

Scrotum,testium uocatur follis, ac eorum conceptaculum.

Scrupulum,græci ferè uocant gramma rion:id aũt est pars drachmæ tertia. Porrò scrupula uigintiquatuor, unciam constituunt Columellæ,cæterisq. Dimidiũ uerò scrupuli,sescruplũ dici potest: sicut selibra,libræ dimidium. In Medicina certè Celsus unciam,siue quod idem est, obolum, paulò plus dimidio scrupulo: siue ut ipse appellat,scrupulo facit.

Scropha,quæ sæpius peperit sus.

S C V

Sculpones,calceos putamus ex lana cõfectos. Teut. Socken/od̃ Filtzschůh.

Scutistrum,uasis genus. Et uidetur ex figura græca deriuari, à scutia.

Scutula, & Scutella, nõ modò uasis genus est catini, sed & quicquid ad illã similitudinem formatur. Vt in arboribus, cũ præcipitur, scutulam eximere, inoculationis eius gratia,quę uocatur emplastratio: aliud non est, quàm partem corticis scutulatim detrahere, in cuius locum imponi queat par cortex ex arbore altera.

S C Y

σκύλαξ,nomen cani accommodatũ. dicitur enim σκύλαξ græcè catulus. Scribit Pollux in quinto Onomastici, τροφὴ ἂν ναι σκύλαξι,ἐκ τῶν μητέρων γάλα, id est, alimentum esse catulis maternum lac. Columella lib.7.cap.12.

σκύβαλα,aridiora oletula.

Scylla,species est cepę,siue bulbi:à qua acetum scylliticum dictum, accõmodata est medicaminib. De uino quoq scyllitico,quod cum scylla fit,mẽtio fit à Palladio:& scylliticum acetum, quod oculorum aciem exacuit. Col. lib.12. cap.33.

σκόλοψ,palus,uel aliud quod infigit.

Scyphium,uel σκύφιον,græcè caluaria.

σκυταλίδες. Lege, κόνδυλοι.

Scytalides,qui subsunt articuli in digitis: uel,ut Aristophanes appellat, Phalanges. Insunt autem cuiq digitorũ tres, pollice excepto.

Scython,apud Dioscoridem Glycyrrhiza lib.3.cap.6.

Scyrã,herbã inuisam nominat Nicander, & odiosam: nimirũ quia in uere bobus officit,quo tẽpore boues lasciuæ saltant,si quãdo caules fruticũ eius ederẽt.

Scythica radix,autore Vergilio, Glycyrrhiza,ex Theophrasto lib.9.plant.

Scythica equestris. Lege, Hippace.

S E

Secacul. Lege, Fraxinula.

σεσέλι Massiliẽse, Officinis Siler montanũ, Germanis hactenus incognitã scribit Fuchsius semen. Teut. Sesel uocant.

Secale,farraginis & pabuli genus Plinio occari tantũ desyderans:ad arcẽdam famẽ utile: fœcunda, sed gracili stipula, nigricia triste, sed pondere præcipuum. Audiui qui Italicum esse nomen uelint, & nostram esse siliginem. Teut. Rocken/Korn.

en/Rotn. Quam sententiã nos quoq; in Herbarij nostri Tomo. 2. expressimus.

Secta, quæ à Græcis αἵρεσις dicit, dogmatum plurimorũ est assensus artificiosè compositorum, quæ ad finem certũ referri possũt. Vel Secta, dogmatũ est multitudo mutuò se consequentiũ, uel quæ apparẽt, uel quæ mutuò se consequi putantur. Vel sic. Secta est assensio, siue cõpositio pluriũ dogmatũ, quæ se mutuò, & quæ his similia apparẽt, consequunt, aut cõsequi putantur. Definitur et huiusmodi quadã expositio. Secta est assensio ex multitudine dogmatũ ad unum finẽ se consequentium. Galenus de Definit.

Sectæ Medicorum tres sunt. Rationalis, Empirica, & Methodica. Rationalis naturæ rationẽ habet: quæ inquirit caussas: deinde signis ad illarum inuentionẽ utitur: & rationem capit à contrario. Empirica, ad accidentium concursus respicit, quæ ægris adsunt: & conuenientem eis curationem obseruat, idq; nec morbo cognito, nec caussa comperta. Credunt enim Empirici uetustissimis, qui rerum per experimenta sibi obseruatura historiam memoriæ prodiderunt. Methodica eorum, quæ in membris similia sunt contemplatrix est. omnes enim particulares affectus ad generales duos reducit: ad strictum uidelicet, & fluentem: quę communia uocant. De his latissimè Galenus in Introductorio ferè per totum.

Sectæ priores in Medicina duæ, Empirica, & Logica. Empirica eorum est, quę sequuntur, & circa idem obiectum: & eorũ quæ quoquo modo apparuerint pręceptio. Logica autem, siue Rationalis secta, est abditarum rerum, & incertarum, operationumq;, quæ in ipso medendi actu fiunt, uia & ratione cõsequentia, Galenus de Definit.

Sectorius porcus, qui gregem præcedens ducit.

Sectilia sunt, quæ dura constant, mollia ue sunt: quæcunq; nec diuisionem necessario anticipare, nec comminui, cùm diuiduntur, possunt. Aristot. 4. Meteor.

Secundę sunt, quibus aliquãdo infans ex utero inuolutus egredit. Eæ autẽ geminæ sunt. Interior tenuissima & mollissima: quã Empedocles ἄμνιον uocauit. Exterior, quæ propriè Chorion, à nobis uerò Secunda appellatur: quam & Hysteras quoq; Gręci appellãt. ὑστέρας, hoc est, posteriores. Quanq; & uulua ipsa numero singulari Hystera nuncupatur.

Secundinarum strangulatio, est propter recursum Secundæ affectus, qui decidentiam affert, uocemq; adimit. quare respiratio eis non potest fieri, ut cuiuis notum est. Galenus.

Securidaca quæ sit, uide apud Dioscoridem lib. 3. cap. 147.

Sedem thoracis, superiorẽ uentrẽ Hippocrates uocat, à pulmone occupatum.

Sedes, extrema alui pars est.

Sedigiti uocãtur, quibus in manu sunt digiti seni. Sic C. Horatij ex patricia gente filiæ uocantur Sedigitæ.

Sedimentum, urinæ ipsa residentia, & fęx, quam hypostasim græcè uocant.

Sedum maius. Democritus semina omnia seri iubet, medicata succo herbæ quę appellatur à Græcis ἀείζωον, id est, Semperuiua. Alij Buphthalmon uocãt, quasi oculum bouis. Alij Zoophthalmon. Sunt qui Ambrosiam, Latini Sedum appellant, aut oculum, aut Digitellũ. Nascitur in tegulis, seriturq; in uasculis fictilibus. Columella lib. 2. cap. 9. Diosc. libr. 4. ca. 91. Teut. Haußwurtz/Donderbar.

Sedum minus, Semperuiuum minus, Crassula minor. Teut. Maurpfeffer/ kleyn Haußwurtz/ Donder zäpfflin/ Blattloß/ Judentreubel/ Katzentreübel/ Wynterweyssen/ Erdweyssen. Diosc. lib. 4. cap. 92. Sedum mediũ. Trago Knabenkraut.

Selache, piscis nomen Plinio.

σελάχια Grecè, uocantur apud Galen. quædam genera pisciũ, quæ nostri chartilaginata interpretantur. Omnia autem hæc sunt carnosiora; & cùm cęteri pisces

 sint

ſint cuiſparí,id eſt,oua pariãt, hoc genus uiuiparum,hoc eſt,animal parit:excepta ea ſcilicet quam ranã appellant. Primus Ariſtoteles hoc nomen huiuſmodi piſci bus tribuit.Sic autem dicti, quaſi σέλας ἔχοντι,id eſt,ſplendorem noctu habeant. Video qui λεπίδας,id eſt,ſquamas non habentes,interpretantur, idq; ex Suida grammatico.

Selenites lapis,quem aliqui Aphroſelinon appellãt:quoniã noctu plenus cre ſcente luna reperitur. Dioſ.lib.5.ca.150.

σέλινον. Vide Apium. Eſt autem ſatiuum quod uocant Teut. Garten Epff. Lege,Apium Græci.

Selapyros,Plantaginis nomen.

Selonogonon,Pæonia,apud Dioſcori dem libro.3.cap.158.

Selerniacon,cyphi confectio altera,æquè præſtans ut prior.

Seleucides aues, quarum aduẽtum ab Ioue precibus impetrant Caſij montis in colæ,fruges eorum locuſtis uaſtantibus: nec unde ueniant, aut quo abeant compertum eſt.Plin.lib.10.cap.27.

Selibra,libra ſemis. Vide, Scrupulus.

Selinuſia terra,uide quid ſit apud Dioſcor.lib.5.cap.166.

Sella,pro excrementis hominis. Plin. lib.24.cap.19.priuatã quidèm latrinã Columel.niſi fallor, Cæſale appellat, ἀπὸ τοῦ καισαι,quod eſt egerere:ſiue à ſeceſſu.

Semen,eſt quod humorem,calorem q; in ſe habet inſitum: qui cùm deſinit,ſemen infœcundum,ſicut urinum ouum redditur.

Semen quid ſit,lege, Sperma.

Semen excernitur à cerebro,& ſpina dorſi,ut aiunt Plato,& Diocles. Praxagoras autem,Democritus, atq; Hippocrates etiam ex toto corpore. Democritus quidèm aiebat. Homines cũcti unus erit,atq; iterum unus homo unus. Hippocrates autem. Voluptas in re Venerea ab omni parte corporis prodit: ſalubribus quidem & ſanis ſalubris & ſana, ab inſalubribus uerò inſalubris & ægra. Secundùm autem Stoicos, Semen eſt quod conſtituit & confirmat animal: humidum quidèm ſpiritu & aëre uolũt, ex partibus duabus præcipuè. Secundùm autem Aſclepiadem, eſt idẽ quod in cõitu excernitur prolificum.Quæſitum autem, an ſemen emittat mulier quemadmodum maſculus? quùm eundem habeat cõeundi appetitum, eiuſq; ægritudinis particeps eſt: & in diſſectione membrorum,quam Anatomicen uocant, ſeminarios meatus habere apertè demonſtratur. Quòd autem ſemen nõ emittat, maximo argumẽto ſunt liberi haud quaquàm matribus ſimiles.Idem hoc contingere, teſtatur Hippocrates in libro De natura fœtus,inquiens. Si ſemen manſerit ab ambobus in uulua mulieris, atquè tùm miſcetur, ſimul etiam muliere non quieſcẽte,cõ aceruatur, & conquieſcit: calefactum poſtea ſpiritum cõunet.Galenus de Definitionibus.

Semen differt à Genitura:quoniam Semen in meatibus eſt et uaſis ſpermaticis. Multi autẽ hæc ſpeciebus diuiſerunt, ut Aſclepiades dixit:quòd ſemen eſt etiam in hijs,qui nõ poſſunt generare. Nos aliter definiuimus, dicentes aliud eſſe geni turam,& aliud ſemen.Galen.de defin.

Semẽ,præter alia priuatim etiã ad Spel tam refertur à Medicis, quã præter græcanicum nomen etiam Semen uocant.

Semen Indicum.Sic Hippocrates Piper appellat.

Semen Leoninum,Leontopetalon, apud Dioſcor.lib.3.cap.109.

Semen Pelecinum,Hedyſarum, apud Aëtium ſerm.12.cap.44.

Semen Mercurij, Anethum, apud Dioſcor.lib.3.cap.65.

Sementinæ feriæ,à ſemente:quòd ſationis cauſſa ſuſceptæ eſſent,ſic dictæ.

σεμίδαλις,id eſt, Simila, uel Similago.

Semidalitis,ex ſimilagine panis.

Semidodrans,et Semidodrãtale,quod eſt quatuor digitorũ magnitudine: græcè τετραδάκτυλαῖον.

Semiſor-

Semiformati, nondum perfecti, neq; toti partibus suis consummati. Columella libro.8.cap.5.

Seminalis, Polygonon, apud Dioscoridem lib.4.cap.5.

Seminarium, in agricolatione est quædam quasi nutrix nouellarum plantarũ. Significat enim locum in quo plantaria adolescunt; ut mox illinc translata migrent in suam sedem. Natura enim arborum sicut hominum auida est nouitatis, & peregrinationis. Et cùm nutrix sæpè indulgẽtior sit quàm mater, melius plantæ in seminario proueniunt: quod succosum, elapidatumq; esse debet, minimeq; rimosum. Hinc Colum. docet, quale sit eligendum, parandumq; uitibus seminarium: quod à Plinio quoq;, cæterisq; perscribitur. Colum. lib. de Arbor. cap.1.

Seminaria uasa, sunt uenæ quæ à caua uena in testes, quibus etiam alimentum præstant, sinuosa reflexione feruntur, græcè, τὰ σπερματικὰ ἀγγεῖα. Vide, δίδυμοι.

Seminio, pro semine.

Semitani sulci, Decumani nuncupantur. Plin. hoc idem scribens, dixit: Oportere uineas quintannis semitari, hoc est, ut in quinto quoq; palo singulæ iugo paginæ includantur. Decumarius uerò limes uocatur, qui secat agrum, currens à septentrione ad occasum: sicut Cardo appellatur limes per agrum currens à septentrione ad meridiem. Oportet, ut Plinij uerbis utar, uineas limitari decumano. Columel. lib.3.cap.20.

Semitertiana febris uocatur, quæ ex mixtura & temperamento quotidianæ & tertianæ febris consistit. Galen. libro de Temporibus morborum.

σέμνος, id est, uenerandus Vitex, uel Agnus castus: fortasse quia castitatem dicitur conseruare.

Semperuiua, idem quod Semperuiuũ. Germanicè, Haußwurtz.

Semperuiuum marinum, id est, Aloe: ab eo sic dicta, quia semper uiret. Autor Barbarus in Corollario.

Semperuiuum, Aizoum maius, apud Diosc. lib.4.cap.91. Teut. Haußwurtz/ Donderbôr. Aizoon uerò minus, maur pfeffer/ Blattloß/ Judẽtreübel/ Katzentreubel/ wynter Weyssen/ Erdt Weyssen.

Sempiternę uenę, uenę pariter & arterię quę circa os sacrũ in formam literę λ, bifurcant in duas partes: ab epate descendentes: de quibus uide Carpũ Anatomicũ in ca. de Aorta, & magna uena Chyli.

Senchatum, nostro orbi nomine tantùm cognitũ, sed cum Cinnamomo, Casiaq; nascitur. Plin. lib.12. cap.21.

Senectus, est ætas, in qua conficitur & deseritur animal ipsum pauciore & diminuto calore: atq; cùm iam siccitas & frigiditas in eo pariter dominatur.

Senectus item nihil aliud est, quàm siccum & frigidum temperamentum, annorum multitudinis ratione proueniẽs. Galenus lib.5. de sanitate tuenda.

Senectus, seniũ, serpentis exuuium, teste Plin. Leberida Græci, Callimachus in Hercule etiam Syphar appellat.

Senetion, Erigeron, apud Dioscor. libro.4.cap.98. Teut. Creützwurtz.

Senipes, uermiculi qui uites arrodunt.

Sensibile, est omne id, quod sensu percipitur: ut uisu, auditu, gustu, tactu & odoratu.

Sensibilia, ut lapis, canis, paries, & quæcunq; sub sensum cadunt.

Sensile, est quod sensui obnoxium est.

Sensitiuum autem Theoni & Dioni, quodcunq; sensu præditum animali.

Sensorium, ut oculi, nares, lingua: quæ instrumenta sensoria appellantur.

Sensorium, rerum creditarum sensum reddens instrumentum.

Sensorius, Sensus idem.

Sensus, est affectus animæ, quæ res corporeas denunciat. Est enim sensus facultas quædam, & actoria uis.

Sensus sunt quinque: Visus, Auditus, Gustus, Odoratus, et Tactus: qui omnes famu-

famulantur & inferuiunt animæ:quemadmodum Bitinus Asclepiades ait,quin què sensuum operationem esse ipsam animam. Visus fit per oculos: quùm uide licet illis insertus est spiritus tenuis, maximè ad pupillæ angulos peruadēs, qua parte uisoriæ apprehensiones sunt. Auditus à spiritu fit auribus infuso, ficciore quidē & tenuiore. Olfactus à spiritu qui in nares descendit, perficitur. Gustus lin gua. Tactus organo manuū & pedum.

Sentes, Rubus apud Dios. lib. 4. c. 40.

Senum natura qualis. Lege, Aetates.

σηπεδονώδης, id est, putredinosus, & ad humorum intēperantiam procliuis. Galenus. 8. Method.

σηπεδόνες, marcedines & putredines.

Sepias, Græci σηπίας uocant, & Lolli gines Theutidas: de quibus Græcus Pō eta cecinit, solos piscium agnoscere, quid album, quid uerum sit. Vide Dioscorid. libro. 2. Plin. libr. 9. cap. 29. & . 51. Differunt autem Lolligines à Sepijs toto genere: quanq̃ & amicitia & similitudine conueniant. Est & Teuthos magnitudine insignis, qua sola ferè differt ab Teuthide: ut Teuthos Lolligo, Teuthis Lolliguncula dici iure posfit. Atramentum Lolligini subpallidum, nigrum Sepiæ. Inuenimus et Libi genus Teuthida, hoc est, Lolligūculam ab Græcis uocatū. Est & apud Celsum atramenti Sepiæ mentio, de quo aliàs. Ossium eius usus est aurifabris, & argentarijs, ad fundendū metalla. De Sepia Plinius lib. 9. cap. 38.

Seps, colorem quem attigerit, reddit, quatuor recuruis dentibus armatus, quē petit morsu, tabe exanimat. Ælianus.

Seps, generale uocabulum lacertæ & millepedæ: sed cùm lacertam significare uolumus, Chalcidicæ nomenclaturam addimus. Sed an idem sit cum ea, quam Aristoteles Chalcida, & Zygnida nuncupat, & Theodorus more suo Dignydam conuertit, Lacertæ paruæ similem, æstimabunt legentes. Certè Hermolao Barbaro nō uidetur. Significat & tuber pestilentiosum apud Hippocratem: haud dubiè ab erodendo, σήπειν.

σηπτὰ, medicamenta quæ uim habent erodendi.

Septem, numerus est superfluus, et nō coniunctus, sed indicatorius.

Septi transuersi, diuersas acceptiones, uide apud Galenum de locis affectis, libro. 5. cap. 3.

σηπτικὰ, exedentia medicamenta. Celsus lib. 5. cap. 19.

Septica uis, & medicamenta quædam Septæ, ab erodendo, putrefaciendoq̃.

Septimuncialis satio, sic dicta est apud Columellam à sacrificio Septimunaliorum: quod fiebat in septem locis Romę, nominatæ Septimonium, à septem mon tibus, in quibus sita urbs est.

Septineruia, Plantago.

Sequalis, id est, qualitatis expers: Græci ἄποιον uocant.

σηραγγώδεις, testes dicuntur, hoc est, cauernosæ.

Serapias, testiculorum generis, uel satyriorum, ut uocant, apud Diosc. lib. 3. ca pite. 143.

Serapion, primus omnium, nihil rationalem Medicinam pertinere ad Medici nam professus, in usu, & experimentis eam posuit. Notat hunc aliquoties Gale nus lib. Therap. 2. Vixit, ut supputat Vo laterranus, circa annum Domini. 1070.

Q. Serenus Sammonicus, Gordiani iu nioris pædagogus fuit. Cuius meminit Spartianus in Caracalla his uerbis. Occi si sunt et in balneis plures, & in cœnis: in ter quos Sammonicus Serenus: cuius libri plurimi ad salutem extant.

Serenitas nihil aliud est, quàm aër nubibus, nebulaq̃ uacuus. Aristot. libr. de Cœlo & mundo.

Serię, uasa sunt fictilia. Persius: Crepat argenti mihi seria dextro Hercule. Idē, Seriolæ ueteres, metuēs deradere limū. Teren. Releui dolia omnia, serias omne is. Columella lib. 10. cap. 18.

Seriphium, Absinthium marinū, apud Dioscor.

Dioscor.lib.3.cap.26.

Seriphium, Quendel/Hünerkol. alíud à Santonico, non solùm uoluit Paulus, sed & Galenus lib.6. Simp. Et Plinius libro.27. Nec te mouere debet Dioscor. Absinthium marinum à nonnullis Seriphium, ab alijs Santonicum uocari scribens: scis enim, quàm inconstantes sint huiusmodi nomenclaturæ, & pro libito ab unoquoq; confictæ. Alioqui si hasce sequamur, Abrotonum idem dicemus quod Absinthium ponticum: cùm, eodem Dioscoride autore, Romani sic Abrotonum uocent, atq; idem quoq; cū Santonico: quoniam, ut refert Galenus, Abrotonum à Romanis uocari Santonicum, scripsit Pamphilus. Vocet igitur unusquisq; prout uult, ait Galenus, modò sciat res esse diuersas. Tutius tamen est sequi antiquorum, præsertim Galeni, nomina: ne in rebus quoq; ipsis labi contingat. Verùm & Dioscorides ipse, si emaculatus sit codex, Santonicum rem diuersam à Seriphio facit lib.3. in fine cap. 26. pro uerbo enim Sardonicum, legendum Santonicon: & pro uerbo Sardonium, legendum Santonicum. Quod nedùm ex Galeni, Plinij, Serapionisq; concordi sententia patere potest: sed quia nulla est in Gallia Sardonis regio, sed Santonis: estq; Sardonion, alia herba, de qua Dioscorides lib.2. inter Batrachij species, & libro.6. inter uenena mentionem facit, à qua Sardonius risus Græcorum prouerbium non bonæ famæ in uita, sicut Dioscorides, Paulusq; testantur: & libro.4. Auicenna, sub nomine Seardi: licet ignorauerit, de qua re scriberet, nec intelligi ualeat quid scripserit, nisi ab his, qui ea, quę ille scripsit, aliubi didicerint. Obscurius quoq; idem Auicenna scripsit de Seriphio, & Santonico libro.2. sub Scheę nomine, in capitis principio, adeò ut ne diuinando quidem possis assequi quid uoluerit: & ne in nostra tantùm ędi tione putes difficultatem, consule & Hebræam, & maiorem, non modò æquam inuenies obscuritatem. Vide quod saxum uoluant ij Medici, qui Auicennam sibi in idolum erexere. Sed de his aliàs maiore ocio.

Seris, Condrilla est. Dioscorides libro 2.cap.143. Teutonicè, Samm Endiuien/Genßzung.

Serpens latet per brumam, uere procedit, senectam exuit: uisum quem longo situ amisit, fœniculo recuperat: eos abigit cornu cerui suffitum. Ælianus.

Serpentes non sunt in Sardinia. Solinus cap.10.

Serpentes Marsos nō lędunt, & Amyclas fugauere ex Italia. Vide Solin. ca.8.

Serpentium uaria genera, apud Plinium lib.8.cap.23.

Serpentes aliquot eximiæ atq; portentosæ magnitudinis fuisse, in historijs leguntur, scilicet, apud Liuium, Valerium Maximum, & alios scriptores Romanos. Gel. lib.6.cap.4.

Serpentum nomina sunt, etiamsi diuersarum specierum, Cerastes, Hydra, uel Hydros, Enydros, Natrix, Coluber, Draco, Aspis, Dipsas, Paria, Amphisbena, Aconcia, Prester, Vipera, Hemorrhois, Sipedon, Seps, Porphyros, Cantharus, Cecilia. Horum omnium nomina & species prosequitur Ælianus libro de uaria historia, & Aristoteles libro de Animalibus.

Serpens Cerastes in Aphrica reperitur, geminis in fronte corniculis, ut cochlea insignis. Ælianus.

Serpentaria, idem quod Dracunculus: ut autē multi Dracunculi, ita multę quoquè Serpentariæ.

Serpentaria minor, Teuton. Pfaffenpynt/Teütscher ymber.

Serpillum, illi à serpendo nomen inditum: quoniam si qua eius particula terrā attingat, inibi radices dimittit. Describitur ab Dioscoride lib.3.cap.44. Plinio libro decimonono, capite.8. Theophrasto libro sexto. Teutonicè, Quendel/Künlin / Hünerklee/ herba Vulgaris est,

cuius & Vergilius meminit.

Allia, Serpillũ, herbasq́ꝫ contundit olentes. Vocat etiam Sisymbrium Dioscor. lib. 2. Serpillum: nimirùm propter figuram & speciem. Plinius ait Serpillũ syluestrem Sisymbrium dici.

Serraneæ, uiolæ purpureæ: unde Serranum ostrum.

Sertula campana, Melilotos, apud Dioscor. lib. 3. cap. 46. Plin. lib. 21. cap. 11. & 21. cap. 9. Vide Melilotos. Dicta Sertula, quòd flos eius coronamentis dicatus sit: & quia ex ea antiquitus coronę & serta factitata sint. Teut. **Steynklee / Matenklee / Katzenklee / Vogels wycken.**

Seruilius Democrates inuẽtor & buccinator herbæ quam Hyberidam appellauit, qua cum omnes suos ægros curabat. Plin. lib. 25. cap. 8.

Serũ, liquor lactis qui quasi colatorio eliquatur, defęcaturq́ꝫ. Vergilius. Pasce sero pingui. Columella lib. 7. cap. 8. Lege, ὀῤῥὸς.

Sesamis, Sesamoides, apud Dioscoridem libro. 4. cap. 153.

Sesamoides maius, à similitudine nomẽ accępit: de qua uide Dios. lib. 4. c. 153.

Sesamoides paruum, apud Dioscorid. lib. 4. cap. 154.

Sesamon, ontis, panis ex Sesamo.

Sesamon agrion, Heliotropium magnum, apud Dioscor. lib. 4. cap. 203.

Sesamum syluestre, id est, Sesamũ paruum, apud Dioscor. lib. 4. cap. 203.

Sesamum syluestre, id est, Cici, apud Diosc. lib. 4. cap. 167.

σησάμινον ἔλαιον, oleum Sesaminum, quod fit ex Sesamo.

Sesamum, & Sesama, nam utrunq́ꝫ rectè dicitur, caule ferulaceo est, & flore foliaceo, ut Irion. Quadragesimo perficitur die. Genus ex eo candidum præfertur dulcedine: quod & in cęteris legumi nibus contingit. Grana eius in siliquis distincta, ut lupini, sed peculiari quodammodo septa. Viride nullum attingit animal. Nihil ita emacrat solum. Hodiè peregrinum & Germaniæ, & Italię. Affertur igitur ex alienis nationibus, maximè uerò ex Ægypto. Cætera de Sesamis petes ex Plinio lib. 18. cap. 7. & Dioscor. lib. 2. ca. 109. Trago **Flachßdotter / Flachß samen / Fincken samen.**

Sescruplum. Vide Scrupulum.

Seseli Ethiopicum, medicinis incognitum. Vide Dioscor. lib. 3. cap. 59.

Seseli Creticum, uel Cretense, quod in Ameno monte iuxta Ciliciam nascitur. De eo Dioscorides egit libro tertio, cap. 61. Lege, Tordylon.

Seseli Cyprium, Cici apud Dioscorid. lib. 4. cap. 167.

Seseli Massiliense: de eo Dioscor. libr. 3. cap. 58. Teut. **Kümmy.**

Seseli Peloponẽnse, folijs Cicutæ; de quo Dioscor. lib. 3. cap. 60.

σέσελιν ἢ σέσελιτα, uocant eam concham terrestrem, quæ uepribus, frutetis què glutinata cõhæret.

Seselis, Ægyptiacè Caucalis, uel galli pes, dictum.

Seselis, est Platocyminum, uel Ciminũ laium, teste Alexandro lib. 3. cap. 43.

Sesquiculleаria dolia, quæ continent culleum unum cum dimidio. Est autem Culleus capax. 20. amphorarum, ut indicat Plin. 41. Et quod Priscianus euidenter ostendit, his uersibus.

Est & his decies quem conficit amphora nostra Culleus, hac nulla maior mensura liquoris. Aliàs Culleus dicitur supplicium parricidarum: de quo in secundo Commentario Suetonij copiosissimè. Columel. lib. 12. cap. 18.

Sesquipes, pes unus cum dimidio alterius. Colum. lib. 4. cap. 9.

Sesqui. Lege, Sesquiopera.

Sesquiopera, significat integrã operam & dimidiã. Et hæc particula in omni fermè compositione habet talem intellectũ, ut signet totum illud, de quo agitur, eius què dimidium. ut sesquidigitus, dicatur unus digitus & dimidiatus. Item sesquihora, sesquipedalis, sesquicyathus, sesquimodius.

quimodius. M. Var. tradit annū diuidi in octo sesquimenses: ut singulis sesquimensibus integer mensis & dimidiatus attribuatur, libro nouissimo. Columellæ dolia sesquiculleária nuncupantur, quæ uidelicet unius Cullei cum dimidio sint capacia. Sesquiplagam dixit Tacitus: intelligi uolens nō unam tantùm plagam sufficisse ad hominem obtruncandum, sed opus quoq; fuisse dimidio secundæ plagæ. Columella lib. 2. cap. 13.

Sessiles uerrucæ, id est, Myrmeciæ.

Sestertium, in mensuris accipe pro duobus pedibus & dimidio: sicut in nummis continet duas libras & selibram. Columella libro de Arborib. cap. 1. Alij sic,

Sestertium, siue quod idem est, Sestertius numus, Plin. lib. 34. cap. 3. à semisse tertio uidetur appellatum: quia uidelicet non duos asses tantū, sed semissem quoq; tertij continebat assis. autor quidem Vitruuius, Festus, & alij. Sed id à Græcis tractum uideo, qui, ut ait Pollux, τρίτον ἡμιτριχμίον, id est, tertiam semidrachmā uocabant, pro duabus drachmis ac semisse: postea tamen sestertium quaternos asses ualuit. Semper tamē quarta pars erat denarij. Nam cùm denarius per initia decussem ualebat, quarta pars fuit dupondius & semis. Cùm uerò sexdecim asses ualere cœpit denarius, quarta pars erant quaterni asses. Cæterùm Columella precium sestertij minimū facit, quando singula iugera inculti soli uenire tradit mille bus sestertijs. Apud Lampridiū uerò ita legitur: Heliogabalus, inquit, nunquā minus centum sestertijs cœnauit, hoc est, libris. 30. Aliquando autē tribus milibus sestertijs cœnauit, omnibus supputatis quæ impenderet. Cœnas Vitellij & Apicij uicit. De Sestertijs annotat Barbarus. Vide, Talentum.

σῆθος, superior thoracis pars ad iugulos usq;.

Seuaciones, græcè στεατώματα: de quibus uide Paulum lib. 6. cap. 36.

Seuerus medicus, citat subinde ab Aëtio.

Seuum, in fine carnis semper residet, præcipuè animalium quæ ruminant: sicut adeps non ruminantiū. German. Vnschlitt. Id Græci στέαρ uocant.

Sextans. Vide, Vncia.

Sextarius. Vide, Cotyledon.

Sextiæ aquæ, olim acris caloris, nunc euaporarunt. Solin. cap. 8.

Sextilis aspectus, quando Planetæ duo inter se signorum spacio duorū distant.

Sextinus denarius ideò uocatur, quia in sex uncias, hoc est, sex obolos, ut ait Celsus, diuiditur drachma, quæ latinè denarius uocatur.

Sextula, æris minima pars est. Ex eo dicta, quòd sit sexta pars uncij. M. Tullius in oratione pro Cecinna. Fecit hæredem ex deuncia & semiuncia Cecinnam: ex duabus sextulis M. Fulcinium libertū superioris uiri. Erutio sextulā aspergit. Priscianus in opusculo metrico: Sextula quæ fertur. nam sex his uncia constat. Columella lib. 5. cap. 1.

S I

σιαγών, Buccarum musculus.

Sicca membra, pili, ossa, chartilagines, chordæ, ossium uincula, uenæ, arteriæq; nerui, qui uocales uocantur à Medicis.

Siccanea dicuntur, quæ gaudent siccitate: sicut ediuerso rigua quæ humore lætantur. Pratorum duo sunt genera. Alterum siccaneum uocant, suapte natura fœnum progignit. Riguum uerò irrigatione est refouendum.

Siccum magnū Indū, cuius usus quondam fuit ad Elephantiasim, & omnē cutis scabriciem: ad articularem item morbum. De quo uide Aëtiū ser. 12. cap. 133.

Sicelioticon, Psyllium, apud Dioscor. lib. 4. cap. 73.

Sicera, uinum forte. Hieronymus Theologus pro omni potu interpretatur, qui inebriare potest.

Sicilare, ut Plinius docet, est falcibus consectari in pratis, quæ fœnisecos præterierunt. Arbitratur M. Varro dictum uerbum esse à sectione, Colu. lib. 2. ca. 22.

Scilicus, semiuncia est, ut ait Colu. Vocatus ita, quòd unciam fecet, autore Festo. Cuius dimidium Semisicilicus Palladio. quanquam Semicículus scriptū est. Sciendū uerò, commodius & honestius genus esse loquēdi pro duabus uncijs, cùm sicilico sextantem sicilicum dicere, quàm sextantem & sicilicum. Plinius. 8. Volat. Vno, inquit sextante sicilico.

σίκυα, Cucurbitula latinè.

Sicya picra, Colocynthis, syluestris cucurbita, apud Dioscor. lib. 4. cap. 189.

Sicyonium oleum quomodo fit, uide Dioscor. lib. 1. Oleum Sicyonium, à Sicyone antiquissima Peloponensi urbe. Vide in Annotationib. Dioscor. plura.

σίκυς, Cucumis, Cucumer. Dicta, quòd appetentiam concumbendi arceat. Eius species uide apud Fuchs. Herb. cap. 266.

σίκυς ἄγριος, Cucumis syluestris, anguinus, uel erraticus, Cucumer asininus. Esels Cucumer/wyld Cucumer.

Sida. Lege, Malicorium.

Siderationem Plinius, & post eū plures alij, translato à Græcis nomine, in plantarum uitio, & in hominis malo dixerunt, cùm in uiuente adhuc homine, uita caret aliqua eius pars. quemadmodū per æstatem, & ardentissimo Canis æstu in arboribus fit, quæ arescente ui solis altius terra, ideoque deficiente humore, quo nutriuntur, languēt, foliaque, & summos coliculos amittūt. Eoque malo affectas arbores, Græci ἀστροβολήτους, id est, sidere percussas uocāt. Idem quoque malum uocant ἀστροβολισμὸν καὶ σφακελισμόν. Præsiderare autem aliud est: ut cùm maturior tempestas hyberna, præpropero rigore improuisos opprimit, quod Græci προχειμάσειν uocant.

Sideritis Achilleos, Achillea ipsa, apud Diosc. lib. 4. ca. 39. Dicta, quòd eam Achilles Chironius Discipulus inuenerit. Teut. Garb. Millefolium.

Sideritis, Aiuga, apud Dio. lib. 3. c. 176.

Syderitis Heraclea. Trago Scharlach.

Sideritis, Helxine, apud Diosc. libr. 4. cap. 41. Teuto. S. Peters kraut/Tag vnd nacht.

Sideritis, apud Dioscor. lib. 4. cap. 36.

Sideritim Fuchsius cōtendit fore glyd kraut dictam, quòd glutinandis uulneribus apta sit, præcipuumque in bello habeat usum.

Sideritis, præter herbā eius nominis, etiam Magnetē significat: nō alio sanè etymo, quàm quia ferrū ad se attrahit, quod Græci σιδηρίτην uocant. Lege, ἡράκλ.

σίδιον. Lege, Malicorium.

σιδήρω καύσεις, cum ferro adustio: nos. cauteriū uocamus. Eius uarias adhibitiones nemo rectius tractauit Albucasis li. 2.

Sief, medicamentum solidū ad oculos clarificandos: formatur ad modū parui suppositorij: quod distemperatur, & liquefit, & tùm demū oculis imponitur. Aliquando confricatur super lapide, & cū aqua fœniculi, uel alia oculis illinitur.

Sigillum Salomonis quid sit, lege Barbari Corol. lib. 4.

Significatio, est per signū, signaue deprehensio. Signū ergò demonstrat rem.

Significatio signū est alicuius rei ignotæ demonstratiuum. Prognosticum, signum est, ex quo aliquid futurum cognoscitur. Indicatiuum signum est, quod plurimum potest in deprehensione alicuius ignoti cōsequentis ipsum bonum. Commemoratiuum signum est (ut Empirici aiunt) res apparens, & cognita ex obseruatione cōducere ad recordationem notæ rei. Præsentia signa sunt, omnia Pathagnomica. Hæc enim cùm adsunt, adsunt quoque ipsæ passiones: his uerò cessantibus, desinunt etiam passiones. Præsentia præcedentium signa, ut prius facti ulceris cicatrix. Præsentia futurorū, ut mortificata facies morituri. Præsentia signa prius factorum, ut post accessionem ægritudinis remissio. Præterita præsentiū, ut esse morsum ab aspide. Aut sic. Præcedentia signa præsentiū, ut esse uulneratū in tenui intestino, hoc enim perniciosum est. Præcedentiū futura, ut cōstricti,

cti,contritiq; ossis callum recipientis,callum obducere oportet per restitutionē. Præterea futurorū. ut exemplo è capite osse,cicatricem futuram. Succedētia præsentium.ut periclitari uulnerata in senibus. Præcedentia signa subsequentiū. ut in uulnere conuulsio: quippe conuulsus non amplius uiuit. Galen. de Definit.

Signa Crisima,id est,iudicatoria.

Signinum opus uocant, ut docet Plin. quod fit fractis testis, tusisq;, ut firmius duret: quo genere etiam pauimenta sunt excogitata. Colum. lib.8. cap.15.

Silago, Coronopus, ut placet Barbaro.

Silanus quid apud Celsum significet libro.13. cap.18. dubitari meritò potest. Cæsarius interpretatur eo loci riuum: atq; sanè placet cōmentum. Meminit & Pompeius grammaticus lib.18.

Silaus. Lege, Sium.

Silbacium, Psyllium herba, apud Dioscor. lib.4. cap.73.

Silenti luna, id est, in cōitu lunę cū sole, quem diem alij Interlunium, alij silentis lunæ appellant. Varro Intermenstruū: Firmicus Synodicam frequenter. Colu. lib.2. cap.10. Sic silentis spiritus diē apud eundem lib.3. cap.19. id est, dùm cœlum silet, cùm serenum est, & tranquillum. Silent quoq; herbæ, & uirgæ cùm non germinant. Silent uineæ, quando non progemmant, hoc est, gemmas, oculosq; nō parturiunt, sed quasi silentes quiescunt, manentq; immobiles. sic diem, cœlū, surculū qtoq; silētia apud eundē inuenies.

Silet, silescit cœlum, luna, herba. Cœlū, quod serenum est: Luna, dùm coit: Herba, quæ nondum germinat. Priora duo Plinius, ultimum Columella. Silent & à uento loca Plinio, Catulloq;.

Silicia, & Silicula, olim Fœnugræcæ natiuæ nomenclatura Romanorum.

σιλιγνιτίς, panis qui ex silígine cōficit

Siligo, Rocken / secundæ conditionis triticum est, si Columel. credimus. Verba eius sunt. Tritici genera plurima cognouimus; uerùm ex his maximè serendum est quod Robus dicitur: quoniam pondere & nitore præstat. Secunda conditio est habenda Siliginis: cuius species in pane præcipua pondere deficit. Alij pro Glyra apud Diosc. interpretant; suasq; ad id rationes quib. nitantur, habēt.

Siliquam, arborem ficum Ægyptiam uocari, & in Ionia Ceroniam, Theophr. autor est: quę & κεράτιον dicitur, à corniculi similitudine. Quanq; Galen. arborē Ceratoniam, fructum Crantia nominari scribit, à corniculi similitudine. L. Columella Siliquam græcam uocat: credo ut à Fœnugræco distingueret, quod absolutè Siliquam rustici cognominant. Recētiores Græci χυλοκέρατα. Sed alia est ficus Ægyptia omnino, ut Plinius notauit. Quandoquidèm in Ægypto nulla nascit, sed in Syria, Ioniaq;, & circa Gnidum atq; Rhodū, folijs semper comantibus, flore candido, cum uehementia odoris, pomo Siliquæ, & ob id nomen: radice sublimi, sed non multum plantigeræ in imis partibus, superficie flauescens, in arescensq;, succum auferente sobole, pomo antecedentis aňi detracto: & cætera, quæ pluribus in naturali sua Plin. lib.15. cap.29. & .28. lib.17. cap.8. lib.23. cap.8. & Herm. Barb. in Coroll. annotauit Diosc. lib.1. Est & nomen herbæ Ceratia Plin. uno folio, radice nodosa, & magna, cœliacis, & dysentericis in cibo danti. Idē autor coniungit huic Peraticam, septem ei caules reddēdo, qui uelut rosæ capita sustineant. Quanq; in quibusdam nō Peratica, sed Statica scriptum legitur: fortasse quoniam aluum præcipuè sistit.

Siliqua græca. Lege, Siliqua.

Siliqua, à Columel. Fœnumgræcum.

Siliqua Syriaca, γνέφαλις, iuxta Scribon.

Siliquam uocant, quæ ficus Ægyptias appellatas producit. Theophrastus lib.1. cap.23.

Siliqua item tegumentum est, quo uel grana leguminum, uel herbarum semina concluduntur. Sed et frutices aliquot siliquas proferunt.

Siliquæ,

Siliquæ, fabarum folliculi.

Siliquastrum, Plin. lib. 20. cap. 17. à siliquis dicta herba, Piper Indianũ, uel ex Calechut. Auicennæ Zinziber caninũ. Teut. Calecutischer/oder Indianisch er Pfeffer. Eius genera tria enumerat Leon. Fuchsius.

Silones, qui nasum sursum uersus repandum habent. Nonius Silones uocat, quorum supercilia promineant.

σίλφη ἐν τοῖς ἀρτοκοπείοις, Blatta quę est in pistrinis. Multa eius genera. Est enim quæ μυλακρὶς dicitur, quæ circa molas ferè uersatur. Alterum genus odoris teterrimi. De Blattis plura Dioscor. lib. 2. Plinius lib. 29. cap. 8.

σίλφιον, cremor balsami, apud Paulũ lib. 3. cap. de Paresi.

Silphium, id est, Laserpitium. Vide Dioſc. lib. 3. cap. 93. Aliàs, Asteritium. Teut. Laßerwurtz/Meysterwurtz. Fuchsio. Lege, Laserpitiatum.

Siluestre foliũ. Lege, Malobathrum.

Siluarius. Lege, Silurus.

Siluestris Cupressus, id est, Iuniperus magna.

Silurus, an sit Sturio piscis marinus, uide controuersiam Manardi lib. 9. epist. 3. & apud Paul. Iouium libello de Piscibus Romanis.

Silurus piscis est fluuiatilis, qui & alibi quã in Nilo nascit. Aëtius Siluarion (ut putat Barbarus) uocauit: cuius felle suffusos oculos inungi, addito melle, præcepit bobus. Aristot. uidetur Silurũ intelligere. Theodor. eum Glanũ piscem nominat. Plin. lib. 9. cap. 15. Dioſc. libr. 2.

Silybũ, lata spina est, folia ferens Chamæleonis albi, apud Dioſc. lib. 4. ca. 161.

Sima, hepatis pars, id est, gibbus: uel superficies conuexa hepatis.

Simia. Vide Plin. lib. 8. cap. 54.

Simiarum genera sunt, Cercopitheci, Cynocephali, Cæpi, Sphinges, Callitriches, Satyri, Cynoprosopi, Manticoræ, Crocutæ: de quibus omnibus require Plinium & Ælianum.

Similares partes hominis sunt, arterię, uenæ, nerui, ossa, chartilagines, ligamenta, membranæ, carnes. Instrumentales uerò, cerebrum, cor, pulmo, iecur, uenter, lien, oculus, ren.

Similares, et dissimilares partes sic cognoscũtur. Animalium enim partes aut compositæ sunt, quæ scilicet in similes sibi partes diuiduntur: aut incompositæ, quæ aptè secatę in partes dissimiles sunt, nõ in similes. ut manus non in manus secat, aut facies in facies. Quapropter eas dissimilares nominamus. Quo in genere partiũ sunt, quæ non modò partes, uerũetiam membra sunt. uidelicet, quæ cũ ipsa totius integritate describãtur, habẽt intra se partes diuersas, suiq́ generis ædificia. ut caput, ut pes, ut manus, totũ brachiũ, & pectus. quippe et ipsę partes sunt totæ, & ex partibus constant diuersis. Quæq́ aũt pars dissimilaris, ex similaribus constat, ut manus ex carne, ossibus, neruis. Aristot. de Anim. lib. 1. cap. 1.

Simila, & Similago, ex quibus Similaceus, & Similagineus panis, præ cęteris omnibus delicatior: de quo sic Martialis in Xenijs. Nec dotes poteris similæ numerare, nec usus Pistori toties cùm sit & aqua coco.

Simpeax, lingua Dacorum, Plantago.

Simplex, omni cõposito prius est apud Galenum. 4. de ualet. tuen.

Simplicia & prima corpora, uocantur ipsa elementa.

Simus, ut docet Suidas, opponitur γρυπῷ, id est, aduncо. Sicut ergò γρυπὸν græci uocant habentẽ aduncũ nasum: ita ecõtrario σιμὸν dicunt, cuius nasus est depressus. Simas Capellas dixit Pöeta. A simo rostro delphines simones appellantur. A simo, resimũ, & subsimum traxere nuncupationẽ. Sunt aũt nares resimę, reduncæ, depressæq́: quales in pacandis bobus maximè spectantur. M. Var. scribens de Canibus, inquit. Esse debent labris subnigris, aut rubicundis: neq́ resimis superiorib. neq́ pẽdulis, subtus mento sup-

to suppresso. Idē boues probat, qui sunt subsimi, hoc est, ut ego interpretor, dorso depresso, & subsidente. Col. lib. 6. c. 1.

Simus item medicus Cous. Strabo Geograp. lib. 4.

συναμωρωμένη dicitur, quæ cum uiro congreditur.

Sinapis, & Sinapi, & Sinape, media producta legendum, Senff. Græcia, & Dioscor. etiā Napy uocat lib. 2. quasi Napy, ut Athenæus interpretatur: quoniā acri, & proinde incommoda natura esse uideatur: addit, & pusillo corpore. Sinaphi uerò dici putat, quia olfactu luminibus officiat ut Allium. Lege Plinium libro. 19. cap. 7. Dioscoridem lib. 5. ca. 102.

Sinapi, Pythagoras principatum dedit inter ea, quorum uis in sublime fertur: quia non aliud magis in nares & cerebrum penetret.

Sinapi Persicū, Thlaspi. Lege, Thlaspi.

Sinapi Persicum, Capparis, sic uocata à Romanis, ut inquit Paulus lib. 1. ca. 22.

Sinapi syluestre. Lege, Thlaspe.

σινάπινον ἔλαιον, Sinapinum oleum.

Sinapismus, exulceratio, imposito aliqua parte corporis sinapi facta: multoq; uehemētior est dropace. Propterea sinapismum dropax uel præcedit, ut præparet: uel cōsequitur, ut reliquias absoluat. Maximè laudatur Dropax, Gallus cognomine. Dropax porrò quid reuera sit, lege, Dropax.

Singētiana, Acoron, secundū Apulei.

Sinon, & Senon, idem quod Sison, apud Dioscor. lib. 3. cap. 62.

συνουσία, concubitus.

Sinos, Mentula.

Sintempsum. Lege, Thlaspi.

Sinum lactis, uasis nomen est: de quo Pöeta, Sinum lactis, & hæc tibi liba Priape quotannis. Plautus in Gurgulio. Cede per puer sinum. Tradit. M. Varro, Sinum dici à Sinu: quòd cauum sit poculum. Columella lib. 2. cap. 8.

Sinus, alarum caua sunt.

Sion, à concussu nomen habet, quod Græci σείειν dicunt. Nam excutiendi uim nactum est, ut quòd renibus calculos emoliatur, urinam & menses exigat. Lege, Sium.

Sipedon, reptile uenenatū, hęmorrhoidis soror, coloris similitudine. Ælianus.

Siphon, diabetes, ab instrumenti fusorij similitudine. Aëtius lib. 11. cap. 1.

Siphones, & per diminutiuū Siphunculi dicuntur fistulæ, quibus liquor inclusus emicat, exilitéq; in sublime. Plinius tradit, aquam meantem per uenas terræ, pondere expressam, siphonum modò emicare. Cornel. Cels. pręcipit stomacho laborantibus, bibere per siphonem, hoc est, fistulam tenuem, duos, ternósue cyathos. Satyrographus per translationem quoq; decēter & mordaciter dixit, Effigieq; deæ longis siphonibus implēt. Verbum est græcum σιφωνίζειν, quod est euellere, educereq; liquorem. Aristophanes abusiuè dixit, σιφωνίζομεν τὸν οἶνον. Columella lib. 3. cap. 10.

Siphones etiā fistulæ sunt, per quas in ulcera inmittunt medicamēta. ueluti de ozena per siphones curam pręcipit Gal.

Siphonion, Bromos. Diosc. lib. 4. c. 141.

Siręum, decoctum quidam appellauere, ut inquit Paulus, ficorum.

Sisarum, Siser Latinis, Vulgò Pastinaca. Teut. Geirlin. Maius, Sam̄ Morē. Minus, weiss Morelen / kleyn zamm Moren/ oder Morchelen.

Sisere, siue Sisarum in Italia non uidi: in Pannonia uidisse me puto, & in Germania radicem eius, Napi figura & magnitudine, luteo colore: iucundo satis odore, & sapore adeò grato, ut ad nobilium quoq; mensas ueniat, cū bubalis carnibus elixa: ut minus mirandum sit, eam Tiberium è Germania flagitasse: quemadmodum scribunt Plinius, & Manardus lib Epist. 9. Epist. 3.

Siser, & Sisarum, radix quædam esui apta, ex Germania pręcipuè laudata. Vide Diosc. lib. 2. Plin. lib. 9. Columellam lib. 11. Teut. Rapuntzlin.

Siſon, exiguum ſemen, quod in Syria naſcitur. Dioſcorides lib. 3. cap. 62.

σισωπυγίς, Cinclus auis. Suidas.

Siſymbrium ſylueſtre, Thymbræum appellatũ quondam, pedali, non amplius magnitudine.

Syſimbriũ, Fiſch müntz/oð Müntz. ab eleganti corollarum formula nomen declinauit: uel blando odoris ſui oblectamento: in ſolo inculto naſcitur, Menthæ hortenſis ſimilitudine, odoratius, latiore folio: inſeritur coronis. Lætiſsimũ naſcitur circa piſcinas, in puteorum parietib. Folium in ſicco naſcenti anguſtius quã quod in riguis prouenit. Siſymbrio montes quidam ſcatent, ſicut Thracia: ubi & Serpillum. Aut aquæ deferunt ex his auulſos ramos, feruntq́ꝫ. Si non rite colit̃, degenerat in Nepetam, & in uarias alias plantas. De Siſymbrio uide Dioſc. lib. 2. cap. 142. Theophraſt. lib. 6. cap. 7. Eſt & alterum Siſymbrij genus, de quo & Dioſc. lib. eo. cap. 143. Teut. Brunñkreſſz.

Sitanium, ut inquit Galenus, eſt triticũ inſtantis anni. Dioſc. trimeſtre appellat lib. 2. cap. 95. Vitioſe igitur legit̃ in Plauti Truculento, Etanium, pro Sitanium.

Sitoſpelos, Auena, uel Ægylops, apud Dioſcor. lib. 4. cap. 140.

Sium latius Apio eſt, nigrius, pinguius, copioſum ſemẽ: græcè σίον τὸ ἐν ὕδασιν, id eſt, Sion, in aquis, ſiue aquaticum. Teuto. Bachbuñ. Trago Brunñkreſſz. Dioſc. lib. 2. cap. 141. Lauer uocat: quòd ſonantibus aquis enatum, ſemper elui gaudeat. Anagallis aquatica.

S M

Smaragdinũ emplaſtrũ. Celſ. li. 5. c. 19.

Smaragdus, precioſus lapis, qui uirorẽ puri maris imitatur. Nam is ſolus probatur, ut inquit Plinius. Illius pręconia, ſimulatq́ꝫ miracula, lege apud Plinium libro. 37. cap. 5. Solinum cap. 25.

Smarides, maritimi piſces, Męnis adeò ſimilis, ut ab eodem nomine utraq́ꝫ Męnulę nunc uulgò dicantur. Plebei certè & uiles adeò piſciculi, ut nõ numero, aut pondere, ut ferè reliqui, ſed aceruatim, inuitato etiã emptore Venetijs uendantur. Manardus libro. 9. Epiſtolarum, epiſtola. 3. Lege, Męnas.

σμαρίς, Cerrus piſcis.

σμηκτική, facultas deterſoria: inde & σμηγματώδης, quo modo aquam mulſam uocat Hippocrates.

Smectica uis, & ſmegma, ab abſtergendo, ἀπὸ τοῦ σμήχειν.

σμῆχα, abſterſiua.

Smegmata, repurgatoria medicamẽta.

σμήγματα ὀδόντων, dentrificia.

Smigma, unguen eſt, quo noſtrates mulierculæ pannos abluunt: abſtergit enim uehementer. Sic dictum, ἀπὸ τοῦ σμήχω, quod eſt, abſtergo.

Smilax hortenſis. Dioſc. lib. 2. cap. 163. frutex, cuius ſemen à nonnullis Lobia uocatur: folia habet hederæ, molliora tamen, tenues caules, & capriolos, uicinis fruticibus circumuolutos: qui tantũ adoleſcunt, ut topiarium quoddam tabernaculum effingere uideantur: fructũ Fœnugræci fert longiorem, & corpulentũ, in quo ſemina renum ſimilia, ſed inæquali colore recludũtur, quę quadam ex parte ſuluefcunt. Breuiter, Phaſioli genus eſt, ſecundùm Hermolaum Barbarum, reclamante tamen M. Vergilio. Teuto. Welſch Bonen.

Smilax aſpera, groſſz ſtechend Wynd kraut. Hederæ genus, de qua apud Dioſcor. lib. 4. cap. 145.

Smilax leuis, diuerſa ab Smilace aſpera, de qua apud Dioſcor. libr. 4. cap. 146. groſſz glatte Wynd ſo nit ſticht.

Smilax Cepea, id eſt, hortenſis, de qua Plin. lib. 4. cap. 145. 146.

Smilax, Taxus, apud Dioſ. lib. 4. ca. 51.

σμίλιον, uulſella, Chirurgicum inſtrumentum ocularium.

σμύρνα δάκρυον ἐστὶ δένδρου γινομένου ἐν ἀραβίᾳ, id eſt, Myrrha eſt lachryma arboris quæ in Arabia gignitur, Ægyptiæ ſpinæ non diſsimilis, è cuius uulnere defluit lachryma, in ſubiectas tegu-

las;

tas:alia circa caudicem concrescit. Plin. lib.12.cap.15. Dicitur ex ijs aliqua πιδιάσιμος præpinguis, quia expressa Stacte emittit. Alia γαβιρέα pinguissima, læto et pingui solo nascens ea copiosam sudat Stacten. Omnium prima quæ Troglodytica appellatur. Alia Caucalis cognominata, scabra præter modum, nigra & retorrida. Omnium deterrima quę ἐργάσιμος dicitur, pingui carens, cano situ obducta, acris, ad gummi imaginem uergens, & uiribus eius proxima. Improbatur Aminæa cognominata.

Smyrnion, à quibusdā appellatur Hipposelinon, autor Dioscor. lib.3. cap.76. Teut. Beerenklaw. Est & aliud Smyrnion, de quo proprio capite agit Dioscorides eo. lib. cap.77. quod in Cilicia Petroselinon uocant, & quod passim in Amano monte gignitur. Galenus Petroselinon syluestre uocauit. Vulgò uocant Meysterwurtz. Trago.

Smyrnion Fuchs. Leuisticum uocat. Teut. Lyebstöckel. Dictum, quòd huic idem sit odor qui Myrrhæ.

Smyrnoides, Clematis, apud Dioscoridem lib.4.cap.8.

Smyris, Myrrhis, uel Chęrephyllon, apud Dioscor. lib.4.cap.117.

Smyris lapis est, quo annularij scalptores lapides expurgant, ad erodendū & urendum utilis. Dioscor. lib.5. cap.157.

Smyrium, idē quod Smyris. Ibidem.

S O

Soboles, quasi succrescens nepotū successio. ab olescendo dicta. Ruell.

Socrates, Chirurgus, apud Aurelianū lib.5.cap.1. non ille moralis Philosophiæ sectator & princeps.

Soda, dolor capitis, communi nomine ab Auicenna uocatur, Arabico nimirū uocabulo.

Sol, id est, aurum Achymistis.

Sol laminatus, Geschlagen gold.

Solanus hortensis, apud Diosc. libr.4. cap.74. Grosser Nachtschatt/Garten Nachtschatt/Sewkraut.

Solanum Strychnon, apud Dioscoridem lib.4.cap.74. Tödtlicher Nachtschatt/Teütscher Pfeffer.

Solanum Manicon, id est, Solanū somniferum, apud Diosc. lib.4.ca.76. Teut. wylder Nachtschatt/Dollwurtz.

Solaris herba, Heliotropium, apud Dioscor. lib.4.cap.203.

Solastrum, Anthyllis, apud Dioscoridem lib.3.cap.154.

Solea, quæ solo pedis subijcitur.

Solea, Rhombus, & Passer piscis Plinio. Lege, Piscium ferè.

Solea spartea, calciamentum iunceum & molle: à Sparto, quę Iberica herba est. Apuleius helcij spartei meminit. Columella lib.6.cap.10.

Soleastrum, Sideritis, apud Dioscorid. lib.4.cap.36.

Solia balnearū. Plin. lib.8.cap.10. Nam Oceanus soliū quidèm non uidetur omne, sed uastum in balneis, & omnino lacus, alueusq; maior. Vel ab eo numine: uel ab amplitudine uocatus, & ab lauantiū quoq; strepitu, & marino quasi æstu. Lampridius, Oceani inquit, Solium primus inter principes Alexander appellauit: cùm Traianus id non fecisset, sed diebus solia deputasset. Nam thermarū magnitudo Romæ quanta fuerit, Ammonius docet lib.16. cùm ait. Lauacra in urbe in modum prouinciarum extructa.

Solida in corpore, sunt ossa, nerui, musculi, uenę, arterię, & quæ nec apparent.

Solidago, Symphyton alterū maius, apud Diosc. lib.4.cap.12. Teuton. Walwurtz. Lege, Symphytum. Est & Solidago media, Germ. Gulden Guntzel.

Solinorinon, Rubus apud Dioscorid. lib. quarto, cap.40.

Soloiæ. Lege, Vnguis, & Onyx.

Solinistæ. Ibidem.

Solis seculum, Parthenium, apud Dioscoridem lib.3.cap.156.

Soliuagi, animalia Sardiniæ exigua, similia araneis, sed uenenosa ualdè: quorū tamen uenenum fontibus inibi calidis

curatur. De quibus lege Solinum ca. 10.

Solsticialem herbam, cur Plin. sic uocet, libro. 26. nisi uel à tempore, ut bruma lis herba Pulegium, uel à uitę breuitate, nondum satis liquet. Nam & lib. 14. Acinorum inquit Labruscę pars æstu moritur: quùm reliqui qui solsticiales uocantur, uniuersi nunquam maturescunt. Plautus in Pseud. Quasi solsticialis herba paulisper fui: repentè exortus sum, répente decidi. Plini. tamen significare uidetur, solsticialem herbam dici, solsticio uel prouenientem, uel florentem: ut sit nomen non unius tantùm herbæ proprium, sed cuilibet herbę accommodatum nascenti per solsticium. Sic enim scribit libro uigesimosexto. Codurdon herba solsticialis, flore rubeo, suspensa in collo, comprimere dicitur strumas. Consimiliter spinas solsticiales exponere poteris, solsticio progenitas ac uigentes. Cornel. Celsus herbam solarem uocat Heliotropion, quia circumagatur cum sole.

Solstinium, tripudium semper felix: quando uidelicet è carua pultem ita pascunt aues, ut ex ore pars cadēs in terrā, pauiat, id est, feriat: quasi terræ pauium.

Solucre uentrem. Vide, λύειν.

Somni.picia, nocturnæ uisiones.

Somnus, est animalium facultatū tranquillitas, à bonæ frugis humore cerebrū irrigante proficiscens. Paul. lib. 1. ca. 97.

Somphena. Lege, Symphoniaca.

Somphos, tertium genus cucurbitæ, inane, digitali crassitudine, non nisi in saxosis nascens. Quidam pro marina Cucurbita interpretantur.

Sonchites, Hieracia, herba accipitrum, apud Diosc. lib. 3. cap. 70. Lege, Hieracia.

Sonchus sibi nomen uendicauit, ἀπὸ τοῦ σόον χέειν, eo quòd salubrem fundat succum: ut qui sua sorbitione, stomachi rosiones leniat, & lactis abundantiam nutricibus subministret: genitalibus locis, collectione laborantibus, præsidio sit Ruell. Teut. Bynetsch / Gensdystel / Mosz.

Sonticus morbus, id est, epilepticus, uel comitialis morbus.

σωφρονιστῆρες (sic enim Cleanthes uocabat) dentium postremi. Auicenna dentes sensus, uel intellectus nominat: quos adnasci arbitrantur, post genituræ profusionem, ante consistentiam, quæ anno contingit tricesimo. Hos alij κραντῆρας etiam uocant, ut Aristoteles.

Soranthis, Anthyllis, apud Dioscoridem libro tertio, cap. 154.

Sorbus, Eschrößlin. nota arbor quotidiano satis spectaculo. Pingit ab Theophrasto lib. 3. cap. 12. ab Plin. libr. 15. cap. 21. & à Dioscor. lib. 1. cap. 175.

Sorda, pregnans uacca.

Soranus, natione Ephesius, Traiani et Herodiani, Galeni item temporibus adhuc uixit: ut ipse testatur in Methodo sua, & in Memiri, & libro Sectarum. Itē Suidas. Scripsit Monobiblon, & libros aliquot Pharmacorum: atque speciale corpus scripturæ formauit, ut inquit Cælius Aurelianus, de pasione capitis initia sumens.

Sorbilia oua, id est, ῥόφητα.

Sordidus color. Lege, Color uarius.

Sorex, muris genus.

Sorgi Italis, Germa. Welscher Hyrß / oder Sorgsamen dicitur, Veteribus incognita.

Sory, quid reuera sit, uide apud Diosc. libro. 5. cap. 110.

Sorioli uocantur, quibus solutiuscula est aluus: à soria.

Sosagoras, medicus.

Sosandros, Delphinium: uel Sena herba, apud Dioscoridem lib. 3. cap. 82.

Sortis herba. Lege, Fortis.

Storacus, è uetustissimis, ut inquit Plinius lib. 36. cap. 20.

Sotera, Salutatrix, Nicolai compositio in Antidotario.

σωτήριον φάρμακον, salubris medicina.

Sozusan, Artemisia, apud Dioscoridē libro. 3. cap. 125.

S P

Spadices.

Spadices equi, qui palmeo sunt colore.

Spadix, & Spadiceus color. lege, Baia.

Spadonia. Lege, Laurus spadonia.

Spanachia, Spinacea, uel Spinaceum, quasi Hispanicum olus, Teut. Spinet/ oder Spinnat. à spinis seminis dicta.

σπανιώδας Græci uocant, quibus thorax est angustior, & tabulæ ritu compressior. Galenus. 3. de Temper.

Spargonion, folijs Gladiolæ, apud Dioscoridem libro quarto, cap. 24. Ryetgraß das schneidend.

Spartæ, uasa sunt iuncea: à Sparto dictæ, ex quo fiunt. Est autem Spartum genus iunci, siue herbę Iberice: de quo multa Plinius libro undeuigesimo. Autumant Grammatici, sportas item dici ab hoc sparto: quasi sparteas. Columella libro undecimo, cap. 2.

Spartion, uel Spartū, nostri Genistam interpretantur. De ea uide Dioscoridē libro quarto, ca. 160. Teut. Pfrymmen. Dictum Sparton, quòd funiculi, ac uinculi usum in alligandis uitibus præbeat.

Spartum. Vide, Spartæ.

Spartum, Genista, apud Dioscor. libro 4. cap. 150. Pfrymmen.

σπαργῶντες, mamæ, ubera etiam quæ multo impetu lactis tument.

Spasma, solutio continuitatis in neruo. Eiusdem generis sunt & quæ Græci Apospasma, & Rhegma, & Thilasma dicunt: illud in ligamento, hæc in uasis & musculis, quæ ex uiolento ictu, uel graui casu, uel alio quopiam uiolento motu excitata.

σπάσματα, conuulsa.

Spasmus Cynicus, conuulsio canina: quod malum nōnulli sunt qui torturam oris esse existimant.

σπασμός, in neruis & musculis affectio. Cōuulsio interpretatur latinè. Stulti Medici nostrę ætatis, mirum est, quòd non crepunt, dùm audiunt pro spasmo, passim usurpari conuulsionem: quam dictionem adeò non possunt decoquere corū quidam, ut mille malint σπασμούς, quàm unam conuulsionem: tàm indocti homines, ut nesciant se maximè latinè audire, dùm audiūt conuulsionem, ex ipsis autem ipsissimis latebris depromptum esse, quem illi tantùm celebrant & ferūt σπασμόν: cùm alioqui nihil habeāt Græca lingua infestius.

Spastici, qui aliquo genere spasmi periclitantur. Qui & Conuulsi.

Spatha, uel σπάθην, id ex quo palmulæ pendent. autor Pollux. Vocant & rudem, qua bullantes in coquendo feruores despumantur, & in homine latiores costas. Sic Columella lib. ult. cap. 23. ait, Deinde permiscebo spatha lignea. Notissimum in coquina instrumentum ea uoce significans, quo subiguntur & despumantur ad ignem feruentes in fictilibus carnes. Et Iul. Pollux in secundo testatus est, costarum nostrarum ossa spathas dici. A quorum omnium similitudine, nouam Palmulæ germinationē Græci Elathen, & Spathen uocauerūt. Qualis autē in Palmula hæc Elate, uel Spatha sit, facilè nouerunt qui in Ægypto & Syria rem cōtemplati aliquando sunt propius. Lege, φοίνιξ.

Spatha unguentaria, dicta secundùm Aëtium, sermone duodecimo, cap. 44. Palma Elate.

Spatha polypica, etiamsi Paulus appellet πολυπικὸν σπάθιον, chirurgicū instrumentum quo repurgantur auditorij meatus, apud Paulum lib. 6. cap. 23. Ad myrtacei folij figuram facta erat: & existimo Polypicam uocari, quippè cuius usus præcipuè fit in polypo apud eundē Paulum lib. 6. cap. 25.

Spathæ, costæ.

Spathiurus, serpēs, in locis iuxta Chalcidicen magis inuenitur. Est autem animal ex crasso in caudam abiens tenuem, latum habens caput, ac mures comedēs. De ueneno, ac cura eius require Aëtiū Sermone. 13. cap. 31.

σπάθη, abietis lachryma.

σπατίλαι, hominis retrimenta.

Specloma, turpis sonitus quem in concubitu edimus.

σπικλᾶν, cöire. παρὰ τὸ πλικιδ͂ϊαι, id est, à complexu.

Spectile, caro exos iuxta umbilicum sus, ut inquit Festus.

Specularis. Vt inquit Epigrammatarius pöeta, specularia puros admittunt soles, & sine fæce dies. Sunt autem lapides Speculares candidi, atq; translucentes, olim in Bononiensi agro effossi: ex quibus fiunt munimenta quasi quædam fructuum preciosissimorum: ut inclusi specularibus admittant solem, nec infestentur uento, uel hymbre. Tiberius Cęsar cum mira uolupiate cucumeres expeteret, commentus est, ut nullo non die sibi contingerent. Nam pensiles eorum hortos promouebant in solem rotis: rursusque hybernis diebus intra specularium munimenta reuocabant. Columella libro undecimo, cap. 3.

Speculatio, Medicinæ summa pars.

Spegeton, Aizoum, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 91.

Spelta, græcè ζέα.

Spergethros, Semperuiuum, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 91.

Sperma, siue Semen, est seminaria uis quædam in humido consistens. Vel Semen est quædam materiæ & productricis rationis facultas, quæ ad hominis generationem expanditur, euacuaturquè. Aut sic, Semen est humidum in uasis seminarijs contentum, quod ex calido spiritu hominem procreare potest. Vel, Semen est spiritus calidus, in humido consistens, ex quo exoriri & produci aliquid tale potest, quale est id, à quo fuerat extractum. Citicus sic describit. Semen est quod hominem ex humido, animæ participem constituit, idq; abstractum quoddam & commixtum, ab utroq; parente. Galenus de Definit.

Spermatica conceptacula quinq; sunt: & principem quidem locum habent uenæ, arteriæq; multifariam implicitæ, obuolutæq;, quæ ad testiculos tendentes: ex quo imagine quadam uarices uocantur. Postea habentur testes ipsi, quos σηραγγώδεις, hoc est, cauernosos nominãt. Tertium habet locum ἐπιδίδυμον, incumbens testiculo sub uase, quod seminarium dicunt. Quartum autẽ obtinet sedem, quod in uiris capax est, oblongum què, ac uelut sinuosum, ubi mutonem adit, in imo tamẽ angustius, breuiusq;. Postremo est Parastraca, seminarium inter iacens & uirgam.

Sphacelare, ossa & cerebrum sphacelatum sæpius intelligit Hippocrates pro corrũpere. Et Sphacelus corruptio substantiæ uniuscuiusq; partis, quæ sphacelari dicitur. Talia quædam etiam carnosis partibus in cangrenis accidunt: passionis ob magnitudinem inflammationis insensibilitatem quandam atq; nigriciem, aut omnino morticinum colorem afferentẽ. Hinc etiam græcam illam Sphacelam appellabant. Et fortassè uoluit Herodotus, cùm dixit, coxã cambysis sphacelari. Galenus libro Aphorismorum septimo, aphoris. 51. Item,

Sphacelus, Quid hæc uox significet, inquit Galenus, haud quaquàm inter omnes conuenit. Sunt enim qui dicunt ipsam uehementem dolorem declarare. Alij tantùm inflammationis excessum: ut partem ad corruptionis periculum inducat: quæ dispositio à nonnullis cangrena appellatur. Alij partis affectæ corruptionem ipsam sphacelon dici uolunt. Alij conuulsionem. Nonnulli non eam quæ fit per conuulsionem, sed quæ per inflammationis magnitudinem expectatur. Alij etiam non simpliciter conuulsionem, sed eam quæ neruosorum corporum inflammationi superuenit. Alij simpliciter fortem tentionem. Alij putredinem. Galenus libro secundo de locis affectis, capite. 2.

σφάκος, seu potius σφάκελος, malum in plantis, cùm per æstatem, & ardentissimum Canis æstum, ui solis altius penetrante,

trante,humoreque quo nutriuntur defi- ciente,languent & arescunt. Latini Syderationem uocant,ut in Saluia conspicitur.

σφάγνον,id est,Aspalathus. Cæterum sic dictus,ἀπὸ τοῦ σφάττειν, id est, iugulando: fortasse quia aculeatus frutex, aculeis suis pūgit & sauciat. Sunt hoc nomine cani arborum uilli:quales in quercu maximè uidemus,sed odore prestantes. Plinius lib.12.cap.23.

σφὰξ,Ionicè σφήξ,uespa. Theo. Idyll.1. σφὰξ βομβεῦν τέττιγός ἐναντίον.

σφραγίς,appellatur pastillus, quem Polybius cōfecit ad glutinandum uulnus. Celsus libro.5.

Sphage,cauum id,quo disparantur iuguli:à quibusdam etiam Thymos.

Sphagnon, Seseli Massiliense, apud Dioscor.lib.3.cap.58.

Sphatula fœtida,ob odoris grauitatem appellata, Gladioli speciem refert: qui Græcis σπάθα,Teutonicè,**Wandleüß fraut.** à necandis cimicibus.

Sphendone, albicans totum in oculo, itemq; logas,atq; κυλώπιον.

Spheristerium, quale ueteribus balneum fuerit,lege in dictione, Balneæ.

Spheritis. Meminit eius Aëtius. Hermolāo Barbaro uidetur esse, quam hodie uocamus Cyclaminum.

Sphinges,uillosis comis, ut inquit Solinus, & mammis prominentibus bestię sunt,docilesq; ad feritatis obliuionem.

Sphinx, fusco pilo animal. Plini.libro octauo,cap.2.

Sphincter, strictior interna ani pars, per quam egerimus: & id agere non ualentes,glandes in eam inserimus. Sic appellat Aëtius lib.9.cap.28.

σφίγκτηρ. Vide,Porus.

σφοδρόν,id est,uehemens. Exercitij genus quod uehementer ualens,& cum celeritate fit.

Sphondylion, à quibusdam Arachne, Phalangium,& Asterion appellatur.

Sphondylion,Ferula est, differēs à Panace folijs:quia sunt minora, & Platani diuisura. Dioscor.lib.3.cap.88.

Sphondylis,Sphondylion,apud Dioscor.lib.3.cap.88.

Sphragitides uenæ,id est,iugulares,ut uertit Theodorus,in dextra, sinistraque prægrandes. Celsus.

σφυγμός,siue pulsus, est intentio & remissio indiuisibilis arteriæ & cordis.

σφυρόν,sub crure pars: unde nomen calcaribus lingua uidetur dedisse uernacula. Alio uocabulo Pezam dicunt: unde Argyropeza Thetis apud Homernm, ueluti argento similes habens pedes:quod sub sura est.

Spica uirginis,nomē est sideris antiqui. Spicū neutro genere dixere. Hinc illud Spicum illustre ferens splendenti corpore uirgo. Columel.libro.11.cap.2. Cicero in Arato.

Spica,granum & aristam, quę uti acus eminet è folliculo,siue gluma, significat.

Spicatum,id est, Nardinum unguentum,olim Romæ sic dictum.

Spicilega,id est, Passerculus.

σπιδόδηκτοι,ab aspide morsi.

Spigeter, extrema alui pars, latinè, sedes,uel anus.

σπίλοι,notæ,seu maculæ quæ in uestibus hærentes,eas decolorant, qua simili tudine aliquando in humano uultu,et reliquo corpore maculæ oriuntur, nullo aut exiguo uitio, summamq; cutem tantùm uariantes.

Spinus. Lege, Prunum syluestrem.

Spina aliquando cum additione uocatur spinalis medulla. Autor Galenus de locis affectis lib.3.cap.10.

Spinarum genera sunt:ἄκανθα,id est, spina uulgaris, Acacia, πυξάκανθα, λευκάκανθα, Acantha Ariana, ἄκανθα βασιλόνια,siue regia,spina sitiens, spina pennata in Ægypto, spina apendix, spina bu nia decem & septem numero. Item Galatica,siue Pontica,siue Cappadocica: de quibus lege Coroll. Baebari apud Dioscoridem lib.1.dictione Acacia.

Spina buxea,id est,Lixium.

Spinam Arabicam: quidam hanc esse putant, quam Plinius Lamam uocauit, etiam in India nascentem, à qua gummi adulterio myrrhæ prouenit. Barbarus Arabicæ spinæ meminit, & Dioscorid. libro.3.cap.14.

Spina alba quid sit, lege apud Dioscoridem lib.3.cap.13. weiss Wegdystel die grosss/ so mit spynweben bedeckt. A maculis albis foliorum dicta.

Spina Ceruina, frutex qui in arborem quoque excrescit. De qua uide Manardū lib.9.cap.3.& est Rhamnus.

Spina Ægyptia, Spina Arabica, idem. de qua Dioscor.lib.3.cap.14. Dudystel/ Dreydystel.

Spina mollis, Crisium, apud Dioscoridem lib.4.cap.120.

Spina Cerualis. Lege, Rhamnum.

Spina syluestris, Carduo similis, aculeata, breuior quàm quæ in hortis, satisque prouenit. Dioscor.lib.3.cap.19. Teuton. Wyssendystel.

Spina, tuberculum, quod Greci dothienem, Latini furunculum uocant.

Spinacium olus, quod Arabes Aspanas uocant: nos paululum ita mutato nomine Spinachium. Manardo uidetur esse, quod apud Dioscorid. uocatur Chrysolachanon, item Attriplex: de quo uide Epistolarum lib.9.epist.3. Secus nos in Herbario nostro germanico. Attigimus & in secundo tomo latini Herbarij de ea herba nonnihil: adeò non constamus nobis, si centum etiam de una & eadem rescribamus. Quod ingenuè oportet fateri: propter purpuratos illos, qui cùm titulos illos tumidos iactent, ne unam quidem utilissimam herbam, quam in cibo quotidiè sumunt, rectè nouerunt.

Spinacium autem Græci ab oleris raritate dixerunt, raro enim illo utebantur Medici: quòd cibo magis, quàm medicinæ natū fortè esset. Vel ab insigni speculorum seminis nota. Hispanicum dictū: quòd originem isthuc duxerit.

Spinalis medulla, cerebro connata est, pinguior tamen, & albior.

Spinturnix, ea quæ dicitur & Chithia auis genus.

Spionia uitis, est mulso larga & amplitudine uuarum quàm numero fertilior. Columella lib.3.cap.21.

Spira dicitur basis, columna unius tori. Et genus operis pistorij. Et funis nauticus in orbem conuolutus.

Spiritus uocantur, qui in corpore sunt: flatus uerò, qui extra corpus existunt, aer. Hippoc.lib.de Flatibus.

Spiritus, est fluxus aeris in longitudinem continuus.4.Meteor.

Spiritus. Lege. Ventus.

Spirituum scaturigines unde nam prodeant ex terra, & qua ratione, require apud Aristot. de Cœlo & Mundo, & libris Meteor.

Spiritus, morborum omnium caussa.

Spissamentum uocatur, quod extremum superponitur, ne fluitet quod conditum est, sed conditura humor superueniat. Verbi caussa. Cùm condideris olus atrum, ferulam, aliudue huiusmodi, ne innatent in humore quæ condita fuerūt, fœniculū ad os uasis superponitur: tàm diuque deprimitur, ut ius eius usque ad summum labrum perueniat. Non dissimili ratione & oliuæ quondam condiebantur: præcepitque Columel.lib.13.cap.46. conditis iam oliuis, fœniculi aridi fasciculum in eas deprimendum, ut ius superueniat. Et hoc antiquis in agris spissare fuit manifesta rei significatione et caussa: ut angustiore spacio stipata, quæ condita fuissent bonitatem suam diutius seruarent. Græcè uocant σύμματα, ἀπὸ τοῦ σύφαρ. Item & Ædismata.

Spithame, mensura, ab magno digito, ad minimum usquè numeratur. Lege, Palmus.

σπλάγχνα dicuntur, quæ latinis exta sunt uitaliora, scilicet interanea: qualia sunt cor, pulmo, iecur. Aruspicinę prima uox illa fuit, qua cūctas eas partes in animalibus

malibus significarent. Translata deinde ad partium in animalibus historiam, & medicinæ uox est, qua meliora, utilioraque interanea omnia communi extorũ appellatione indicata fuerũt. Interdum tamen solùm iecur ea uoce intelligitur: id enim maximè in aruspicina obseruari præcipiebatur.

σπλάγχνον, sic Diosc. Muscum arborum cognominauit libro primo, in dictione Bryon: quo uocabuli etymo, nõ sanè liquet, nisi quod Græci σπλάγχνα exta appellant: nec est tamen quod animantum extis, cum Bryo cõueniat: siue cor, hepar, lyenem, aut pulmonem accipias. nullum enim, ut Bryon, uillosum, aut Musci modo in tàm multa capillamenta discerptum.

Splendor, Glumer/od katzen sylber.

Splen, ex arterijs & uenis tenuia quædam uascula habet, atq; in medio concauitates quàmplurimas uasorum: mollis, & laxus est σπλὴν, lien.

Splenetides, uenæ & fibræ splenis.

σπληνικοί, id est, lienosi uocantur, quibus lien, obstruso, obseptoq; in eo atræ bilis incremento indurujt.

Splenetici, quibus splen præter naturã inflammatus non recipit liberationem inflamationis, sed in ipsis remanet duricies, & uelut in his morbis fluxione infestatur. Mutatur autem & secundùm naturam corporis color. Galenus de Definitionibus.

σπληνιᾶν, apud Græcos, est splenis uitio laborare.

Splenion, idem quod Asplenion, apud Dioscor. lib. 3. cap. 153.

Splenion, Hemionitis, apud Dioscoridem lib. 3. cap. 153.

Splenion, Periclymenon, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 15.

σπληνῖτις, lienaria uena.

Splenium. Plinius lib. 21. cap. 15. Vnde Spleniata frons Martiali, à lienis forma: cuius meminit & Pollux, & Dioscorid. & reliqui.

Spodium, Oleastri folia, cum floribus in cinerem redacta. Modum conficiendi uide in Dioscor. lib. 3.

Spodion, quid reuera sit, uide apud Dioscor. lib. 5. cap. 76. de Pompholyge.

σπώμενοι, conuulsi.

Spondylus, nomẽ est piscis, uertebras & nodos in ceruice, &, ut autor est Pollux, τράχυλος, id est, spinas habens. nam constat septem Spondylis. Appellatur & Spondilia. Vide Columellam libro. 8. capite. 16. Festus σφόνδυλος, cubos uocat.

Spondylion, folijs tantùm differt à Panace: quia sunt minora, & Platani diuisura. Non nisi in opacis gignitur. Plinius libro. 12. cap. 26.

Spondylus, salsamentorum generis.

Spondylum, quod in capite mugilum echinata specie conspicitur. Athenæus.

Spondylon. Lege, Spondylus.

Spongias Antiqui olitores uocarunt, radiculas illigatas & connexas. Hinc,

Spongiolæ, & Spongiosæ appellantur radices Asparagi, à còitu earum in unitatem.

Spongias, herbæ nomen. Citatur ab Ætio in citra dysenteriæ: sed ulterius illam notis alijs non pingit. Vide Sermone. 9. cap. 44.

Spongion Nerion, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 85.

Spongotheræ, id est, Spongiatores, siue urinatores.

Spongiarum naturas & iuuamenta, require apud Dioscor. lib. 5. cap. 129.

σποραδικός, morbus qui quouis tempore obuenit, & quouis loco.

σποριασις. Scabies.

Spuma salis, in exilibus petris inuenitur: de qua uide Dioscor. lib. 5. cap. 118.

Spuma argenti, hoc est, Lithargyros, distat à Scoria, quo à fæce Spuma, & Lithargyros, purgantis se materiæ uitium est. Vide Dioscor. lib. 5. cap. 93.

Spuma nitri, grçcè Aphronitron, apud Dioscor. lib. 5. cap. 122.

Spuma

Sputa, reiectiones, quæ sponte sua, & quasi naturalis purgationis modò in os subeuntia pelluntur.

Spyradæ, stercora caprina.

Spyrdana, caprarum stercora rotũda.

S Q

Squali pisces. Plin. lib. 9. cap. 24.

Squama uitalis: utitur ea uoce Plinius lib. 36. cap. 24. Gypsum dicens optimum fieri è lapide speculari, squamam uitalem habente. Sed cauendum, ne lectio uitiata sit, quandoquidẽ uetusti codices sic habent: ex lapide speculari, squamam ue talem habente. Est enim specularis lapis duplex, ut eodem lib. ait, cap. 22. Absolutus alter, ac per se nascens segmenti modo, uel ut ipse legerim, Cementi. Alter saxo inclusus, aut complexu silicis alligatus. Gypsum igitur optimũ intelligit, uel è primo genere, hoc est, specularis absoluti: uel è secundo, id est, è lapide, qui squamam talem habeat inclusam.

Squarrosa, scabraq; ligna, græcè λεπρὰ

Squatinæ, piscium nomen. Plinius lib. 9. cap. 24.

Squalere dicuntur, quæ amisso natiuo humore, aut eo carentia, mollitudinẽ nõ habẽt: aut eo exucto, ad ariditatem transierunt. Potestq; aliquid squalere, & non tamen asperũ esse. Sic senũ corpora squalere dicuntur: & per anni æstum agri, cũ minorum & annuarum plantarum folia, & caules in cremia transierunt.

Squama æris, Cyprij clauis ęre fabricatis excutitur, crassa & ipsa. De qua uide Dioscoridem lib. 5. cap. 80.

Squinanthũ, uocabulũ officinarũ, quæ ex duobus scilicet nominibus σχοῖνος, et ἄνθος, pro more suo, ut omnia soliti sunt corrumpere, fecerunt Squinanthũ. Græcè uecatur σχοῖνος, uel odoratus iuncus, uel iuncus rotundus odoratus. Vsus est tamen floris tantummodo: etiamsi officinæ tantùm exhibeant stramina. Vide, Schœnianthos.

S T

Stacte, Dioscoridi lib. 1. uocať pinguedo recentis Myrrhæ, cum exigua aqua tusę, & organo expresso. Ea perq; odorata & preciosa est, atq; unguentum per se facit, Stacte nominatũ. Maximè probatur quæ nullam olei admixtionem admisit, cuius minima portio compos est uirium plurimarum, uim myrrhę calidis unguentis respondentis habet. Suidas στακτὴ εἶδος ἀρώματος, καὶ κασσία. Appellatione unguenti Ægyptiaci Stacten uenire, autor est Athenæus. Hodiè officinæ omnes Storacem liquidam uocant: quanquàm est & alia Storax, de qua aliâs. Stacte, à destillando dicta, quod Græci στάζειν dicunt.

Stachy. Lege, Orminon.

Stachys, frutex Marrubio similis, sed longior, folia ferens numerosa, hirsuta, rara. De qua uide Dioscor. lib. 3. cap. 119. Plin. lib. 24. cap. 15. Teut. wolryechend et Andorn. Dicta Stachys, quòd uerticillato florum ambitu, & urbibus spicarum caules cingentibus coronetur.

Stachyte, Tripoliũ. Diosc. lib. 4. ca. 136.

στάχυς, spina, atq; ea pars appellatur, quæ sub uentre est.

Stachyites, Potamogeton, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 102.

Staës, massa farinæ, quæ alio nomine, Conspersio uocatur.

Staffæ, uulgò pedum equinorum sustentacula.

Stagna, pestilentissima in Sardinia. De quibus uide Solinum cap. 10.

Stagoniam uocant Græci, Thus mammosum.

σταγονίας, id est, masculum thus: et principatum tenet, suaptè natura rotundum. De quo plura Dioscor. lib. 1.

Stagonitis, Galbanum, apud Dioscoridem lib. 3. cap. 96.

Stalagonium, Chalcanthi species est, purissimæ stiriæ, siue guttæ simile: à quo & nomen σταλαγμὸς.

σταλτικὰ, represiua, contractiua.

σταλτικὴ δύναμις, retinẽdi et sistẽdi uis.

Staphyle, uua, à Staphylo liberi patris filio

filio sic uocata.

σταφυλοφόρος, uuigera, Colu. nomine.

Stamina, apices sunt in medio calycis erumpentes. Dicta, quòd ueluti filamenta ab intimo floris sinu prosiliant.

Staphyloma, uuatio, oculi uitium. lege, Exulcerationum quæ in oculis.

σταφυλὶς, à Plin. dicitur hæc uua Astraphis agria, quam Taminiam aliqui uocãt falsò: suũ enim genus habet. Valet ad pituitam: unde à quibusdam dicta Pituitaria. Græco uocabulo Agria staphyle, dicitur una syluestris. Colu. lib. 8. cap. 5.

σταφυλῖνος Græcis, Latinis Pastinaca dicitur, Teut. Pastney / oder Pastnapen / Geel Rüben, à pascenda dicta.

σταφυλῖνος ἄγριος, Pastinaca agrestis, apud Dioscor. lib. 3. cap. 57.

Staphisagria, apud Dioscor. lib. 4. cap. 158. Teut. Leüßtödt / Leüßkraut / Bißmüntz. Pedicularis item Pituitaria uocata: quòd ex oleo inuncta pediculos necet: & commanducata, feruore multam pituitam trahat.

Stathenix, pectoris summi medianæ portiones.

Statica. Lege, Siliqua.

Statumina, pedamenta, pedis adminicula. Colum. lib. 5. cap. 3.

σταυροτύπος. Lege, Phyteuma.

στεατώματα, ἢ στεατώμα, est adipis contra naturam collectum aliquo loco incrementum: nomenq; illis ab adipe, quem Græci στέαρ uocant. Sic Diosc. omniũ in animalibus pinguium appellationes hac unica uoce στέατον appellatione soluit. Atq; in toto illo abscessuũ genere quot sunt clausæ & latentes in eis humorum substantiæ, tot etiam Græcis eorũ nomina sunt. Non ideò quia in illis substantię illæ sint à quibus nomen inuenerũt, sed sola earũ similitudo: scilicet Meliceridæ, Atheromata, quæ apostemata sunt tunicis clausa & cõtenta. Et quoniam quæ clauditur, & quæ cõtinetur in illis caro, aut carnosum corpus, mutata ex corruptione natura, modò adipescit, modò putrescit: ideò hoc, aut illo nomine censet. Dico autẽ adipescere, aut pultescere, in adipẽ, aut pulti similem humorem mutari: ideoq; illud Steatoma, hoc Atheroma à Græcis dictum fuit. Est enim Atheroma ab athora, quę uox pultis triticeę, aut ex alia fruge genus Gręci uocabant, quasi pultatio. Quod genus idem Galenus deffinit: Neruosam esse tunicam Atheroma, in qua pultaceus humor continetur.

Stœbe, apud Dioscor. lib. 4. cap. 14. herba Scabiosa dicta.

Stœchis, umbilicus terrę, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 93.

στύμμα, adstricta renũ uitia, omnia scilicet illa, quorum impedimento urina aut difficulter, aut rara, aut p interualla reddit, siue in renibus, siue in uesica ea sint.

στέγνωσις, cutis constipatio, quo transmittere superuacua prohibetur: quæ fit, uel meatibus obstructis, uel illis ipsis dẽ satis. Curã eius uide apud Paul. li. 1. c. 21.

Stelephuros, Theophra. est Plantago.

Stella, Aster uel Inguinalis herba, apud Dioscor. lib. 4. cap. 121.

Stella, piscis parua admodũ carne intus, extra duriore callo. Huic tàm igneũ feruorem inesse tradunt, ut omnia in mari attactu aduıat. Plin. lib. 9. cap. 60.

Stella crinita uocat, propter fulgoris species: sed ubi in alteram pártem ille dilatatur sæpenumero. Euenit autẽ, ut fulgores huiusmodi tempore multo permaneant, sæpè ut confestim extinguantur.

Stellio, Lacertę genus stellatę, Chamęleontis naturam habet, rore uiuens: nullum animal fraudulentius, ut inquit Plinius libro. 8.

Stelliones. Lege, Tarantulas.

Stelliones, in nouis domibus cernuntur, ueneni præsentanei: in locis ostiorũ, fenestrarumq; sunt, aut cameris, sepulchrisue. Vocant Astalabitem Græci, & Colloton, & Galeoten.

Stenochirialis, equorũ morbus, cũ scilicet eis cõstringitur uisus, et uires amittit.

στενότερα φύλλα, ãgusta et cõtracta folia.

Stephane,

Stephane, Laurus Alexandrina, apud Dioſcor. lib. 4. cap. 148.
Stephanos Alexandri, Daphnoides, apud Dioſcor. lib. 4. cap. 149.
στέφανος. Vide, Poros.
στέφανος λευκοῖος, corona uiolacea.
Stepſicerotes, circa mare caprarũ genus
Stercus, excrementũ alimẽti, ex concoctione & digeſtione cõmoda ſegregatũ.
Stercus ferri, id eſt, ſcoria, de qua uide Dioſcoridem lib. 5. cap. 85.
Stereon, ſolidum corpus Græci uocãt, quod ex tribus dimenſionibus conſtat.
Stergethron, Cotyledon, apud Dioſcoridem lib. 4. cap. 93.
Sterilitatis cauſſa duplex. Vna à uiro, altera à fœmina prodit. Ab hac uel propter humiditatem nimiam, aut pinguedinem uuluæ. A mari autem: quando ipſe eſt ſpado factus, & teſticulis caret, uel alio quouis pacto ægritudine detentus. Galenus de Definitionibus.
Sternon, inferiora thoracis.
Sternutamenta Veteribus ſacra fuiſſe, uel ex illo Theocriti deprendimus, ζ.
σιμιχίδα μὲν ἔρωτες ἐπέπταρον.
Equidem Muſæ amores ſternutatione approbarunt. Et ex illo Catulli,
Hæc ut dixit, amor ſiniſtra
Dextra ſternit approbatione.
Sternutamẽtũ, flatus uniuerſi eruptio.
Sternutatio cauenda in conceptione, & poſt: atq; inibi de incommodis eius. Vide Solinum cap. 50.
Sternutare habitũ olim fauſtũ omen fuit: uidelicet, ſi inter narrãdum inceſſerit, & ſermonis ueritatem præſeferre uulgò creditum fuit. Hodiè quoq; ultra ternitatem ſternutare parum fauſtum habetur. Penelope ſomnia recitante, Telemachũ ſternutaſſe bonum omen fuit.
Steſion, Staphiſagria, apud Dioſcoridem libro. 4. cap. 156.
στῆθος, ſuperior pars thoracis, ad iugulos ſcilicet uſq;.
Sthatenia, pectoris ſummæ Medicinæ portiones.

στιβαρὰ, ponderoſa.
Stibi lapis, & Stimmi, & Stibium. Vide, Stimmi.
Stichas, iuxta Galliam in inſulis Stœchadibus eius nominis, è regione Maſsiliæ gignitur: unde cognomentum accępit. Teut. Stichaskraut. Dio. lib. 3. c. 29. Cõfudere quidam recentiorũ Stœchadion cũ Stachye: item cum Santonico Abſinthiũ. Legitur & Stœchis pro Stichas.
στίγματα, in antiqua medicina dicta ſũt, non puncta, ſed maculis punctorũ, quantitate & forma decolorata cutis. Differũt quę ex antiquis ſcriptoribus, & ex nomine ipſo colligitur στίγματα ἀλφικὰ, & utraq; uitiligine: quòd in hijs, ſiue candidæ, ſiue nigræ maculæ ſint, maior quantitas, & nulla certa forma eſt: in ſtigmatis autem puncta tantùm, & punctis uariata ſuperficies.
Stillicidiũ, Latini appellant malũ, cùm ſine calculo et inflamatione lotiũ egerit.
Stipa, Stœbe, apud Dioſ. lib. 4. cap. 14.
Stirps, truncus arboris.
Stilago, Coronopus uulgò.
Stimmi, quod nos Stibium, & Stibi uocamus, in argenti metallis inuenitur, ſpumæ lapis candidę, nitentisq;, non tamen tranſlucentis: aliqui Alabaſtrũ uocant, Alabandum, & Alabandicũ. Vide Dioſcoridem lib. 5. cap. 90.
Stipteria quid ſit, uide apud Dioſcoridem lib. 5. cap. 12.
Stipulæ, ſunt folia culmum ambientia.
Stiua, pars aratri eſt, de qua Verg. Stiuaq; quæ currus à tergo torqueat. Mar. Var. Stiua, inquit à ſtando dicta, in qua tranſuerſa regula eſt dicta manicula, eo quòd manu bubulci tenet. Col. lib. 5. c. 3.
Stolon, legimus dictum in animalibus caudæ tenorem, ut interpretatur Theodorus. Nam Ariſtoteles ait, caudis quandoq; ineſſe longiores pilos, ſi ſtolos fuerit breuis, ut equis: aliàs uerò breuis, ſi longior ſit ſtolos, ut bobus.
Stolones, Plin. in arboribus appellat fruticationem inutilem, Vnde & Stolonum

num Liciniæ genti inditum cognomen. M. Varro planiſsimè ſcribit de Stolonibus, cuius uerba ſubſcripſi, quę ſunt hęc. Nam Stolonis illa lex, quæ uetat plus quingenta iugera habere ciuem Romanum: & qui propter diligentiam culturæ Stolonũ confirmauit cognomen, qui nullus in eius funda reperiri poterat Stolo, qui effodiebat circum arboris radices quæ naſcerentur ex ſolo, quos Stolones appellabant. lib. 5. cap. 8.

Stomachi nomine Plin. poſtremã gulę partẽ accipit: cui mox adnectiť uertex.

Stomachici propriè Galeno ſunt, qui cibum non continent. His caput dolet, & cum febre nauſeam patiuntur: nihil eos accipere delectat, dolorem etiam patientes in ſtomacho.

Stomachica ſyncopis, morbus qui aliâs Sardiaca paſsio uocatur.

Stomachus, id eſt, στόμα τῆς γαστρὸς, hoc eſt, os uentriculi.

Stomachus neruoſus quidèm, & arterijs plenus, appetitui, & deglutioni ciborum, uelut inſtrumentum accommodatus: aut qui ſicci & humidi nutrimenti receptaculum ac meatus eſt.

Stomachus uomituriẽs, paratus ad uomendum.

Stomachũ intelligere oportet nõ ſolũ eũ qui ita propriè nominať, ſed & ipſum uentriculi os. Galen. lib. 6. Aphor. 39.

στόματος εὐωδία, oris bona redolentia.

Stomaticũ, id eſt, ſtomachicũ, & ſtomachi cõfortatiuum. Habetur aũt duplex.

στόμιον τῆς μήτρας, os & hiatus pudendi muliebris.

Stomoma, genus ſquamæ ſubtilius, ex ſumma uidelicet lanugine decuſſum.

στοιχεῖα, principia prima ex quibus cõſiſtit homo, ſcilicet, ignis, aër, aqua et terra.

στραβισμὸς, oculorum uitium in ijs, qui Strabones dicuntur. Fit autem ex cõuulſione muſculorum bulbum mouentiũ. Lege, Exulceration. oculorum.

Straboſitas, idem quod Strabiſmos.

στραγγουρία, urinę ſtillicidium. Id etiam δισουρίαν uocat Ariſtot.

στραγγουριῶ χθὲς γὰρ ἔφαγον κάρδαμα. Siquidèm urinam ſupprimit cardamũ. Vel ut græcè dicam, οὖρον ἐστὶ ἐπισχετικὸν, ſed & πλύσματος δυσουρία, quibus lotium ægre it: idem quod στραγγουρία.

στραγγουριῶντας, urinæ ſtillicidio laborantes.

Stranguria, urinæ ſtillicidiũ.

Stramenta, à ſternendo.

Stratiotice, Millefolium apud Dioſc. lib. 4. ca. 116. Garb/Schaffgarb/ſchaff ripp/Tauſentblatt/Gerwel. Chiliophyllon à foliorum copia dicta. Stratiotes uerò, quòd uulnera ferro facta ſanet: atq; adeò in militia & caſtris multus ſit eius uſus.

Stratiotes, herba, apud Dioſ. fluuiatilis et aquis ſupernatat, ſine radice, li. 4. c. 103.

Stratiotes Chiliophyllos, Millefoliorũ generis, apud Dioſc. lib. 4. cap. 104.

Stratoma, tuberculum eſt: ſic dictum ἀπὸ τοῦ στέατος, quia quiddam pingue in eo ſit, & collectum ſub cutem: fit in capite, ceruice, alis, lateribus.

Strato Medicus, citatur ab Aëtio, ſermone. 13. cap. 46.

Straton Peripateticus, à Macro. lib. 1. in ſomniũ Scipionis, Medicus inducitur.

Stratonicus, & Sabinus celebrantur diſcipuli Hippoc. ab Gal. libro de atra bili.

στρέμματα, à nobis luxata. cùm ſuo loco mota oſſa, legitimos naturæ in ea parte motus cum dolore remorantur.

Striæ, partes ſunt quædam quę protuberant & eminent. Hinc Striatus caulis, qui eiuſmodi ſtrijs eſt prædiitus, aut ſtriaturis exaſperatus. Appetiantur & Vitruuio, Strigiles.

Strigil, inſtrumẽtum quo balneatores fricabant: ſordeſq; eas Strigmenta uocabant, quæ athletis ad ungendum uenundabãtur. Indicauit commoda eorum etiam Dioſcor. lib. 3.

Strigmenta balnearũ dicũtur, quę oleo illitis capitibus poſt ſudorẽ, unà cum ſudore, reliquiſq; humani corporis cõcreta, & in balneorum pauimentis relicta

 ſunt.

ſunt. Græci ξύστρας βαλανέων uocant.

Strigmenta paleſtrarū, hoc genus aliud non ſunt, quàm puluis, qui luctantiū corporibus inſpergitur, & oleo ſuperuenit. Hæc pulueris inſperſio à Græcis ἁφὴ dicebatur, puluis ipſe κόνις. Cum ipſo te, inquit Plinius, puluiſculo conuerram. Et Geometricum eſt puluiſculus.

Strigmenta è parietinis, & à paleſtra. Barbarus ſignificare exiſtimat ſordes è ſtatuis gymnaſij, & è parietibus. Porrò Gymnaſium quid ſit, require in dictione Gymnaſium.

Strigoſus, apud ueteres morbus dicitur iumētorū, qui corpora ſtringit aut fame, aut alia uitij cauſſa: quaſi ſtringoſus, à ſtringēdo. Aul. Gel. Strigoſum appellat equum emaciatum, & malè cinnatū. Liuius tradit equos ex itinere uiſos eſſe ſtrigoſiores, hoc eſt, macriores, atte nuatioreſq́;. Colum. lib. 6. cap. 36.

Stringere, decerpere, ſecare, & colligere. Vergil. Sed tamen & quernas glandes, tùm ſtringere tempus. Hinc ſtricta olea dicta, quæ manu colligitur. Colum. lib. 6. cap. 3.

Stringere item, colligere. Inde ſtrictiuę oliuæ, quæ manu leguntur: ad differentiam caducarum.

Striphna, quæ ualenter adſtringunt.

στρόβιλοι, id eſt, nuclei pinei: quanquàm στρόβιλος, & tripudij genus eſt, ſiue ſaltationis, apud Iulium Pollucem.

στροβιλίνος, pineus.

Strobon uocant, quod in Nabathęa gignitur Ladanum: & fit à capris.

Strobos, arbor in Carmania, optimos ſuccenſa de ſe ſuffitus & odores fundēs. Plin. lib. 12. cap. 17.

Strongyloproſopa dicuntur, quibus rotunda eſt facies.

Stropheos, conuerſio colli circū ſphondylos.

στρόφοι, graues quidem, ſed nō omnes, nec ubiq; in homine dolores: ſed qui circa umbilicū omne id ſpaciū quod in anteriore homine ab oſtio ſtomachi, uſq; ad umbilici partes deſcendit, & uſq; ad epigaſtrion. Latinè, tormina, à torquendo, ad imitationē Græcorū. Frequens Plin. ea uoce utitur. Nec Celſus aliud ſignificare uidetur lib. 2. cap. 11. cùm inquit: Eiuſdem morbi nota eſt, ubi circa umbilicum inteſtina torquētur. στρόφος Græci nomināt. Pluribus dictionis eius ἔτυμον executus eſt Marcel. Verg. in commentarijs in Dioſc. dictione Agalochon.

Strues, dicebantur extructiones rerū, & propriè in ſacrificijs.

Struma, tumor quo ſubter cōcreta quędam ex pure & ſanguine quaſi glandulæ oriuntur, quæ uel præcipuè fatigare Medicos ſolent: quoniam & febres mouent, nec unquàm matureſcunt. Celſus lib. 5. cap. 28. Item,

Struma morbus eſt, cui propè peculiariter obnoxij ſunt ſues: unde & à Gręcis χοιράδες uocantur. Vulgò Scrophulas uocant, à ſcrophis, quæ illis maximè infeſtantur. Plinius. Obnoxij ſunt ſues morbis, anginæ maximè & ſtrumæ. Eſt & ſtruma, ut docet Cornel. Celſ. tumor in quo ſubter concreta quędam ex pure & ſanguine, quaſi glandulæ oriuntur, quæ præcipuè fatigare Medicos ſolent: nec unq; facilè matureſcunt, maximè in ceruice, ſed etiam in alis, & inguinibus, & in lateribus. Colum. lib. 7. cap. 10.

Struma, eſt Batrachium: ſic dicta, quia Strumis potiſsimum medetur.

Strumarum curationem require apud Paulū libr. 6. cap. 36. & inibi quid reuera ſint Strumæ.

Strumus, Solani generis.

Struthea, Cotonea. Lege, Cotoneorū genera.

Struthiocamelus, auis Aphrica, & Aethiopica, altitudinē equitis equo inſidentis excedens, quouis equo uelocior: ad hoc donum datis pennis, ut currentem adiuuent. Cętera non ſunt uolucres, nec terra tolluntur. Plin. libr. 10. cap. primo. Lege, Struthium.

Struthiū, ab aliquibus Cerdon, ab alijs Catharſis,

Catharſis,

Catharsis, ab aliis Struthiocamelus, à quibusdã Chamerrhyton, à Magis Callyrrhyton, à Latinis Lanaria herba, aut Radicula appellatur: herba qua purgandis lanis utuntur qui eas eluunt: spinosa herba, nõ tamen acanacea. Teut. Seyffenkraut. De ea uide Dioscor. lib. 2. Plin. lib. 19. cap. 11. lib. 24. cap. 11. Dictum Struthium, quòd Venerem stimulet: à salaci aue passere scilicet, quam στρουθὸν uocant.

Strutio magnus, Strutio paruus, Strutio Aphricus: atq; de his omnibus latissimè Ælianus.

Strychne, id est, Strychnon, apud Dioscor. lib. 4. cap. 74. & 76.

Strychnes, εἶδος λαχάνου, id est, species holeris. Sic Theocriti interpretãtur scholia. Vide de hac Dioscor.

Strygis, apud Hippocratem frumenti quoddam genus, lenius tritico, sed quod uentrem magis ducit.

Strychnon Hipnoticon, Solanum Manicum uocant, apud Diosc. lib. 4. ca. 76.

Strychnos Græcè, Galen. τρύχνος. Latinè Solanum, Officinis Solatrum, Vulgò Cuculus, Vua lupina, uel uulpis, Morellaq; dicitur. Teut. Nachtschatt. Solani genera uide apud Fuchs.

στρυφνὰ, acerba, uehemẽter adstringen

Stryphnen, uinum acerbum, quo (tia. Galenus ad sanguinem supprimendum utitur Method. 5.

Sturio, non est Silurus, quod putauit Paulus Iouius lib. de Piscib. Romanis. De quo uide prolixam admodum disputationem apud Manardum lib. 9. Epistolarum, Epistola. 3.

Sturnus. Lege, ψαρὸς.

De Sturnis uide Plin. lib. 10. cap. 24.

Stymmata, græcè spissamenta. Vide dictionem, Spissamentum.

Styphonia, Stechas, apud Dioscor. lib. tertio, cap. 29.

στύραξ δάκρυόν ἐστι δένδρου τινὸς ὁμοιοκυδωνίῳ, id est, Styrax lachryma est arboris malo cotoneo similis. Officinæ Storacem uocant. Dioscor. lib. 1. Plin. lib. 12. cap. 17. 28. lib. 24. c. 6. Theoph. lib. 9. ca. 7.

Styrax, arbor Cotoneo malo similis, lachrymæ ex austero iucundioris, intus similitudo harundinis, succoq; prægnans. Nascit in Syria Iudææ proxima, circa Casium Seleuciæ montẽ. Plin. lib. 12. ca. 25.

S V

Suauis color. Lege, Color uarius.

Suasus color. Lege, Color uarius. &, Pullus color.

Suber, arbor procera, sine multis ramis, ligno robusto, cortice percrasso & aspero in senectute. Pulchre pingitur ab Hermolao Barbaro Coroll. in Fagum.

Subgrundia. Varro etiam subgrundias uocat, partes tecti prominentes.

Subinde, frequenter, aliâs, mox, deinde, & itidem. Colum. lib. 6. cap. 2.

Subluuies atq; intertrigo. Videt Subluuies esse exulceratio, in pedibus ouiũ nascens, quando scilicet ab ungula cutis resoluitur: in homine Reduuiam dicũt. Luere enim soluere est: quasi subtus soluatur coriũ. De Intertrigine quæ ex intertritu nascit, aliâs. Col. lib. 7. cap. 5.

Submittere prolem, educare, producere, propagare. Colum. lib. 7. cap. 9.

Subrumentur, sub mammã mittantur, subiiciantur q; : antiquo nanq; uocabulo mañia dicitur ruma. Vnde agni & hœdi subrumi appellantur, qui sub rumis, id est, mañis adhuc habentur. Hinc uerbũ subrumari, quod significat sub mammam subiici. Hinc ruminalis ficus: quòd sub ea arbore lupa rumã, id est, mamam Romulo & Remo dederit. Col. li. 7. c. 4.

Subscudes, appellantur tabulæ, quibus tabulæ inter se configuntur: quia quo in nituntur, succiduntur. Pacuuius. Nec ulla subscus cohibet compagem.

Substillum, à stillando dictum. Est aũt ægritudo, quando stillatim urina emittit.

Substructiones, Plinius, Cicero, cæteriq; uocant ædificia enormia, sumptuosa, & impendiis propè regalibus extructa.

Substructiones item intellige aceruationes lapidum in unum agri locum congesto-

gestorum, instar substructionum, quibus ædificia magna consurgunt. Columella lib.1.cap.2.

Subtercus, idem quod Hyposarca, uel Sarcites hydrops.

Subuesperus, uentus flans ad sinistram Aphrici, Vitruuius.

Succedentia præsentium signa. Lege, Signum.

Succidanea, ea quæ alio nomine ἀντιβαλλόμενα, uel ut barbari uocant, Quid pro quo.

Succidia, à suibus edendis dicta.

Succidiũ, exponit Nonius pro larido.

Succinctura, Aristoteli Diaphragma, uel septum transuersum.

Succingulum, membrana, uel potius tunica est quæ circa costas, in qua cognoscitur aliquando pleuritis.

Succinum Elatinum. Lege, Electrum.

Succinum orientale. Lege, Electrum, & Erasmum Stellam. Plin. lib.37. Glessum uocant. Teut. Agtstein.

Succinum. Lege, Asarum, uocabulum Tuscum, siue Etruscum.

Succisa herba, Morsus diaboli. Teut. Teüfels Abbiß, ut quę à diabolo in radice subuersa sit.

Succus acidus, id est, Melãcholia: quoniam scilicet acris in morem aceti fit, & corpus animalis rodit.

Succum dulcem, olim Praxagoras, & Philotimus, magis proprio uocabulo pituitam uocabant.

Succus uitreus, secundùm Paraxagoram frigidior & crassior.

Succus Papaueris, id quod uulgò Opium uocant.

Succussarij equi uocant Germanorũ, quòd subsultim & molestè ingrediãtur. His similes appellat Nonius Tortores equos: Plaut. uerò Cruciãtes. Vt crucian te, inquit, canterio. Succussarios Festus.

Sucerda, stercus suis.

Sucotachos, Helxine. Dios. lib.4.c.42.

Suculæ. In capite Tauri sunt stellæ, numero septem, quas nostri Suculas uocãt, Græci Hyades, nomine pluuio. Nam Græcis ὕειν dicitur pluere. Hæ autẽ stellæ cùm oriuntur, & occidunt, tempestates, pluuios, largosq; hymbres cient. Imperiti arbitrantes dici Hyadas, à suibus, qui græca uoce ὗες nominantur, à similitudine nominis. Græci appellauere Suculas: siquidem sus per diminutionem dicit Sucula. Hinc locus ille Plautinus: Quin tu die recta cum sucula & cum porculis. Plinius tradit id sidus uulgò appellatum esse Palilicum: quod cælatur uesperi circa Palila, qui dies festus est uigesimus primus mensis Aprilis, idemq; urbis Romæ natalis. Colu. lib.11.cap.2.

Sucutum, Symphyton utrunq; uolũt: atq; Consolidam dici. Vide Diosco. lib.4.cap.11.&.12.& inibi Barb.& Verg.

Sudatorium, quale balneum sit, lege in dictione, Balneæ.

Sudor, defæcatio est, & superfluitas humiditatis tenuis & serosæ in sanguine.

Suffimentum, Moschatum, apud Aëtium, odoramẽti genus admodum suaue.

Suffitas, fumigatas, & quodam quasi suffimine medicatas. Verg. inquit: At suffire thymo. Apud Plinium frequenter legitur, Suffitus, Suffitiones, Suffimenta. Apud Ouidium, Sanguis equi suffimen erit. Colum. lib.9.cap.14.

Suffocans affectus. Lege, Catochus.

Suffragines coronæ. Sunt in cruribus posterioribus quadrupedum Suffragines, quibus pedes inflectuntur. Dici ex eo uidẽtur, quod subter frangantur. Plinius tradit aues curuare suffragines in posteriora, quibus uerbis planissimè demonstrat, Suffragines dici illam in cruribus partem, quæ humani poplitis modò curuatur. Hinc Suffraginosa mula, cuius suffragines morbo infestantur. Corona autem pars est pedis in brutis animantibus. Hinc Suffraginosus, laborans suffraginibus. Columel. lib.6.cap.14.

Suffraginosa mula, cuius suffragines morbo uitiatæ sunt.

Suffriare, infriare, perfriare, ex eodem

fonte

ſonte manantia uerba,ſignificant minu-tim conterere,et quod uulgò dicitur pul uerizare,atq; inſpergere. Columella li-bro.9.cap.35.

Suffruties,Græci φύγανον nominant, fruticum quædam rudimenta. Sunt autem herbis ramuli complures,ſurculiquè ramoſi,ſed minutis folijs. Ruell.

Suffuf,idem quod puluis.

Suffuſio,quæ uulgò cataracta.

Suffuſio, eſt ſegnis humoris in cornea tunica ſupra pupillam concretio:quę impedit,ne uel uidere, uel certè clare uidere poſsimus, præcipueq; ob frigiditatē, & imbecillitatem uiſibilis ſpiritus obueniens:familiaris admodum ſenibus. Paulus lib.6.cap.21. Vel,

Suffuſio oculorum,omnium Græcorū interpretatione,ſubeunte, & glaciei modo concreto inerti humore inter corneam & cryſtallinam fit: quo uiſus ſaltem eatenus impeditur, ne poſsit diſcretas rerum ſpecies & colores oculus apprehendere. Lege, ὑπόχυσις.

Sugentiana,id eſt, Acoron:ut interpretatur Apuleius.

Suggillata, Gręcè ὑπώπια, hoc eſt,illa ueſtigia quę ex ſuggillatiōe,id eſt,uerberib. aut ſimili cauſſa ſub oculis maximè proueniūt. Nam & oſſa oculis ſubiecta. Iulius Pollux uocat etiam lenticulas in corpore,quas alij φακὸς nominant.

Suggillata. Lege, ὑπώπιον.

Suibites,gallice Hedera. Dioſcor. lib 2.capite.199.

Sulac,corroſio palpebræ cū rubedine.

Sulfur ἄπυρον,quod ignem expertum non eſt.

Sulfur uiuum,quod Græci ἄπυρον uocant,naſcitur ſolidum, ut inquit Plinius lib.35.cap.15.atq; ibidem de generibus eius quatuor require plura.

Sumac. Lege, ἐλαιομέλι.

Sumen,infra umbilicum eſt: dicitur ab antiquis Abdomen, uenas prætenues habet ſubter cutem diſperſas, quibus in utero conſeptum aquam emittit,quod in abortu euidentius deprehendimus.

Superadnata oculi,membranæquè, id quod barbari hodiè uocant coniunctiuā.

Supercilium ſolis, Oxyſchinos, apud Dioſcor. lib.4.cap.55.

Supercilium terræ, Capillus Veneris, apud Dioſcor. lib.4.cap.137.

Supercilium Veneris, Achillea, apud Dioſcoridem lib.4.cap.39.

Supercilium Veneris, Millefolium, apud Dioſcor. lib.4.cap.116.

Superficies conuexa, quæ eſt corporis circundans extrema.

Superficies concaua uocatur, quæ eſt continentis interior ultima.

Supinitas ſtomachi quæ ſit, atq; unde originem habeat,require apud Aëtium ſermone.9.cap.9.

Supplantare uitem,eſt quaſi explantare,deluxare,atq; proſternere. ſicut in paleſtrico, curruliq; certamine luctantes ſupplantant aduerſarium, & curſor curſorem, ſubductiſq; pedibus, arietant ad terrā: quod græcè dicitur ὑποσκελίζειν. M. Tullius tradit:quòd qui ſtadium currit, nullo modo debet ſupplantare eum, quicum certet. Plinius,uuas ſupplantar, pro eo quod eſt, lædit, conuellit, atq; delumbat. Columella libro de Arboribus capite ſeptimo.

Suppoſitorium uocant, quod durum inteſtinorum orificio, ad prouocandum excrementum imponitur. Eruditiores, Glandem, græcè βαλάνον dicunt, cuius figura, aut penis etiam formatur. Sebaſtianus Auſtriacus.

Suppurationes, apoſtemata Græci uocant. Fit & Suppuratio, quando ex ulceribus manat pus, hoc eſt, ſanies. Suppurare dicuntur hulcera, quando peruenerunt ad maturitatem, & emittunt pus. Columella libro.6. cap.11. Hippocrates autem Suppurationes conſueuit appellare non eas tantùm, quæ ſunt in thorace, ſed quauis alia parte ad pus alterata particula. Solos uerò præcipuè magna ex parte ſuppuratos nominat, quibus in

Inter thoracem atque pulmonem aceruatum est pus: atque hic uerè ueteribus mos fuit. De quo in lib. 7. Aphor. 45.

Suppuratio morosa, quæ difficulter ad saniem deducitur.

Supputari, putari, decidíque ferro. Columella lib. 4. cap. 33.

Sura. Vide, γαστροκνήμιον.

Suria, suffocatio est uesicæ, ut omnino urinam neget, uel uentris beneficium.

Surcularis terra, ad surculos progenerandos idonea, lib. 3. cap. 11.

Surculus uocatur, quod ex ramis indiuiduum est, simplexque oritur: estque uelut germen quoddã ex ipso trunco, uel caudice productum. Teut. ein Belzweig.

Sus. De Suibus doctissima quędam ex Barbari Corol. in Dioscor. lib. 2. quod incipit, Pulmones equini. Plin. lib. 8. ca. 51.

σούσινον ἔλαιον, id est, oleum liliorum.

Suspectiones, græcè ὑποφάσις uocatur. Hippocrates oculorum imperfectas conniuentias. 1. Prædictionum, Aphor. 14. Consyderari conuenit suspectiones oculorum per somnũ: si quid etiam candidæ partis subapparet commissis palpebris, &c. ubi subapparentiam illam uocat suspectionem.

Suspendicula, κριμαστῆρες græcè. Lege, κριμαστῆρες.

Suspiria, id est, Asthmon.

Suspiriosi, id est, Asthmatici, qui frequenter suspirant: quos si recti, stantesque spirant, Orthopnoicos appellant. Dispnœa, quam nostri difficultatem anhelandi uocant, lenior est.

Sutura, taurum, chorda, nomina sunt membranæ quæ scrotum intersecat: quę etiam aliqualiter apparet in cute exteriori, in medio scroti faciens quandam rugam secundùm longum corporis. Carpus in Anatomia.

☞ S Y

συάγρος, thus masculum, sed inueteratum, atque flauum.

σῦκα, hulcera firma, eruptionesque rotundæ, cum soliditate aliqua rubentes, quas dolor comitatur.

συκαλίς, id est, ficedula.

Sycaminon, mori pomum est. Arbor ipsa, Sycaminea. Ruel.

Sycamini lachrymam. Hoc nomen, inquit Celsus lib. 3. apud Medicos reperio. Sed cùm Græci morum Sycaminum appellant, mori nulla lachryma est. Sic uerò significatur lachryma arboris in Ægypto nascentis, quod ibi Morosycon appellant. Celsus lib. 3. cap. 18.

σῦκας, Ficus item arbor, sed ea nouella ferè, ut inquit Iulius Pollux.

σύκη, Ficus arbor.

Syce, Peplos, apud Dioscoridem libro quarto, cap 179.

σῦκον, Ficus.

Sycites, idem quod Catorchite, apud Dioscor. lib. 5. cap. 33.

Sycomorus, utriusque parentis nomen refert, ficus, & mori. Ruel.

Sycomoron, aliqui etiam Sycaminum, id est, Morum uocant: cuius fructus.

συκόμορον, id est, Sycomorus.

Sycomorum etiam propter inefficacẽ gustum appellatur. Arbor est magna, fico similis, frondosa, multo lacte abundans, folijs mori. pomum ter, aut quater in anno fert, non ramis, ut ficus, sed caudice ipso caprifico nõ dissimile: dulcibus grossis, sine granis interioribus. Copiosè de ea Dioscor. lib. 1. Macrobius lib. 3. cap. 20. Plinius lib. 13. cap. 7. Theophrastus libro. 4. capite. 2. Galenus. 2. de Aliment. cap. 33.

σύκωσις, hulcus, quod sic à fici similitudine pictum est. Sub eo species duę sunt. Alterum hulcus durum & rotundũ est. Alterum humidum & inęquale. Ex duro exiguum quiddam et glutinosum exit: ex humido pus & odor malus. Fit utrunque in ijs partibus, quæ pilis conteguntur. Est & oculorum uitium eius nominis.

συκωτὰ, ficata, ex caricarum esu appellantur.

Sylene, Cyclaminos.

Syderatio,

Syderatio, ut accidat arborib. require ex Theophrasto lib.4. Plantarũ, cap.16.

Sylithra, Glycyrrhiza. Dioscorides libro.3.cap.6.

Syllogismus, est oratio in qua positis quibusdam, aliud quippiam prius incognitum consequitur. Galen. de Definit.

Sylua mater, Hedera, apud Dioscoridem lib.2.cap.199.

Symmetria, est ex ipsius operis membris conueniens cõsensus, ex partibusq́ separatis, ad uniuersæ figuræ speciem, ratæ partis responsus. ut in hominibus, corpore, cubito, pede, palmo, digito, cæterisq́ partibus, Symmetros est.

συμμετρία item, æqua mensuratio, atq́ proportio qualitatum. Secundùm Galenum.1.de Temper. quod medium inter extrema existit.

συμπαθεία, mutua rerum cognatio, apud Galenum frequens.

Sympasma, conspersio. adhibet huiusmodi naribus Cœlius Aurelianus.

Symphona. Lege, Symphoniaca.

Symphoniaca herba quæ sit apud Palladium, non intelligo: quam plantari & seri iubet subtus Cerasum, ne ab oriente Cane infestetur. Nisi quis Apuleium secutus, Apollinarem herbam interpretetur. Quanquã Plinius Symphoniã herbam describit alternis folijs uiridibus, roseisq́ per caulem, impostam sanguinem reijcientibus mederi. Hanc aliqui Cremphaniam scribunt, aliqui Symphonam, alij Comphenã, aut Somphenam. Quod si pro Hyoscyamo sumi posset, nõ folijs alternis, uiridibus, roseisq́, sed floribus legendum erit.

Symphyton, Glycyrrhiza. Dioscorides lib.3.cap.6.

Symphyton, præter Consolidam etiam Helenij quoddam cognomen est, apud Dioscor. lib.1.

Symphytum petræum quid sit, uide apud Dioscor. lib.4.cap.10. Sanickel. Vide, Alus.

Symphyton alterum maius, Romanis Solidago. Teut. Walwurtz / Schmerwurtz / Schwartzwurtz / Grossz Bibenell. Dioscorid. libro.4.cap.12. Dictum ab egregia eius constringendi & conglutinandi ui.

Symphytum quomodo differat ab Sucuto, lege totum in Herb. nostri tom.2.

Symphysma quid sit. lege, Emphysma συμπτῶμα, casus, uel accidens, quod solet accidere in morbo: quod alibi lib. de Differen. morborum. Galenus ἐπιγίνημα uocat: perinde ac si dicas, aduenticium germen. Item,

Symptoma uocatur, quicquid animanti præter naturam accidit. Galenus libro de Symptom. differen. Sunt ergò συμπτώματα, quæ morbis & alijs affectionibus superaccedunt.

σύμφυτον, Enula campana.

συνάγχη, Angina, gutturis passio & faucium. barbarè Squinantia. ἀπὸ τοῦ σὺν, καὶ ἄγχω. Plærique Medicorum uocant κυνάγχην. Porrò συνάγχην esse solùm faucium inflammationem, Vlpianus. ff. de edil. edict. testatur: & ἀντιάγχην interpretatur inueteratos faucium tumores, qui discuti non ualent: ueluti obluctans, obsistensq́ præfocatio. Ni malis παλαιάγχην legere. κυνάγχη autem dicta est, ut inquit Aretæus Cappadox, quòd id mali canib. quoq́ sit familiare: συνάγχη uerò quod spiritum præfocet & cöartat. Hac aliquando Demosthenes se laborasse finxerat. De quo prouerbium uide in Chiliadibus Erasmi, ἀργυράγχην πάσχει. Alij adhuc παρασυνάγχην, καὶ παρακυνάγχην faciunt. παρασυνάγχην, ubi partibus quæ superiacent faucibus inflammatio affligitur: παρακυνάγχην, ubi extra guttur infestet. Vide supra in dictione, Angina.

Synchisis, oculi confusio, cùm ob plagam aliquam pupilla turbatur.

Synchysis. Lege, Exulcerationum affectus oculorum.

συγκόμιστος. Lege, Syncomistos.

Syncomistos, panis idem qui αὐτόπυρος:

ϱ@: interpretari licebit confusaneum, & quòd castratus non sit, sed omnia simul tulerit, surfures, utriculos, & similã.

συγκρίματα, quasi concreta, uel ex ipsis elementis concretum corpusculum, id est, unguentum.

σύνδεσμος, nodus & coniunctio neruorum, ἀπὸ τοῦ συνδεῖν, colligere.

Syndrome, est cõaceruatio symptomatum, accidentium, seu concursuum.

συνέχοντα, id est, continentia dicuntur, solida omnia membra, ut ossa, nerui, uenæ, arteriæ: ex quibus & musculi, & carnes, totaq; corporis moles conflata est: ad hæc interiorum, exteriorumque concretiones.

συνεκτικαί, id est, coniunctæ caussæ, siue continentes uocantur: cùm præsentes sunt, & morbi quoq; eorum adsunt, cùm tolluntur, morbi discedũt: ut spina, telum. Galenus in Isagog. & libro Definitionum.

συνεχόμενα, id est, cõtenta humida, quę in uasis per tota corpora dispersa feruntur. Atq; hæc quatuor humores uocat Hippocrates.

συνεργαί, caussæ, id est, cõadiutrices, quæ sua uirtute morbum efficere nõ possunt, sed alterius auxilio, ut libido articularem morbum promouet, & remigatio sanguinis eruptionem fouet.

συναίτιαι, hoc est, cõhærentes, ac quasi dicas concaussæ, quæ & si effectum sua ui possunt caussare, alteri tamen cõhærent, ut lapis in uesica, & phlegmone.

Synochos appellant, in quibus una accessio ab initio ad finem perpetuò manens, in multos dies porrigitur. Sic dictos, id est, continentes, non illi quidem græco nomine usi: cæterum solœcismũ committendum potius rati, quam formã ipsius sine nomine linquendam, Galenus. 9. Method.

Syntexis, defluxio ex phthisia eueniens passione. Vide, Colliquatio.

σύνθεσις μύρων, cõfectio unguentorũ.

Syntoma, circumcisio.

Syntrophos, Rubus, apud Dioscor. libro. 4. cap. 40.

συνουσία, concubitus.

σὺον, id est, Agnus castus, Vitex, uel ἄγνος.

Syphar. Lege, Senium, Senectus.

Syrenum meminit Plinius libro decimo, cap. 49.

Syria. Meminit Syriæ cuiusdam Aristot. quam Theodorus Suriam conuertit. Ita Columella. Radix Syria, genus quoddam, ut nonnulli tradunt, Rhaphani significat.

Syriasis, inflammatio partium circa cerebrum, membranasq; eius, præsertim in infantibus. Plinius lib. 20. cap. 3. ardores capitis uocauit. ἀπὸ τοῦ συρῖαν.

Syringam, ferrum uulnerarij uocant, quo ulcerum secessus pertentant.

Syringis. Trago Calamus ἀδίσμος, Teut. Byntzen helmer/waldtror. De quo Adagium, Nodũ in scyrpo quæris.

Syrites, lapis qui nascit in pectore lupi.

Syritis, Lucaniæ gemma, describitur à Solino cap. 8.

Syrium unguentum, id est, liliorũ: fortasse, quia in Syria multò preciosissimũ, & frequens conficiebatur.

Syrmeam, alij oleris genus apio simile, alij edulium ex adipe & melle, alij ferculum nuptiale ex amygdalis, pulpa gallinacea, & saccharo esse cõtendunt. Nec satis etiam conuenit in nomine, his Syrneam, alijs Syraneam legentibus. Vide super ea re commentarios Pollucis, & Athenæi.

Syroperdicem, Antiochia Pisidia gignit minorem aliquantulum perdice, fuluo rostro, reliquo corpore nigram, & cibis inutilem.

Syrupa, oliuæ condiẽdæ genus est Columellæ. Nunc succos herbarum Syrupos uocant in officinis.

σύριγξ ἱερά, id est, sacra fistula.

S Y S

Systole, est cõtractio sensum non mouens, quę ratione & consequentia deprehendatur.

hendatur. Galen. de Definition. Vel, συστολὴ, arteriæ submissio & cõtractio.

TA

TAbani genus insectorũ. Plin. lib. 11. cap. 33.

Tabes, Latinorũ uox latius patet, ut inquit Pöeta Vergilius, quã Græcorum φθίσις. Hi enim hac uoce tantùm utuntur, cum quibus à capite in pulmonem descendens destillatio eos exhulcerat, febris fit, & frequens tussis est. Latini uerò, non tantùm hoc mali genus Tabem dicunt, sed quam Græci ἀτροφίαν, & καχεξίαν appellant. Quarũ prima illa fit, quoties corpus nõ alitur, decedẽtibus semper aliquibus, nullis uerò in eorum locum succedentibus. quo malo affectos Plinius semper uocat, qui cibum nõ sentiunt. Secunda uerò illa, cùm malus corporis habitus est, ideoq; omnia alimenta corrumpuntur. Quod ferè fit, cùm longo morbo uitiata corpora, etiamsi illo uacant, refectionem tamen non accipiunt. Principiumq; subeuntium aquarũ malũ corporis huiuscemodi habitum esse, testatus est Paulus Ægineta. Et quoniam tria hæc mala summa semper macies sequitur, ideò Latini communis Tabis appellatione omnia indicarunt. Græci diuersis, proprijsq;, in singulis generibus uocibus usi, singula certius docuerunt. φθίσις dicta est à Græcorum uerbo φθίνειν, id est, diminuere. Vnde & autumnũ φθινόπωρον uocauerunt: quòd eo tempore poma, fructusq; omnes, & folia quasi mortis quadã similitudine paulatim decidant. Quinetiam in numerandis ex lunæ luminibus mensium diebus, eadem gens tertiæ Decadis dies sic quondã numerabat, ut, πρώτη φθινομένου, sicq; deinceps, id est, prima diminuẽtis se mensis, id est, lunę diceret, propria eius uerbi ui in eo sidere utentes: quod à plenilunio quotidiana luminum diminutione, usq; ad nihilum & tenebras decrescit. Vicinitate nominis facilis quoq; lapsus est in dictione φθίν, quod & ipsum maciem significat: sed ex alia caussa, priuatim ad eam maciem, diminutionemq; contracta, quę ex hulcere, perpetuaq; eius uomica fit. Quo malo quoties corpus rubescit, φθόην Græci id dixerunt.

Tabes, etiam arborum morbus, apud Theophrastum lib. 4. cap. 17.

Tabulata, in arboribus sunt ordines ramorum, de quibus ait Pöeta, Assuescant summasq; sequi tabulata per ulmos. Quẽ locum enarrans Seruius, ait, Tabulata sunt rami effusiores, & in plana tendentes, non ad altiora crescentes. Sunt in arboribus ima & sum̃a tabulata ramorũ. Plinius docet, tabulata ulmorũ ab octauo pede altitudinis dilatari collibus, siccisq; agris: à duodecimo in campestrib. & humidis. Colum. lib. 5. cap. 4.

ταχῆα τῶν γινομένων διέξοδος, unde & διαβάτης nuncupatur, uelut transitus, ἀπὸ τοῦ διαφαίνειν.

Tactus. Lege, Sensus sunt quinq;. Itẽ dictionem ἁφὴ.

Tactus fit ab eo, qui corpus contingit. Vnde spiritales comprehẽsiones fiunt.

Tacuinos appellant, ni fallor, Italico idiomate, tabellas, siue tesserulas. Redegit in huiusmodi Tacuinos ferè totam medicinam Eluchasem, & Buhahylyha Arabes.

TAL

Talassinus color. Lege, Color uarius.

Taleæ scissiones sunt lignorum, & pręsegmina.

Talentum Atticum, sexdecim (inquit Plinius) sestertia ualebat, hoc est, pondo quadraginta. Ægyptium pondo octuaginta: in quibus tamen haud scio an sit error numeri. Cleopatra pondo centumuigintiquinque talentum facit, hoc est, sestertiorum quinquaginta: quanti stipendiũ tribuni militaris fuit. Aphricanus talentum omne pondo sexaginta tradit: propter quod Græci per literam ξ, decussatam, præsectamque obelo, intelligunt talentum, quòd nota ea numerũ sexagenarium

narium significet. Qui uerò libræ, hoc est, pondo, apud alios maiores, apud alios minores sunt. Hinc efficitur, ut talēta quoq; non idem ubiq; ualeant. Pollux, Talentum, inquit, pro aureis nūmis tribus imputabatur. Nummus aureus pro drachmis duabus atticis. Homero certè parua res uidetur talentum fuisse: apud quē in cursus certamine tertius lebetē, quartus duo auri talēta retulerūt. Erant ergo talentorū multa nomina: Ptolomaicum, Syrium, Tyrium, Antiochenum, Atticum. Pondere quidèm pari omnia, sed ad nummū collata differunt. Atticū Tyrio æquale, sed plus quadruplo ualēs quàm Ptolomaicū: sesquitertio quā Syriacum, Antiochenumq;. Aphricanus hæc. Ælian. Babylonicum talentū duo milia & septuaginta minas Atticas fuisse tradit. Victruuius quoq; de talēto uariat. Strabo & Euboicum celerrimum.

Taleolæ, herbarum quadratæ incisiones, dùm in sole sunt desiccatæ.

Tali in homine non sunt: & si tibiarum processus imi, qui Malleoli dicuntur, talorum nomina accæperunt: unde Talaria dicta sunt. Similéq; in cane est: quod & à M. Varrone Talus dicitur.

Taliaginę, hoc est, ex talia arbores confectæ, cuius materies odorata est, nec teredinem sentit. Fascijs tiliaceis fasceabatur Antoninus, ut rectus incederet. Ex Tiliæ membranis tenuissimis fiunt coronæ, uel coronarum ornamenta, Phylyræ uocantur: de quibus aliubi plura. Columella lib.12.cap.45.

Talpa, inter abscessus numeraẗ, à barbaris atheromatis, & meliceradū species.

Talus, Astragalus suillus, in hominibus Malleolus.

Tamarix, est quam & Myricen uocāt, Teut. Tamarisck/Porst. quæ ad lienē præcipua est, si succus eius expressus in uino bibatur: adeoq; mirabilem eius antipathiam contra morbum hunc uiscerū faciunt: ut affirment, si ex ea factis alueis bibant sues, sine liene inueniri: & ideò homini splenetico cibum, potumq; dant in uasis ex Tamarice factis. Vulgus infelicem eam arborem uocat: quoniam nihil ferat, nec seratur unquàm. Columella lib.7.cap.10.

Tamarix. Lege, ἐρίκα.

Tamarice. Vide, Myricen.

Tanachion, Coniza, apud Dioscorid. lib.3.cap.135.

Tanacetum, altera species Artemisiæ, alio nomine Athanasia. Teu. Reynfar.

Tanagrici, à Tanagri ciuitate Bæotiæ, quam Homerus uocat γραῖαν: quę & prius, ut docet Stephanus, uocabatur ποιμανδρία.

Tanagrici galli, autore Varrone, sunt sine dubiò pulchri, & ad prędiandū inter se maximè idonei: sed ad partus sunt steriliores. Plinius de gallis gallinaceis loquens, ait: Patrias nobilitauerunt Rhodum ac Tanagram. Tanagraæ meretricis meminit M. Tull. Colu. lib.8.cap.2.

Tantalitis, Lithospermon, apud Dioscoridem lib.3.cap.159.

Tarandus, in Scythia gignitur, magnitudine tauri, pelli uersicolore: ex qua scuta Schytæ faciunt, ferro impenetrabilia. Ælianus, Plinius, & Aristoteles.

ταράξις ὀφθαλμῶ, humiditas oculi, simulq; cum rubore præter naturā calor, non ex intrinsecis caussis facta, sed foris adueniente caussa aliqua, ueluti sole, puluere, oleo. His ēm omnibus ταράττεται, id est, perturbaẗ oculus. Differt ab ophthalmia, quæ absq; manifesta caussa fit.

ταρακολλητικὸν, emplastrum, sic à glutinando dictum. Cels. lib.5.cap.19.

Tarantulas, Hermolaus Barbarus stelliones eas interpretatur, qui in Italia reperiuntur. Sunt & Apulorum Tarantulæ in agris, phalangiorum fortaſsè generis, ueneni præsentanei.

Tarcon, uulgò Draconē herbā uocāt.

Tardantes figurę febriū uocanẗ, ubi tardius ꝑ solito more febris subinde redit.

Tarentinæ oues. In genere ouiū summa dignitas fuit Tarētinis ouibus, quę propter

pter bonitatem lanæ pellibus integeban tur,ne lana inquinaretur.Hinc Plin.noster, id ouium genus elegantius uocat tectum:cùm operimẽto tegeret.Et à Varrone Pellitæ nominantur.De quibus intellexit Horatius illo sapphico uersiculo,Dulce pellitis ouibus galesi Flumen. Igitur cùm Tarentinum pecus sit ex omnibus mollissimũ, maximeq́ hirtũ, hoc est,lanigerum, atq; uillosum, nullamq́ domini aut magistrorũ inertiam sustineat,desyderat curam maiorem,& rationẽ longè aliam in pastione, quàm faciat reliquũ ouiaricũ pecus. Illud adnotandum, Tarentum,Sabinorum lingua,molle significari. Vnde quidã Tarentinas oues, & nuces dici autumant, quia sunt molles.Hinc Horatius optimo epitheto uidetur dixisse,& molle Tarentum. Ouiũ Tarentinarum, tanquàm elegantissimarũ meminit Plautus in Truculento, his uerbis.Argentum meo qui debebat patri,Qui oues Tarentinas erat mercatus, de patre quęrit partem.Columella.

Tarentinũ porrũ. De hoc Epigramat. Fila tarentini grauiter redolentia porri, Edisti quoties oscula clausa dato. Columella lib.8.cap.11.

Tarentina nux,dicitur à mollicie corticis,eo quod uix attrectata frangatur.

τάριχα oua.Lege,ὠοτάριχα.

ταριχεύω,muria condo.Lucian.in Luctu.νεκρὸς ταριχεύει αἰγύπτιος.

ταριχοπώλης,id est, Salsamentarius. Huiusmodi deos quosdã facit, καὶ καπήλους,id est,Caupones Lucian.in Toxari.

ταρσός,pars ea palpebræ,unde pili exoriuntur:dicti Blepharides.

τάρσος,superioris pedis pars.

Tarsus, montis in pede anterior pars, ab digitis etiam,apud Homerum.

Tarum.Lege,ἀγάλλοχον.

Tarum,aromaticus, & odoriferus frutex.Plin.lib.12.cap.20.

Tasis, picis genus crudum, in defrutũ Neopolitanum addi solitum.

τάσις item lõgior spiritus, productio, præsertim in dicendo.

Tassus,mustela,eius generis, quæ alio nomine uocatur Meles.Ælianus.

Tatyris,idem quòd Phasianus.

Taura,sterilis uacca.

Taurion,Lychnis coronaria, apud Dioscor.lib.3.cap.113.

Taurocolla, gluten uulgatum, apud Diosc.lib.3.cap.100.

Tauroceros,Tribulus, apud Dioscor. lib.4.cap.17.

Taurum.Lege,Sutura.

Taurus apocathemenes, Lychnis agria,apud Dioscor.lib.3.cap.114.

Taurus.Lege,Orron.

Taxa.Lege,Laurus taxa.

Taxus,apud Diosc.lib.4.cap.83.

Taxus smilax, à quibusdam Thymion,apud Diosc.lib.6.cap.12. A qua Toxicum,uenenũ,mutatione literę a,in o.

☞ T E

τηκεδών,tabes,corruptio,caries, quæ interdum accidit ossi,ut inquit in.3.Method.Galenus.

τέκμαρσις est,quę per τεκμήριον fit cognitio.τεκμήριον autem appellant Veteres syllogisticum signum,non autẽ simpliciter signum omne. Autor Galen.libro.1.de ratione uictus in morbis acutis.

τεκμήριον quid sit, require in dictione τέκμαρσις.

Tecolithos, Iudaicus lapis: sic dictus, quia calculos absumat: quod ab Galeno falsum existimatur.Ab Aëtio sermo.11. cap.5.à liquefaciendo lapidẽ, sic dictus.

Tectum pecus dicitur, ad differentiam Colonici:appellatum tectum, quod operimentis tegeretur. Item,

Tectum pecus,id genus ouium signat, quod propter lanitij elegantiam operimentis tegitur:& ob id Tectum pecus nominatur.Horatius id genus oues Pellitas appellat illo sapphico uersiculo: Dulce pellitis ouibus galesi Flumen. Columella lib.7.cap.2.

Teganites,placentula in sartagine coquitur ex oleo.

Tegere uites, significat ex folijs palmarũ contextas adhiberi solitas ad uineam adumbrandã per cynocaumata: sic enim uocantur calores æstuosi Caniculæ. M. Var. appellat Tegeticulas canabrinas, ex canabi factas. Colum. lib. 6. cap. 3.

Tegulæ deliciares, à delicato tigno dictæ. Has alij Colliciares uocant.

Tegumẽ balani, i. pręputiũ, à quo dempto & pręfecto, Iudęi Apellę dicti sunt.

Telamones aues. Lege, Porphyrides.

Telephiũ putrilaginosis ulceribus auxiliari tradit Galen. quibus quòd Telephus Mysiæ rex laborauerit, sic appellari cœpit. Teuton. Hůner serb / Hůner darm / Hůner bissz / Meyer / Genßkraut / Vogelkraut.

τελέφιον ἕλκος, uide in χειρώνιον ἕλκος: & apud Plin. lib. 25. cap. 6. Et in Chiliadibus Erasmi, prouerbio, Chironion ulcus. Vbi nota, quòd corruptè in Auicenna legitur, Charonis ulcus.

Telephium, aliqui syluestre Semperuiuum appellant, ut inquit Dioscor. herba syluestris Portulacæ similis. Dios. lib. 2. cap. 207. Crassula maior Fuchsio, Faba crassa, ob foliorum similitudinem quam cum Faba habet. Teut. Wundtkraut / Knabẽkraut / Fotzwein / Fotzwang / wyld Haußwurtz.

Teline, Cytisus, apud Dios. li. 4. c. 114.

τήλινον ἔλαιον, unguentum ex Fœno græci confectione.

Telephion, Portulaca syluestris.

Telis, fœnugręcũ Latinis, Teu. Bocks horn / oder Kůhorn. Sunt enim siliquæ eius corniculis similes. Hinc Ceraitis quoque dicta, quòd κέρας cornu sit. Ægoceros, à caprino cornu similitudine. Columella simpliciter Siliquam uocat, Plinius Siliculam, & Siliciam.

Telinum, è Silicula, id est, Fœnugręco nomen habet, in Teio insula etiam Menandri temporibus celeberrimum.

Tellinæ. De Tellinis in hanc ferè sententiam Barbarus. Qui Tellinas, inquit, interpretantur in Martiali Pöeta, mytulos, impropriè locutos arbitror. Cùm aliud genus mytulos, aliud tellinas autore Dios. constet. Athenęus certè Mytulos à Romanis uocari eas existimat. Sunt qui Tellinas, & Crenia, id est, pectunculos idem esse iudicẽt: à celeritate crescendi nominatas, ὅτι τάχιστα γίνονται τέλειαι, hoc est, ocyssimè perficiuntur: quod Aristot. tàm pectunculis, quàm purpuris tribuit commune. Anno enim magnitudinem totam implẽt. Plin. certè medicinas quæ hic de Tellinis redduntur, ad uerbũ ferè pectunculis adscripsit. Tellinas ad Canopum in Ægypto frequentes esse narrant, quarum tenuiores, exiliores que Basilicas, hoc est, regios appellãt: his dulciores esse fluuiatiles è Nilo. Romæ circunferuntur pusillæ, quadã conchulæ, quas qui uendunt, Tellinas prędicant. Hæ uulgaribus conchis minores et leuiores sunt, & candidæ, nec striatæ: quas Veneti piscatores à capparis similitudine Capparoculas appellant.

τελλῖναι, genus Conchyliorum.

Temperamenta omnium partium corporis, lege apud Galen. de Temp. lib. 1. à fine statim ex editione Basil. fol. 14. & se.

Temperãtia. Lege, Virtutes corporis.

Temperies inæqualis uocat, cùm eodẽ tempore, simul & semel, corpus simul frigidum est & calidũ, simul & humidũ & siccum, etiamsi id impossibile esse uideatur. Galen. lib. de Morborum caussis.

Temporius, tempestiuius, maturius, citius, aduerbium est: cui opponitur, serius. Hinc illud Nasonis: modò surgit eo Temporius cœlo, modò serius incidit undis. Columella lib. 8. cap. 4.

Tempus, est numerus primi motus, secundùm prius & posterius.

Tempus. Quo tempore quælibet arbores & ligna sint cędenda, lege apud Victruuium lib. 2. cap. 11.

Temulentia, ebrietas, à Temero, uino scilicet grauiore Veteres dixere.

Tenacia, siue lenta sunt, quæ cùm liquida, molliaúe sunt, protrahi possunt. 4. Meteor.

Meteor.cap.9. Aristot.

Tenismus, assidua desidendi est cupiditas, inferioribus partibus accidens affectus, & ipsi recto intestino, ut inde multæ fiant desidendi uoluptates, & pauca recrementa eijciantur.

Tēdones, nerui, quos et ἀπονευρώτας, id est, à neruis ortos cognominant, latentes in musculis ipsis. Gal. lib. 1. de locis affectis. Tamen lib. 2. cap. 1. uniuersum neruosum genus in unicam appellationē cogens, tùm uincula, tùm tendones uocat: quippè ex ijs per carnem dispersis, musculorum essentia consistit. Vide Galenum lib. de motibus Musculorum.

Teneiensis, in Tenei maris ora collecta purpura.

Teneotica charta, à uicino loco, pondere iam non hæc uenalis.

τενιὰ, mollis, fascia.

Teniæ, & Tineę. Vide, Lati lumbrici.

τένιον, neruus à calcaneo.

Tenontagra, τενόντων, distentio.

τένοντες, τοῦ τραχήλου τὰ ὄπισθεν, id est colli posteriores partes. habent enim ij in ea parte usum: ut in flexu capitis alter semper intentus, ueluti centrum caput sustineat, alter uerò motum illidat.

Tensiuus dolor uocatur, quòd extensionis sensum membris inducit.

τενθίδες. Lege, Sepias.

τενθεία, uoracitas. Philoxeni & Pythilli uoracitatem, uide apud Athenęum libro. 1. Dipnosophistarum.

Tentigo, ad cöitum prurigo.

Tentio, affectus intestini recti eandem habens caussam & dispositionem, quam in difficultatibus intestinorum suscipit. Vocatur & ea tentio, cum cacare appetimus, & continuè tamen extergimus: qui affectus mulieribus utero gerentibus, facit abortum, ut inquit Galenus lib. 7. Aphoris. Aphor. 27.

τέττιγες, Cicadæ.

τέφρα, id est, cinis.

Teramis. Vide, Orron.

Terebratiōe, id est, illius insitionis quæ fit cum terebra. De qua sic inquit Cato: Terebra uitem quam inserere uoles pertūdito eo duos surculos uitigineos: quod genus esse uoles insertos, obliquos arcito ad medullam. &c̄. Colum. lib. 5. ca. 9.

Teredines, uermes sunt in ligno nascētes, à terendo dicti: siue à græco. Nam & Græci τερηδόνας uocant.

Terentius Entichianus medicus citatur ab Horatiano lib. 4.

τερηδὼν, id est, caries, litera abundare uidetur, quippè quod à tremate, id est, foramine dictum creditur, perinde ac si tredo quædam, id est, foratio sit. Oritur autem, ubi acres humores ossa rodunt.

τερηδονίζω, sentio teredinem.

Termes, termitis, ramus ab arbore cū fructu suo recisus. Ruel.

Termenthinæ loco, quæ olim ex Chio optima afferebatur, hodiè utimur Peucina & Laricea resina.

Terminalis, syluestris Cannabis, apud Dioscoridem lib. 3. cap. 166.

Terminalium, id est, Enula campana.

Termites sunt ramuli arborū, maximè oliuarū: ut Porphyrio docet, enarrans illud Horatianū: Nunç fallentis termes oliuę. Aulus Gellius ramusculos palmarum, Termites appellat his uerbis: Spadica dorici auulsum è palma Termitem cum fructu. Item, quoniam Termes palmæ ex arbore cum fructu auulsus, Spadix dicitur. Columella lib. 7. cap. 9.

Ternarios scrobes appellant quoquo uersus pedum trium, sicut quaternarios quoquo uersus pedum quatuor. Colum. lib. 11. cap. 2.

Terophonon, Aconitum, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 80.

Terra glutinosa, Gypsū.

Terra Ampelitis, in Seleucia iuxta Syriam nascitur, bitumini simillima. Dioscorides lib. 5. cap. 172.

Terra Chia, apud Dioscor. lib. 5. c. 165.

Terra Cimolia, est apud Dio. li. 5. c. 167.

Terra Erethria quæ sit, uide in Diosc. lib. 5. cap. 162.

Terra fornacum, eiusdem cum usta effectus. Lege Dioscor. lib. 5. cap. 170.

Terra Lemnia, id est, è Lemno insula: eius suuamenta lege apud Dioscoridem lib. 5. cap. 104.

Terra Lemnia hodiè non habetur. De hoc consule Herbarij nostri tomū secundū in locis diuersis. Lege, Lemnia terra.

Terra Melia, colore cinerea, Erethriam imitatur, aspera tactu. Dioscorides libro quinto, cap. 171.

Terra pingitis, colore Erethriç similis, grandioribus tantùm glebis. Dioscorides lib. 5. cap. 168.

Terra Samia, apud Dioscoridem libro quinto, cap. 163.

Terra Selinusia, lactei coloris est. Vide Dioscor. lib. 5. cap. 166.

Terra Smectis, eadem quę & Cimolia apud Pollucem.

Terra usta, id est, terra fornacum.

Terra omnis. Vide Dioscoridem lib. quinto, cap. 101.

Terræ parinc, Anemone.

Terræ intestina, uermes terrestres.

Terręmotus uocatur, cùm flatus aduena, introrsus in terræ caua irrumpens, deinde exitu omni inclusus, intus sese uersando, ingenti ui terram quatit, nequicquàm exitum quęritans: ex quo fit terræ illa concussio & tremor.

Terrigena. Lege, Cochlea.

Tertiatio, oleum tertiæ pressuræ, sicuti iteratio, oleum secundæ pressuræ. Columella lib. 11. cap. 49.

Tertiatur dodrante. Familiare est Columellę, assis nomine totum significare, & consequenter per uncias intelligere partes: sicut nomine dodrantis intelligi uult nouem partes unius operæ sufficere ad tertiandum agrum, id est, ad tertiam arationem in singula iugera peragendum. Colum. lib. 2. cap. 4.

Tessalatæ tunicæ, uestis genus. Plinius libro. 35.

Tesseculata, Mercurialis herba, apud Dioscor. lib. 4. cap. 201.

Testa, tàm bellum ulceris nomen in capite, quàm testudo est, Barbaris protritum & frequens.

Testas, ὄστρακα uocant Græci. Egit de Testis Dioscor. lib. 5. cap. 169.

Testiculi sunt carnosi, & in minutissimas partes absecti, humidi, & calidi: concoctionem seminis in eius meatibus absoluunt.

Testiculus canis, Cynosorchis, apud Dioscor. lib. 3. cap. 142. Knabenkraut/ Stendelwurtz.

Testiculus satyri, Satyrium Erythronium, apud Dioscor. lib. 3. cap. 145.

Testudinem uocant barbari Medici tumorem mollem, non ualdè durum, satis autem magnū, in quo pinguis materia, tunica quadam obtecta tenetur: quæ caluariæ ita hærat, ut ipsam plęrunq; uitiet. Hanc non est dubium de numero esse ab scessuum, & sub meliceride, uel atheromate contineri.

Testudinum descriptionem uide apud Plinium lib. 9. cap. 10.

Testaceis puluinis fibulantur, id est, alligantur, & quibusdam quasi fibulis cōagmenta connectuntur. Fibulationes à Vitruuio dictæ coniunctiones fibularū in machinationibus. Diffibulare, est fibulam dissoluere: quod & Refibulare dicimus. Quàmuis apud Epigrammatistam id uerbum dicatur in re obscœna de fibula citharœdorum, et comœdorum, cuius cum mordacitate satyrica mentio est apud Pöetas. Testacei autem puluini in pauimentis dicuntur cōagmenta spicata, & loricationes, quibus ad regulā perfricantur, ùt nullæ lacunæ insint. Et sunt quasi extantes cumuli. Itē puluini sunt eminentiores parteis in areis agrorum, & quasi tori. Colum. lib. 1. cap. 6.

τέτανος, species spasmi, ubi in neutrā partē riget caput & reliquū corpus, sed ueluti solidissimū, siccissimumq; aliquid inflexum, inmotumq; recta riget. Item,

Tetanus, est extensio & suffocatio omnium corporis musculorum & neruorum.

rum. Vel sic,

Tetanus est conuulsio, cùm in rectum collum trahit, & maxillæ & dentes stridore concutiuntur, neq; collum nuere, neq; renuere potest.

Tetanici sunt, qui musculis sunt rigentibus, ita ut se inflectere non possint.

τετραταΐζοντας, Dioscor. uocat quartanarios febricitantes.

τεθεραπευμένα, id est, curata uocãt emplastra, cùm ex seuo puro, omnes membranulæ diligẽter exemptæ sunt ex alio medicamento. Celsus lib. 5. cap. 19.

Tetradix. Lege, ἱέρακα.

Tetragonia. Ibidem.

Tetralix. Ibidem.

Tetragnathus, species est Phalangij, subalbida, pedes scabros habens, et iuxta caput eminẽtias duas: unam rectã, alterã latam: ut existimes eũ ora quidem habere duo, maxillas autẽ quatuor, & lineam per os æqualem. Aëtius lib. 13. cap. 17.

Tetrapelyrades, locustæ uocatæ sunt ab Ionibus, forte à numero pennarum.

τετραφάρμακον, emplastrum, sic dictũ est, quod ex quatuor rebus componitur, pure mouendo: quo non aliud melius. Celsus lib. 5. cap. 19.

σιτεραφάρμακον, id est, Moretum.

Tettaros, Phasianus.

τέττιγες, Cicadæ. (norę.

Tettigonię, minores cicadæ, magis ca-

Teucrion, seu Teucris, præter alia etiã Chamædrys, apud Diosc. libr. 3. cap. 111. Teut. Grossz Bathenig / Dyhwurtz. à Teucrio inuentore Troiano.

Teucris, idem quod Teucrion, apud Dioscor. lib. 3. cap. 110.

Teuthalis, Polygonium, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 5.

Teutlon, Beta Latinis. duorum generum. Candidum, quod Weisser Mangolt. Nigrum, Roter Mangolt. Dictũ Teutlon ἢ σεῦτλον, ab impulsu: quòd culta tantùm incrementi capiat, ut & in altum arborem æquet, & foliorum latitudine hortenses reliquas superet. Beta uerò, à litera β, cuius imaginem semen in summo turgens refert.

Teuthos. Lege, Sepias.

Teuthrion, Poliũ montanũ, apud Dioscor. lib. 3. cap. 22. Teut. Augentrost.

Teuthrion, Erythrodanum, apud Dioscor. lib. 3. cap. 161.

τεῦτλον, Beta.

Teuxinon, Aristolochia longa. Diosc. libro tertio, cap. 5.

T H

θαλάμαι, interna foramina cerebri, per quæ cerebri redũtia excernitur.

Thalassia, Androsace. Dios. lib. 5. c. 151.

Thalassion, Papauer corniculatum, apud Dioscor. lib. 4. cap. 69.

θαλασσοκράμβη, id est, marina Brassica, aluum soluens.

Thalictron, cauliculum habet crassitudine Papaueris, ut inquit Plinius: Rutę, ut Galenus: Cubiti, ut Dioscor. lib. 4. capite. 99. Trago, Teut. Rittersporen.

Thallia, Capparis.

θάλλω, uerbum Græcum est, quod significat uiresco, & germino. Inde Thalli dicti stipites in cępis, & folliculi, quos uulgus uocat germina, quibus semen continetur. θάλλον Gręci omne germinans appellauere. Attici maximè id in oliuis hac uoce nominitant, Suidas ait, θάλλον dici κλάδον, id est, ramum oliuæ. Col. lib. 11. cap. 3. Thallos nõ oleagineos solùm, sed rutigineos quoq; ramos nominant inter dum. Sunt qui Sclauolas uocent.

θαλλία, summus, et adhuc crescens in arboribus & plantis coliculus, teste Theophrasto de caussis plantarum lib. 5.

θαλασσόκραμβη, Brassica marina.

Thalassomeli, græcè θαλασσόμελι, temperatur ęquis portionibus, maris, & mellis. Confectionem eius lege apud Diosc. lib. 5. cap. 13. Plin. lib. 31. cap. 5.

θάμνος στερεὸς, ualidus frutex.

θαμνώδης, fruticosa.

θανάσιμα φάρμακα, quę aduersantur his uenenis, quę in cibo, potioneue sumpsimus.

θανάσιμον φάρμακον, id est, mortiferum.
Thapsia quid sit, uide apud Dioscorid. libro.4.cap.159.
Thapsi, Atheniensium lingua Sinapi.
Thapsia. Vide, Ferula.
Thaspidion, Thlaspi.
Thasyander, medicus citatur ab Aëtio Sermone.9.
θαυμασός, id est, Iris.
Thele, Græcè θηλύς, dicitur papilla, seu uberum apex. De qua similitudine fontium tubuli ab Varrone in Re rustica Papillæ dicuntur.
Telephonon, Aconitum, apud Dioscoridem lib.4.cap.80.
Theliphthoricon, Abrotonon, apud Dioscor.lib.3.cap.27.
Thelipteris, Filix fœmina, apud Dioscor.lib.4.cap.197.
θελπίδυ, id est, Iris. Quanquàm Vergilius θαλπίδυ legi debere contendit.
Thelygnon, Psylli species, apud Dioscor.lib.3.cap.141.
Thelychamnon, Abrotonon, apud Dioscor.lib.3.cap.27.
θηλύς. Vide, Papilla.
Thelyteris, Tapsia, apud Dioscoridem libro.4.cap.159.
θήλιας, uocant caseos fœmineos, qui latiore sunt forma in Creta insula.
θέμεθλα, gulæ ipsius intima pars, aut uẽtris os appellatur.
Themison, auditor Asclepiadis. Quæ inter initia scripsit à preceptore, illo mox recedente à uita, in sua placita mutauit. Primusq; Thessalo fundamenta iecit insaniæ suæ, ut inquit Galenus. Celebrauit etiam uulgarem herbam Plantaginẽ uolumine de ea edito. Scripsit item tardarum passionum lib.3. Plin.lib.29.cap.1.lib.25.cap.7. Galen. Method.lib.2. Alibi quoq; libr.14.cap.17. Autorem summum hunc uocat Plinij Cœlius Aurelianus libro.1.in præfatione.
θυμοῦ διάχυσις, animi laxatio.
Thenar, manus portio interior, à magno digito usq; ad indicem digitum. A quibusdam etiam Ir. θέναρ, palma, uola. Est & in pedibus Thenar.
Theobrotion, Aizoum minus, apud Dioscor.lib.4.cap.92.
Theodoretos Democratis quæ sint, & quomodo parentur, require ex Aëtio sermone.13.à fine libri.
Theodorus Medicus, citatur ab Aëtio sermone.8.cap.46.
Theorema, siue speculatio, res est uniuersalis, medicinæ fini consequenter accommodata: uel axioma uniuersale, uel totam complectens medicinam. Vel,
Theorema est huic contrarium quod contingens est, cuiusq; contrarium rarò contingit.
Theriston, id est, capillaceum, balsami arbustorum prima species.
Theodoricon, Saladin. interpretatur, quasi à Deo datum: quod ipse uiderit.
θεομάντας qui sint, require in dictione, μαντικὴν appellant.
Theombroti, insignem in medicina peritiam, Ptolomęus rex Megalensibus sacris donauit cẽtum talentis: propter seruatum Antiochum regem. Plinius autor libro.7.cap.37.
Theon, de frictionibus corporis parũ probè sensit quædam contra Hippocratem, quæ ab Galeno improbantur libro de Sanitate tuenda.2. Hic item,
Theon, & gymnastes, & Medicus, ut inquit Galenus lib.2.de Sanit.tuen.scripsit libros.4. Gymnasticorũ, uel de particularibus exercitijs, ex quibus tertium edisserit Galenus de ictionum differentijs contra Hippocratem.
Theophilus, insignis Medicus Galeni ætate, atq; ab eo etiam in ueneratione habitus. Recitat illius delyrium exempli gratia libro de Sympt. differ. cum morbo correptus ex cerebro laborasset.
Theophrastus ex Eresso Lesbi ciuitate, Aristotelis discipulus, & successor: sic dictus est, ab oris suauiloquentia, cùm ante Tytamus appellaretur. Habuisse fertur discipulorum duo milia.

Theosebius Medicus, citatur ab Aetio libro. 9. cap. 49.

Therapentica, sic hodiè perperàm effertur à barbaris, pro θεραπευτικά, id est, sanabilia, curatiua.

θηρία, id est, animalia. Verùm nunquã ea uoce usi sunt ueteres, præterquàm in bestijs, & uenenatis ijs, quæ ictu, morsu-ue uenenum relinquunt, & in quo exiguo corpore, maxima nocẽdi uis regnat.

Theriaca, διατεσσάρων, id est, ex quatuor tantùm rebus constans.

Theriacum non solùm sic uocata est, quòd ferarum morsibus probè conueniat, sed exinde etiam, quòd feræ ipsæ, deinceps in confectura misceantur. Galen. lib. de Theriaca ad Pisonem.

Theriacen ueram hodiè non habent omnes officinæ, consensu omnium eruditorum: ut pulchrè super ea re Leonicenus, & Manardus. Interim tamen tàm stupidus est mundus, ut prorsus decipiatubiquè.

θηρίωμα, hulcus quod per se nascitur, & interdum hulceri ex alia caussa facto superuenit. Color eius uel liuidus, uel niger: odor fœdus, multus, & muco similis. Ipsum hulcus neq; tactum, neq; medicamentum sentit, prurigine tantùm mouetur. Celsus lib. 5. cap. 28.

Therion, ueteres Græci folium fici appellauerunt, ab asperitate.

θεριστόν, quasi demessile. Sic Balsamum uocat Dioscorides lib. 1. fortasse, quoniam ob gracilitatem facilè demetatur.

θηριοτροφεῖον, locus ubi feræ aluntur.

θερμαντικά, excalfactoriæ medicinæ.

θερμαντικός, calefactiuus.

Thermarum iuuamenta, require ex Victruuio lib. 8. per totum.

Thermarum rationem et originem, uariarumq; aquarum nomina, require ex eodem Victruuio lib. 8. per totum.

θερμαίνοντα, calefacientia.

θέρμος ἥμερος, Lupinus satiuus. Teut. Feigbonen. Lege, Lupinum.

θηριόδηκτοι, à bestijs morsi.

Thesarica, Hispanicè Plantago.

Thessalus ille est, in quem Methodum suam direxit Galenus, homo iactator, & sui temporis Medicorum Alpha. Vixit ætate Neronis: natus ex patre, ut inquit Galenus, malè lanas carpente, atq; in gynæceo educatus.

Thespiana, medicamentum pectorale, apud Aetium serm. 8. cap. 65.

Theudas, Medici nomen.

Thieldones, equorum genus.

Thieu, id est, electrum, teste Xenocrate, apud Plin. lib. 37. cap. 2.

Thimelęa. Vide, Granum gnidium.

Thynni præcipua magnitudine. Inuenimus talenta. 15. pependisse, eiusdem caudę latitudinem duo cubita & palmũ. Plinius lib. 9. cap. 15. Hi pisces, cùm gregatim præter Italiam acti elabuntur, & Siciliam attingere prohibentur, in maiores incurrũt beluas, utpote, Delphinas, Canes, aliasq; Balenis similes. Strabo libro primo, fol. 18.

Thius, uel Thium, Astragalus, apud Diosc. libro. 4. cap. 65.

θλάσις, id est, contusio caluæ, in interiorem partem impulsio, aut inflexio, concauitatem integra caluæ continuitate tantam faciens, ut liceat in plumbeis, æneis què uasculis uidere, si foris percutiãtur, atq; illidantur.

θλάσις ὤτων, aurium contusio, aurium morbus, apud Paulum lib. 3.

Thlasma, id est, collisio, magna ex parte accidit in carne; quanquàm nonnunquàm & in osse uidetur euenire, idq; maximè in pueris. Galen. lib. de Morborũ caussis. Igitur si partis ita affectæ externa facies integra permaneat, & in profundo sint multæ & paruæ diuisuræ, huiusmodi morbus Thlasma, uel Thlasis, id est, collisio appellatur.

θλάσματα, id est, fracturæ.

Thlaspion, idem quod Thlaspi. Lege, Thlaspi.

Thlaspi, uel ut Galenus, Thlaspe, nomen inuenit à semine, quod lenticulæ sit

effigie.nisi quòd infringitur. θλᾶν enim infringere est. Ruel. Herba est angusta, habens folia ad digiti magnitudinem, super terram iacentia: in summo scissa, subpinguia, uirgam tenuem duorũ palmorum, adnascentias quasdam paucas habentem, & circa totam ipsam fructũ parum latum in extrema parte, in quo semen paruum simile Nasturtio, ad disci figuram, ueluti conquassatum, florem subalbum. Nascitur in uijs & sepulchris. Semen est acris saporis. Teuton. Leüchel/ Saßkraut/Eschleüchel/Senffkraut.

Thlaspis, secundùm Hippocratem id quod Thlaspi.

Thoam, græcè θῶαν, Pollux lupo simile in uoce facit, qui cæcos pariat catulos: atq; cum leonibus etiam congrediať.

Thoas, luporum id genus est, procerius longitudine, breuitate crurum dissimile, uelox saltu, uenatu uiuens, innocuum homini: habitũ, non colorem mutat.

Thorax, pars quæ à collo usq; ad pudenda trunca protendit. Aristot. lib.1. de Animal. cap.7. Græcè θώραξ.

Thorax, uenis, arterijs, & neruis constat, respirationi accommodatus. Galen. libro de Definitionibus.

Thoracis sedem uocat Hippocrates superiorem uentrem à pulmone occupatam, quem circumscribit & ambit.

θώρακος ῥευματισμοὶ, thoracis fluxiones sunt.

θοςφάθ, Aphricanorum lingua Rhaphanus.

Thrachoma, est duricies & asperitas inæqualis, & intra ipsas palpebras innasciť.

Thracias lapis, nascitur in flumine quodam Scythiæ, cui Ponto nomen est. Dioscor. libro.5. capite.138.

Thrambe, à Pythagora quondam uocata Maiorona, apud Dioscoridem libro tertio, capite quadragesimo quinto, Lege, Rhapsodiam Maioronæ.

Thrasceas, uentus, per th, nõ per t. Hic & Thracias, & Trastias, & Thrastias quoq; dicitur, autor Suidas, & Aristoteles. Post Agresten, inquit, uentum flat Thrastias, quem nonnulli Cæciam quoque eppellant. Sed Cęcias, inquit, ab ęstiuo exortu uenit. Cęciã Pausanias Grammaticus, à Caico fluuio Mysiæ uocatum putauit. Flat autem ad dextram Septentrionis. Victruuius.

Thraustor, masculi thuris similitudine Ammoniacũ, quod maximè probatur.

Thrasiæ medici meminit Theophr. lib. plant.9.17. &.18.

Threicius lapis, à Threicio flumine, à piscatoribus affertur, autor Nicander in Theriacis. Suspicor esse quem Dioscorides lib.5. inscribit. Thracium lapidem.

Trichiasis, est palbebrarũ symptoma, & deflexus, & eorum qui in ipsis sunt pilorum generatio præter naturam.

Thridacia, Mãdragora fœmina, apud Dioscor. lib.4. cap.49. Lege, Lactuca.

θριδακίνας quid sit, require apud Athenęum lib.1. Dipnosoph.

θρίδαξ græcè, Lactuca latinè, Teuton. Lattich/oder Lactuck. à copia lactis dicta: quod credebatur leniter mouere uẽtrem. Est & succus eius hoc nomine uocatus. Lege, Lactuca.

θριδακίνη, syluestris Lactucæ succus, apud Galenum libro.1. κατὰ γένη.

Thrinacia radix, id est, Tapsia: sic dicta ab Siciliæ promontorijs.

θρίναξ, rusticum instrumentum tribus eminentijs, & politis palis, quo etiam aristas terunt: nos fortè tridentem possumus interpretari.

θρίον, ab scabricie sic dictum, folium ficulneum.

Triorchis, Satyriorum generis, uel testiculorum, apud Dioscor. lib.3. cap.143.

Triorchis, accipitrũ nomen & genus. Plinius lib.10. cap.8.

Triossum. Lege, Tricoccum.

θρόμβος significat non crassum, concretum ue sanguinem, ut credunt multi, sed continuæ rei fragmentum & frustum. Ex qua rei significatione ad lac, & ad sanguinem transferri potest.

θρόμβοι

θρόμβοι item dicti à Medicis grumi, qui uesicæ insunt. Cōtinentur interdū in intestinis, uentriculo, atq; thorace. Eos animi defectio & color insequi fœdus solet. Esse autem non aliud uidetur, quàm globatus sanguis ex uasis suis effusus, qui uesicæ meatum obstruit, offarcitq; quando què. Est enim grammaticis grumus terræ prominentia, tumulo minor.

θρόμβωσις, quoties à puerperio fœminis lac in mammis, non in caseum penitus, sed in exigua frusta, & quasi minimos globulos densatur, & concrescit: desinensq; fluere puerperarum mammis, non leuiter nocet.

Thryallis, genus Verbasci, et Phlomi, nimirum tertiū, apud Dios. lib. 4. ca. 105.

Thunnos, ut inquit Hermol. Barbarus, & Athenęus, qui dicunt marinos esse porcos, minimè discedunt à uero.

Thunnina caro, è Thunno pisce, cuius meminit Dioscor. lib. 2.

Thuria, Græci priuatim uocant frondes fici. Nicander & folia papaueris sic appellat. Est & edulij genus Thrion.

Thus quid sit, et quomodo colligendū, uide apud Theophrastum libro sexto, capite. 2. 3.

Thus, Weyhrauch. aut à uerbo græco θύω, aut sacrificiū significante flectitur, aut certè à tusis glebis. Officinæ Olibanum hodiè uocant: quoniam græcè forsasè λίβανος. De Thure multa Diosco. lib. 1. Plin. libro. 12. cap. 14. Strabo lib. 16.

Thus masculum, quod rotundum pependit: cum aliàs ferè non mas uocetur, ubi non sit fœmina. Religioni autē tributū, ne sexus alter usurparetur. Plin. lib. 13. cap. 14. Alij sic dictum putant, à specie testium. Vide, Masculum.

Thya, Lege, Malus Medica.

Thyia, græce θυίας, arboris nomen, uerū nostrę ignota patriæ. Theophrastus lib. 1. inter sylvestres numerauit, quę perpetuis frondibus uirent, nec Cupresso dissimilem. Vnde crediderunt quidam eam esse, quam Homerus quinto θύον, è, Circe ad dolorem simul & lucē incendi dixit. Et quam Plinius lib. 13. Trogoten ab alijs uocari ait: licet non eisdēm literis in Homero & Theophrasto utraq; scribatur, liceatq; ob id, non esse in utroquè eandem suspicari.

Thychir, pharmaci nomen, apud Aëtium lib. 11. cap. 12.

Thyeterice, Plantago.

Thyites, lapidis nomen: in Æthiopia gignitur, subuiridi colore Iaspidem imitatus. Diosc. lib. 5. cap. 145.

θυλακῖτις, nardus montana est. sic dicta, quòd pera, utre, seu sacculo ex animalium corio facto, ex Cilicia, Syriaquè mercatores in Græciam eam adferebāt. M. Vergil.

Thymbra, Satureia, apud Diosc. lib. 3. cap. 43. Colu. à Satureia distisit, & Cunilam nostratem esse uoluit, quam rustici Satureiam nominant. Vide de hoc Barbari Coroll. de Thymbra. Plura quoq; de ea in Comment. Verg. Satureia à saturando dicta. A Satyris alij deriuant: quòd scilicet marcescentes coitus stimulet. Teut. Saturon/ Hünerfull/ Josefplen/ Sergenkraut/ Garten hysop vñ zām. Agrestis uerò Cunila, uel Satureia, Kunel.

Thymelęa item quid sit, uide apud Dioscoridem lib. 4. cap. 183.

Thymiamata, quæcunq; in aris ad suffitum & odorem uaporantur, quę sacræ literæ aliquando Incensa nominant.

Thymion, arbor Smilax, uel Taxus, apud Paulum lib. 5. cap. 49.

Thymos, inter alia Ari cognomentū.

θύμοι, carnosæ quædam quasi uerrucułæ sunt, interdum in glande, interdum in præputio exorientes: atq; maligni aliqui sunt, alij non. De quibus uide Paulum lib. 6. cap. 58. Vel,

Thymus herba dicta à θύειν, quod est excitare. Vel quasi thymeos, id est, sanguinem impellens. Teut. Thymian.

Thymus, tuberculum est interdum rubrum, interdum album, maiore ex parte

dolore carens, corymbis Thymi herbæ simile. Paulus lib.6.cap.71. Vel, θύμος nominatur, quod super corpus quasi uerrucula eminet, ad cutem tenuis, supra latior, subdura, & in summo peraspera: idq; summum colorem floris Thymi repræsentat, unde ei nomen est. Id facilè funditur & cruentatur: nonnunquã aliquantum sanguinis fundit, fereq; circa magnitudinem Ægyptiacæ, rarò maior, interdum perexigua: modò una, modò autẽ plures nascuntur, uel in talis, uel in palmis & inferioribus partibus pedũ. Pessima tamen in obscœnis est, maximè quæ ibi sanguinem fundit. Celsus libro quinto, capite uicesimooctauo. Verrucæ sunt & Myrmeciæ lupini magnitudine, sicut acrochordones fabæ nostratis, quæ pueros maximè infestant: dictæ, quoniam in imo angustæ ita sunt, ut pendere uideantur. Myrmeciæ uerò uocantur, quoniam formicæ modò pungant. Plinius Verrucas utrunq; genus uocauit. Nos distinctionis gratia Myrmecias formicas, acrochordones Verrucas dicemus. Aut priores illas fessiles Verrucas, Acrochordones uerò pensiles. Nam informationes corporis (quo uerbo Plinius libro uigesimo octauo usus est) mulierum crinibus ad id probatis, si nõ sunt quas Græci Myrmecias uocant (nam & contra Verrucas adhibentur) nondum liquet.

Thymoxalme, quasi Thymata falsilago dicitur. Vsus eius ueteribus fuit, ut est apud Dioscor. lib.5.cap.17.

θυμὸς, animus. Hinc herba Thymus dicta, quòd animum excitet, à θύειν. Hinc & Thymiamata, suffimentum, animi solatium & medela.

Thymũ herba, siue Thymia, siue Thymus, ab omnibus cognoscitur: describiturq; ab Dioscoride libro tertio, capite 41. Teutonicè, Ymmenkraut / Römischer Quendel / Welscher Quendel.

Thyon. Lege, Malus Medica.

Thyrsion, uel Thyrsios, Thymos, quia olim Bacchicas hastas, quas in orgijs eius dei Thyrsos uocabant, pro hęderis, ramulis Thymi inuoluebant.

Thyrsion, Dionysias, apud Dioscoridem libro.4.cap.135.

Thyrsus, id dicitur, quòd in uirgulæ modum, uel teli rectitudine consurgit. Ruellius.

θυτικὴ, quid sit, require in dictione, μαντικὴν appellant.

Thyomata, unguenta sunt quæ non de floribus, sed aromatis conficiebantur. Vnde & Homerus delibutum eo genere Iunonis corpus cecinit Tethyomenon. Vide Coroll. Barb. apud Dioscor. de unguent. ratione.

T I

Ticianus Medicus, citatur ab Octauio Horatiano lib.4.

Tigris animal uelocitatis tremendæ. Plin. lib.8.cap.19. Solinus cap.27.

Tilia, arbor est Ligustri magnitudine, folijs oleæ, nigrioribus & latioribus, fructu lentisci, nigro, subdulci, racematim cõhærente: & in asperis nascitur, ut inquit Dioscorides libro primo. Græci uocant φιλυρέαν. Vide etiam Plinium lib. 18 cap.28. libro.16. cap.14. libro.21. cap. 8. Theophrast. lib.3.cap.4.

T I M

Timachrides, scripsit de cœnis, & citatur ab Hermolao Barbaro in Coroll. capite de Rosis.

Timoros, apud Dioscor. lib. 4. cap.82.

τιμωρῆσαι, id est, conferre, tùm apud antiquos, tùm apud Hippocratẽ ipsum; sæpius pro βοηθῆσαι, id est, auxiliari dictum est, ut testatur Galenus lib.1. Commentariorũ de Ratione uictus in acutis.

Tineæ, fiunt ex puluere in lanis & uestibus. Plinius lib.11.cap.35. præcipuè si araneus unà includatur.

Tineosus, plenus Tinearum, qui sunt uermes quos alueorum Tineas uocant. Tineas in libris gigni testatur Epigrammatista. In homine prouenire longitudine pedum tricenum refert Plin. Columella

lumella lib.9.cap.14.

Tiniaria, πόλιον.

Tinnunculus, auis defendens columbas, & terrēs accipitres naturali potentia, intantum, ut uisum, uocemq; eius fugiant. Plinius lib.10.cap.37.

Tinctorius flos. Teu. Gilb / Streich / oder Ferbblůmen. ad tingendū aptus. Alijs dictus Acker Pfrymmen.

Tiricta, secundùm Aphros, Gingidiū.

Tithymali septem genera, uide apud Diosc.lib.4.cap.169. Dicimus aūt Tithymalum, & Tithymalus, penult. produc. Teut. Wolffsmylch. Vide & Fuchs.

Tithymalus petrea, Dendroides. Teu. grosß Teüfels mylch / grosß Wolffs mylch. Diosc.lib.4.cap.174.

Titinabulum terræ, Limonium, apud Dioscoridem lib.4.cap.19.

Titinum, Atticum uocabulum, pro Sitanium: sic dictum, quasi purum.

Titthia, mammæ muliebres.

τιτθὴ, nutrix. De nutricum institutione, & quales oporteat esse, uide Paulum libro.1.cap.2.

Titus, discipulus Asclepiadis, scripsit libros de Anima, ut inquit Aurelianus.

T O

Tobion, Stœbe. Diosc.lib.4.cap.14.

Togetes. Lege, Malus Medica.

Tomacinæ, quæ apud alios tomulacæ, & canacæ, edulia ex carne porcina.

τόμη, taleola.

Tomei dentes, qui cibos incidunt.

Tomentum uocatur omne id, quo culcitræ ad molliorē & calidiorem quietem infarciuntur, siue id lana sit, siue pluma, siue quod uoluerit aliquis excipiendis molliter, & fouēdis calore corporib. nostris aptū. Sic Suetonius, sic & alij permulti interpretantur. Barbar. et Lomentum, & Tomentum censet legi posse in Diosc.lib.3.cap.131.cap.de Gnaphalio.

Toni, nerui in stomachi lateribus.

τονικὰ, quæ robur inferūt medicamenta, apud Paulum lib.3.cap.18.

Tonsillæ propriæ fiunt circa uuam ex utraquè parte intra fauces. Aliàs dictæ Glandulæ, ob glandium similitudinem, Gummen geschwär.

Tonus, spacium uocatur id, quanto ab est à terra circulus cœli citimus, hoc est, lunaris, centū uidelicet uiginti sex milia stadiorū. autore Marciano, ut alios prætercam. Quoniam ut in sonis interuallū cum legitima quantitate minimū ex duobus sonis inter se diuersis, ita in cœlo minimum à terra spacium ad lunam tonum appellare placuit. Tonus uerò cum Hemitonio proportionem facit sesquiplam, hoc est, sesquialteram.

Topiaria, Acantha. Diosc.lib.3.cap.18.

Topiaria, in hortis opera ex arboribus, aut fruticibus, aut herbis facta ad decorem. ut sunt, testudines, cameræ, naues, columnæ, auiculæ: quæ ex samsuco, libanotide, hedera, buxo, alijsq; herbis atq; arboribus fieri conspicimus. Dicta ἀπὸ τῶν τόπων, hoc est, locis, quę in ijs uaria constituuntur. Cicero. Topiarium laudaui: ita omnia conuestiuit hędera. Plin. Accidit in topiario opere Lauri genus. Idem. Ramos spargit, à radice topiarij, ac coronarij operis. Hinc Topiarij, qui topiaria faciunt: sicut Coronarij, qui faciunt coronas.

Topiarium opus quid, in Ruelliana, et Hermolai Barbari, Dioscoridę interpretatione sit, uide in dictione, Scenæ.

Topica, remedia, id est, localia.

Tordylon, Seseli Creticū, Paulo Gordylion uocatur. Teut. Beerwurtz.

Tori, prominentes partium calli, & in se pulparum modò collecti nominātur. Græci κονδύλος uocant. Hinc κονδυλώτης, id est, torosus, quasi nodi formam præ se ferens.

Tormentilla, Quinquefolio herbæ similis est: nisi quòd septem ferè, non quinquè folia habet. Lege Hermol. Barb. Coroll. in dictione σαρξίφαγον.

Tormina, morbus est intestinorum. Græci uocant Dysenterion. Intus intestina exulcerant, ex his cruor manat, frequens

quens deijciēdi cupiditas,dolorq; in ano est. Torminosi dicuntur laborantes hoc genere morbi. M. Tullius. Torminosos quoq; dicimus quosdam, non quia patiantur tormina,sed quia procliues ad hoc genus ægritudinis. Columel. lib. 12. cap. 38. Vide, στροφοί.

Torosum,pulposum,musculosum. Ouidius. Colla torosa boum. In Tusculanis quæstionib. ait Hercules:O brachia, ô lacertorum tori. Plinius scribēs de hortensibus,decenter dixit, quòd inula torosior est. Columel. lib. 6. cap. 1. Sic & in uitibus tori sunt.

Torpedo piscis, nouit uim suam ipsa: non torpens,mersaq; in limo se occultat, pisces qui securi natātes obtorpuere corripiens. Plinius lib. 9. cap. 42.

Torpedo. Lege, νάρκα θάλαττα.

Tortiuū. Cato fæcatū uinum appellat, quod ex fęcibus uini expressum est. Consimile est Tortiuū, quod post primā pressuram ex torculari exprimitur circumcisis uinaceis:unde & Circumcidaneū nominatur. Cato. Tortitiū mustum circumcidaneum suo cuiq; dolio diuidito, additoq; pariter. Est alterū uini genus, quod Præliganeum uocant,quod operarij bibunt:Græci Deuterias appellant. Generali uocabulo omnia uina secundaria,nostri Loram,fiunt maceratis aqua uinaceis. Columel. lib. 12. cap. 36.

Torineton, panis ex pulticula cōfecta.

τορνεύματα τοῦ ξύλου,racementa et scrobes lignorum.

Torsmiton,ex pane pulticula.

Tortellæ,biscotelli de simila. Saladin.

Tortores equi qui sint,lege,succussarij.

Tortura oris,gręcè,spasmos cynicus.

Toxicon,Ladani genus alterum,quod funibus colligitur.

Toxicum inde nomenclaturam uidetur mutuasse;quòd barbari sagittas, cuspidesq; suas, quæ τοξεύματα appellantur,eo inficiunt. Paulus lib. 5. cap. 54. Dioscorides lib. 6. cap. 20.

Toxitesia, Artemisia, apud Dioscoridem lib. 3. cap. 125.

Toxaris, Medicus Scytharū, apud Lucianū in Hospite,uel de Anacharside.

T R

Trabecula,ad similitudinem trabis,cœlestis ignis inflammatio.

Trácheæ χαμαί. Lege, Chamæ.

τράχηλος, collum.

Trachíæ,piscium genus. Plin. lib. 9. ca. 15. Lege, Buccina.

τραχύτης,intra palpebras asperitas.

τράχωμα,ut inquit Paulus,scabricia est palpebrarū interior: sicut in eadem parte glabritas,hoc est,defluuium,madarosis,& milphosis.

τραχισμοί,erosiones,exulcerationes.

Tracta, ceræ cognomentum: quod ex eo illi euenit, quia uarios in colores pigmentis trahitur.

Traduces in arbustis fiunt. Hoc autem uocabulo utimur in uitibus,quę ex arboribus in arbores traducuntur. Traduces quidam Rumpos appellant, à traducendo nominatos. Traducem bimum antiqui præcidere solebant, ut ita transilem facerent. Nouariensis agricola traducū turba non contentus,nec copia ramorū, impositis etiamnum patibulis palmites circumuoluit. Colum. lib. 4. cap. 29.

Tractilia sunt, quorum superficies in latus porrigi potest. 4. Meteor.

Tragacantha,hyrci spina, siue Tragacanthos, radicem spinæ albæ continet, atq; in Creta tantùm nasci credita. Dioscor. lib. 3. cap. 22.

Tragelaphus,est eadem specie cum ceruo, barba tantùm & armorum uillo distans,quem Tragelaphum uocant: non alibi,quàm iuxta Phasim amnem nascēs. Plinius lib. 8. cap. 33.

τράγος, Tragos uepres, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 54.

Tragium, nascitur in Creta, Lentisco simile. Vide Diosc. lib. 4. cap. 52.

Tragoceros, Anemone.

Tragoceros, Tragum alterum,uel minus,apud Diosc. lib. 4. cap. 53.

Trago-

Tragoceros, Aloe, apud Dioscoridem libro.3.cap.29.

Tragonoton, Lychnis agrestis, apud Dioscor.lib.3.cap.114.

Tragopanadem uocant maiorem aquilam, cornua in temporibus curuata habentem, ferruginei coloris, tantùm capite puniceo. Plin.lib.10.cap.49.

Triganum, Origani quarta species, tenuis frutex, & syluestri Serpillo similis. Vide Dioscor.lib.3.cap.33.

Tragos, id est, hircus, peculiaris uiti morbus, importunis uentis germinibus abscisis, uel imperitia colentium oblæsis. Theodorus Articulationē uocauit. Hircescere porrò uites dicuntur, cùm infœcundæ fiunt: quoniam hircus animal, ut inquit Aristotel. sterilescit pinguedine.

τράγος, intra aurem neruus quidam: è regione cuius est quem uocant ἀντίτραγον.

Tragos, alia ab Tragio, Asiana uepres, apud Dioscor.lib.4.cap.54.

Tragos, tertium genus spongiarū piscium, scilicet asperum. Plin.lib.9, ca.45.

Tragus, panis genus, quod fit ex Zea, ut inquit Galenus.

Tragion fruticem sola Creta insula gignit, Terebintho similem et semine: quod contra sagittarum ictus efficacissimum tradunt. Plinius lib.13.cap.21.

τραγίζοντες, pueri apud Aristotel.lib.7. Historiæ animalium, ab alarum odore, quasi hircientes: cùm pubescētes, Venerem cognoscere incipiunt, & uocem in sonum asperiorem, inæquabilioremq́ mutare.

τραγομάσχαλοι apud Plautum, qui uirus alarum olent.

Tragontes, ab Alexandro Aphrosydęo uocatur, qui hircorū uocem imitantur: metaphora, ut ipse inquit, ab hircorū uoce ducta, propter arteriæ asperitatem.

τραγοπώγων, Hirci Barba. Teuton. Bocksbart/Gauchbrot. Diosc.libr.2. cap.160. Græcis sic dicta, quòd à calyce eius promissæ pendeant barbę: uel quòd lutei illius flores in uolucres barbulas euanescant. Est & in Trago pisce nigricans illa sub gula pars, τραγοπώγωνον, ut inquit Athenæus.

Tragos, Teutscher Reiß, quandam Halice figuram gerit, cognomine σιδώσης, hoc est, Cerealis, ut ab herba Trago distinguatur. Tria igitur significat Tragus: scilicet, animal, herbam, & frugem. Addunt alij etiam uirosum odorem, qui sub alis sentitur. Plura lege apud Plin.libro.18.cap.7.&.10. Diosc.lib.2.cap.103. et inibi commentarios scriptorum.

Trahi, est superficiem perpetuam existentem, uersus idipsum porrigi, quod facultatem mouendi obtinet. 4. Meteo.

Trambi. Lege, Netrindes.

Transitiuus motus uniuersorum cum uoluntate, quādo uidelicet imperat princeps animæ pars, et spiritus qui in neruis est, suffragatur & inseruit, extēdit, transfertq́ membra. Gal. de Definit.

τραπέζα. Vide, Momistum.

τραυλότης, blesitæ.

τραύματα ἀφλέγματα, uulnera non inflammata.

τραυματικός, uulneratiuus.

Tremor, uel palpitatio, est eleuatio & submissio corporis cedentis, & non resistentis, quæ à spiritu fit: non aūt semper sequitur, sed statis tēporibus. Aliter sic,

Tremor, est eleuatio, & submissio corporū musculosorū, quæ à spiritu fit, non semper quidèm, sed aliquando eueniēs.

Tremulus pulsus. Lege, Pulsuum differentiæ.

τρεπτική, uirtus quæ pastum tribuit membris.

Triasandali, barbarè pro tribus generibus Sandalorum.

Tribolion, Lotus urbana, apud Diosc. lib.4.cap.112. Vocat & Lotus syluestris.

Tribulare, id est, frequenter uertere & uoluere nodo: quo modo frumenta conuertuntur, ne marcescant, atq; putrescāt: à tribula frumentaria, qua frumēta olim terebantur.

Tribulum,

Tribulum, frumentarium instrumentum, saxo, uel ferro exasperatũ, quo fruges extundebantur.

Tribulus, apud Diosco. lib. 4. cap. 217.

Tribulus aquaticus, apud Diosc. libro 4. cap. 17. Teut. Wassernuss.

Tribula, & Traha, nomina sunt instrumentorum rusticorum, quibus ad terenda frumenta utuntur agricolæ. Seruius interpretatur esse genera uehiculorum, enarrans illud Vergilianũ: Tribulaq́, trahęq́, & iniquo pondere rastri. Sic enim scribit. Tribula genus est uehiculi, quo teruntur in area fruges. Traha quoq́ genus est uehiculi, dictum à trahendo, nam non habet rotas. Tribulam à terendo dictam autumant. Fit autem Tribula ex tabula lapidib. aut ferro exasperata, quę imposito auriga, aut pondere grandi trahitũ iumẽtis iunctis, aut discutit ex spica grana: aut ex assibus dentatis cũ orbiculis: quod, ut inquit M. Var. Plostenum Pœnicum appellant. Colum. lib. 2. cap. 21.

Trica, Geranion. Diosc. lib. 3. cap. 129.

τριχίασις, capillorum mictura: quam rectè capillationem dixeris, angustissima rhogme est, sensum plærunq́ fallẽs, eamq́ ob caussam latens. Quæ quia non satis se ostendit, mortis caussam sæpè affert. A capillis etiam Græci nominauerunt: quoniam angusta, exilis, & sensum fugiens, quales capilli sunt in calua capitis discurrentes. Vide in ῥωγμή.

τριχίασις etiam eruptio pilorum præter naturam in ordine palpebræ ex reumate proueniens.

τρίχες, pili. Theo. Idill. 1. τίς τρίχας ἀντὶ ἐρίων ἐποκίξατο;

Trichiæ, pisciũ genus. Plin. lib. 9. ca. 15.

τριχόλαβον, uulsella, Chirurgicũ instrumentum, quo ea, quę in aurẽ inciderunt, extrahuntur. Vtitur eo Paul. lib. 6. c. 24.

Trichomanes, herba capillaris, Teut. Widertodt/oder Abthon. τριχῶ, capillus, μανόν, rarum. quòd fluentem capillum expleat & subnasci faciat.

τριχωτόν, Aristoteles intelligit, quod capillis integitur.

Tricoccum: sic Galenus uocauit Mespilum, à tribus granis quæ habet: quasi Triossum dicas, aut Triganium.

τριδάκτυλος, id est, Agnus castus, Vitex, ἄγνος.

Triens, quatuor cyathi.

Trifaris, Cytisus apud Columellam.

Trifoliũ maius, Cytisus, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 14.

Trifolium minus, Lotus syluestris, apud Dioscor. lib. 4. cap. 113.

Trifolium odoratum, Medion herba, apud Diosc. lib. 4. cap. 21. Odoratum dictum: quòd singulis diebus septies odorem suum habeat: & toties amittat. Sybengezeit uocant.

Trifolium, quid reuera sit, uide apud Dioscoridem lib. 3. cap. 122. & lib. 4. cap. 36. Lege item, Polium.

Trifolium acutum, nascitur in Sicilia plurimum, ut inquit Scribonius. Est autem folijs in specie & numero similis cõmuni Trifolio: nisi quòd hæc pleniora sunt, & quasi lanuginẽ quandam super se habent, & in extrema parte quasi aculeũ super se eminentem. Sed huius frutex duorum pedum interdum, aut etiam amplior conspicitũ, et odorem grauẽ emittit: quod pratense Trifolium non facit.

Trifera, unde nomen habeat, non admodum compertum habeo. Interpretatio Saladini, qua ab renascentia interpretatur, non arridet. Sunt autem plures apud Nicolaum Triferæ.

Trigo, piscis. Plin. lib. 9. cap. 48.

Trigonion, uel Trigonon, Medion herba, apud Diosc. lib. 4. cap. 21.

Trigranium. Lege, Tricoccum.

τρίγλα, Mulus, piscis.

Trimachion, Hippuris. Dio. li. 4. c. 49.

τρίμμα διαρωμάτων πόμα, id est, potio ex aromatibus concinnata.

Trimodia, nomen est uasis à mensura trium modiorum. Satoriam uocant: quoniam ex ea satores semina iaciunt in satione seminum. Colum. lib. 2. cap. 9.

Trinitatis

Trinitatis herba, Violę inodorę genus est, Iouis flos dicta. Sunt qui laceam uocent, & herbam clauellatam. Teut. drey faltigkeyt blůmen / Freyßamkraut.

τριόβολον, Hemidrachmã: atq; sic interpretatus est Pauli interpres lib.3.cap.20.

Tripedalon, Prasiũ. Diosc.lib.3.ca.118.

Tripodion, Lotus urbana, apud Dioscoridem lib.4.cap.112.

Triphalites, Cyclaminos, secundùm Zoroastrem.

Triphon, Medicus, citatur ab Aureliano libro primo.

Triphyllon, Cytisus, apud Dioscoridem lib.4.cap.14.

Triphyllon, Lotus urbana, apud Dioscor.lib.4.cap.112.

Triphyllon, Maiorona, apud Dioscoridem lib.3.cap.45.

Triphyllon, Medion herba, apud Dioscor.lib.4.cap.21.

Triphyllon, Staphisagria, apud Dioscor.lib.4.cap.158.

Triphyllon, Trifolium odoratũ, apud Diosc.lib.3.cap.122. Teuto. Syben gezeyt. Dictum, quòd singulis diebus septies odorem suum habeat, & toties etiam amittat, quàmdiu in horto creuerit. Decerptum enim & exiccatum, perpetuò odorem suũ retinet. Aliâs, Wolryechender Klee.

Triphyllon pratẽse. Wißenklee / candidum & purpureum.

Triphyllon magnũ. Teut. Guldener Klee / d' grossz Klee / edel Leberkraut.

τριφύλλος. Lege, Rhapsodiã Maioronæ.

Trixago palustris, Scordium, apud Dioscor.lib.3.cap.123. Teut. wasser Betonien. Lege, Scordion.

Trixago, Chamędrys, apud Dioscor. lib.3.ca.111. Teut. Gamãnderlin / kleyn Betonien.

Trithalles, à terno flore Aizoum maius dictum, apud Dioscor.lib.4.cap.191.

Triticum multis integitur tunicis, hordeum nullis. Culmus quoq; tritico altior quàm hordeo: spica quoq; remotior à folio: palea suauior, mollior, succosior. Dictum, quòd tritum fit ex spica. Teut. Weyssen. Græcis πύρος.

Tironem piscẽ Tiberio principi nũciauit Olisiponensiũ legatio. Plin.li.9.c.5.

Trochilus, rex auium in Italia, parua auis, quæ trochilo est caussa suæ perditionis, si quando perimere hanc cupit ichneumon. Plinius lib.8.cap.25.

Trochisci, pilulæ sunt maiusculę, quos alij Pastillos: perperàm nostri & officinæ Trociscos uocant.

Trochiscus, est quædam rotunda confectio cum quadam depressione, ad modum lupini, & quandoq; fit in longitudine quadam & rotunditate.

Trochiscorum nomina apud Nicolaũ indita sunt, partim ab compositoribus, partim ab ingredientibus effectibus, partim ab effectibus ipsis. Vide, Pastillos.

Trochleæ, siue Trochalia, instrumenta cum orbiculis, ad subleuanda & deprimenda onera.

Trogete, nota Homero arbor, ab alijs uocatur Thya. Hanc inter odores uri tradit in delitijs Circes, quam Deam uolebat intelligi. Magno errore eorum, qui odoramenta in eo uocabulo accipiunt: cùm præsertim eodem uersu cædrum, laricemq; unam tradat. In quo manifestũ est, de arbore tantùm locutum. Vide de hac Plinium lib.13.cap.16.

Troglytæ, passerculi in oppidorũ muris, & turribus nidificantes.

Trometa oua, id est, tremula.

τρόμος, id est, tremulus.

Tropei uenti, è mari terram impetentes & infestantes.

τρόφιμα dicuntur, quæ probè alunt & nutriunt.

Trua. Lege, Trullum.

Trulla differt à Trullo, sicut matellio à mateola, siue matula Catoni, quę omnia uasorum sunt uocabula. Nam Mateola genus est Marculi apud ipsum Pliniũ: Trulla uerò & instrumentum illud uocatur, quo tectorijs liniẽdis, complanan-

disq; fabri murarij delutare solent. Unde uerbum trullissare Vitruuio.

Trulleum uas, quo manus perluuntur. Trulla tamen & Trua uas, quo è culina in latrinam aquam fundunt.

Trullissare. Vide, Trulla.

Trunculos existimant quidam edulij genus esse, frustulatim concisis carnibus constans. Meminit eius dict. Cels. lib. 2. cap. 19. Quanquàm corruptum esse locum existimat Cæsarius, atq; pro Trunculi, legendum Ventriculi.

Trusatiles molæ, alio nomine Manuariæ: quòd manibus trudantur.

Tyras, Epimedium. Diosc. lib. 4. ca. 21.

τρύγλαι. Lege, Mulum.

τρυγὼν, id est, Pastinaca piscis, aliàs & turtur. Plin. lib. 9. cap. 32. Sed nullum usquàm execrabilius, quàm radius super caudam eminens Trygonis, quam nostri Pastinacam appellãt, qui arbores infixus radici necat, armaq; ut telum perforat. Hinc apud Auson. Letalisq; Trygon, mollesq; platessę. Lege, Pastinaca.

τρύγη, nunc triticum signat, aut ordeum: nunc fructum quemlibet.

τρυφερόχρωτος, habens teneram cutē.

τρυσμὸς, uel τρισμὸς, nam utroq; rectè scribitur, siue per υ, siue per ι. Est autem uentris flatus cum quodam stridore. De Flatibus uide plura apud Galenum libro. 3. de Symptomatum caussis.

τρύγονος θαλάσσιος, pastinaca marina.

τρύον quidam herbam, alij Iuncum esse uolunt.

Tryx, fedimentum uini: cuius uocabuli etymum Germani imitātes, Trüßen uocant, fęx est uini.

T V

Tuber terræ, Cyclaminos. Erdnussz.

Tubera, rotundæ radices sunt sine caule, sine folijs, flauescentes. Credidit Antiquitas cognationē illis esse aliquam cum cœlo, nec nisi tonante Ioue nasci. Plinius libro. 19. cap. 23. Dioscor. lib. 2. Quod in Satyra Aquinas Pöeta monuit, dicēs: Et facient optata tonitrua cœnas maiores. Zunesta tarensola, Italicè. Teuton. Angewachßen wurtzel.

Tuberculum aliquando nominat Hippocrates, quod in alijs uocare est solitus suppurationem, ut libro. 7. Aphoris. 8. Lege, Erythacus.

Tubi, & per diminutionem Tubuli, sunt quædam quasi uasa fictilia, oblonga què, instar fistularum, quibus utimur ad ductus aquarum conficiendos. Plinius tradit aquas à fonte duci fictilibus tubis utilissimum esse: & ut autor est Vitruuius, salubriores sunt aquæ quæ ducuntur per Tubulos fictiles, quàm quæ per fistulas ipsas plumbeas. Plinius hoc idem memorans, Cola fictilia uocat, quæ Columella Tubulum fictilem appellat. Plinij uerba hęc sunt. Est & luxuriosa ratio uites cędi, ut quatuor malleoli uehementi uinculo colligentur in parte luxuriosa: atq; ita uel per ossa bubuli cruris, uel per cola fictilia obruantur binis eminentibus gemmis. Et mox paulò ait. Tales uuæ acinos nihil intus ligni habituros Colu. promittit. Col. lib. de Arbor. c. 9.

Tubulus fictilis, fistula maior.

Tucularis, Gnaphalium, apud Dioscoridem lib. 3. cap. 131.

Tuleum, Brassum, Niceratum, Petronium, Nigrumq;, & Diodotum, herbarum scriptores fuisse, quanquàm infelices, Dioscorides meminit, his uerbis. Iunioribus autem nequaquàm assentiendum: ex quorum numero Brassus, Niceratus, Petronius, Nigerq;, & Diodotus, Asclepiadæq; omnes. &c.

Tumor propriè uocatur, cùm incrementum naturalem statum excedit, atq; non modò ægris in qualibet particula, sed etiam sanis adest. Galenus libro de Tumoribus.

Tumores in scroto contingunt, hydrocele, enterocele, hydronerocele, inforcele, psoracele, epiplocele, enteroporocele.

Tunica arboris, mēbrana dicitur, quæ uelut ambiens eam tingit. A tuendo corpore dicta. Ruell.

Turbinatio: linguę pars uocatur Pro glossis: caruncula uerò, qua connectitur inferiori parti oris, nuncupatur Hypoglossis.

Turbith. Quid per Turbith intellexerit Mesue, difficile est diuinare. Nec enim cum Serapione conuenit, Tripolium intelligente: nec cum Dioscoride, radicem Pityusę sic uocāte. folio enim hoc Pini, illud Isatidis constat, non ferulæ. Sed neq; id pingere uidet, quod passim in officinis nunc pro Turbith uenditur. Siquidem ut à fidedignis intellexi, ex planta accipitur, quæ folio Myrti constat. Hæc Manardus.

Turbo, quicquid ex acumine tendens, in amplius spaciatur. Hinc Turbinatū, quod ex angusto conuenienter in latius prodit. Sic Turbinata conspicitur Pyrorum forma, et herbarum plęraq; folia in mucronem turbinantur.

Turchis, accipitrum nomen & genus. Plinius lib. 10. cap. 8.

Turcicum frumentum, Türckisch Korn/ è Gręcia & Asia in Germaniam aduectum.

Turdi. Lege, Saxatiles.

De Turdis uide Plin. lib. 10. cap. 24.

Turionum uocabulo, quod infrequēs est, significari uidentur teneritudines ramusculorum in summitatibus arborū. Columella lib. 2. cap. 47.

Turma, idem quod Lepidion.

Turpena, piscis marinus: à quo Cerati quoddam genus, ad duricias emolliendas appellatum est à Medicis, ut est apud Paulum.

Tursiones, Delphinorum naturam habent. Distant autem tristicia quidem aspectus: abest enim illa lasciuia, quæ est in Delphinis: maximè tamen rostis, canicularum maleficentia assimilari. Plinius libro nono, capite nono scribit.

De Turturibus uide Plin. li. 10. ca. 24.

Turunda, panificij genus.

Tusianus, & Dinus, Medici: ambo discipuli Aponij.

Tussicularia medicamina, quę arte medicorum ad tussim cōpescendam conficiuntur. In quibus, quo quisq; iactantior est, ut laudem consequatur ab Pharmacopola, cui interim rei eius lucrum cędit immodicum, tantò plura cōgerit electaria, & tabulas, & syrupos, compositis interim miscens composita. Atq; huiusmodi interim magistrales uocantur compositiones: & qui ista corradunt, confunduntq;, artis scilicet magistri summi celebrantur: & qui imposturas huiusmodi non nouit, uel odit potius, synceritati studens, ne interim sumptibus nimijs degrauet ægrotum, apud illos Trasones: aut nullus est, aut Medicus plusquàm uulgaris, triuialis, & ruralis, indignus qui uel diuitibus, uel Principibus uiris medicetur. Quibus ego id probri uice uicissim obiecero: nunquàm me felicem effectum consecutum, aut perquàm rarò, simplicibus medicamentis persæpè, & summa etiam cum laude.

Tussilago, Gręcis Bechion dicta: quòd tussi & tussientibus medeatur, Teuton. Eselshüff/ Brandlattich. Diosc. libro. 3. cap. 124. 23.

T Y

τύλοι, claui.

Tylonia, inferna pedis portio uniuersim.

Tyllastis, idē qui & Oxylapes panis.

τύμμα, uulnus.

τυμπανίτης, hydropisis species, sic dicta à tympano, notissimo omnibus musico instrumento, in quo plus spiritus, aquæ uerò minus. Copiosius enim in hoc spiritus intus est: & si percutiatur, tympani more resonat.

Typha, foliū edit Cyperidi simile, caulem, album, leuem, æquabilem. Meminit eius Diosc. li. 3. ca. 132. Pli. lib. 18. ca. 8. Plut. cap. 2. de Naturalibus caussis. Barbarus differre existimat à Tipha, quæ frumēti genus est, & per literā iota scribitur, Heyden Korn. De quo uide illius Corollarium dictione, Typha.

Typha magna, Welsch Korn/ Triticum

cum magnum, Trago.

Typha aquatica, Trago Cestus Morionis, Teut. Lyeßknospen / Ryetkolben / Deütelkolben.

Typha tritico similis, ut inquit Manardus, paruum triticum nominatum. Locus est lib. 2. epist. 6.

Thyphodes, febricula quæ iocinori sacris ignibus correpto prouenit.

τυφών. Lege, Fulmen.

τυφώνια, genus delirij cũ furore mixtũ.

τυπικός, περιοδικός, idem.

τύπος, uel Nympha, cauitas quæ est in labro superiori.

Typus, est incensionum, remissionum ué statuta repercussio. Vel sic,

Typus est tẽpus passionis, quod ad accessionẽ & intermissionẽ fieri contingit.

Tyria, morbus alopeciæ, secũdùm Haliabbatem, & Auicennam.

Tyriamethystus, purpuræ genus: sic dictum à colore Amethystino.

Tyrinon syluestre, Chelidonia minor. De qua uide Dioscor. lib. 2. cap. 201.

τύρος, καὶ τυρόεις, Caseus.

τυροῦσθαι, de lacte propriè dicitur, quando densatur, coitq́ in caseum.

V A

VAcerras dicunt stipites, & perticas, ad quas equi religari solent. Alibi docet Columella, Vacerras appellari genus clauorũ, accipiq́ pro longurijs, siue perticis. Colu. lib. 6. cap. 18. Erat & apud antiquos Vacerra nomen maledicti.

Vaccina, fames, βούλιμος græcè.

Vaccinium, Rittersporen. Trago. uugò, Consolida Regalis.

Vacia uocat, cũ in exteriorẽ partẽ crus flectitur: Varus aũt est, cui contrariũ fit.

Vacillatio, apud Auicennam morbus oculorum, quem Greci uocant τάραξιν, de quo lege dictionem Taraxis.

Vacinũ, Hiacynthus. Dios. lib. 4. c. 66.

Vacuum, est locus non repletus corpore, natus repleri. Secundò, est dimensio omnia in se corpora non cedendo recipiens. Tertiò, quod corporibus immersum plenum non est.

Vaginam uocãt herbæ, id, sub quo herba ipsa latet.

Valentia, Artemisia tenuior. Barbarus in Corollario.

Valerij Flacci Viterbiensis, solùm nomen lego, & quod sub Xisto. 4. floruerit, insignis eruditionis iuuenis, qui ante maturam ætatem naturæ concesserit: palàm indicans, nullam artis cognitionem tàm præcellentem esse, nullũ etiam pharmacum, quod uitæ terminum præstitutum queat remorari.

Valetudinarium, locus quo ægroti curantur, eleganti uocabulo nũcupantur. Seneca. Omnes in eodem ualetudinario iacemus. Mos hic propè peculiaris est religiosorum, ut Valetudinariũ etiam templatim habeant, quo infirmi continẽtur ac curantur. Col. lib. 11. cap. 1.

Valgi uocantur, qui altrinsecus prominentes suras habẽt, & in diuersum actas: quales Cancri habent & Lacertæ, teste Aristotele.

Valuuli, sunt folliculi & siliquæ fabarum: quasi Valliuoli dicti, quia uallo fabis excutiantur. Columel. lib. 2. cap. 12.

Valgius, post Catonem, inquit Plinius, Romæ tentauit quidẽm scribere quædam in medicina, homo non solùm eruditus, uerùm etiam spectatus: sed repugnantib. fatis, nihil effecit. Plin. li. 28. c. 2.

Vallatur, hoc est, statuminibus fulcitur uitis. Viduatur item, quando emoritur: quùm instar mariti fit. Statumina autem uocãtur adminicula, pali, pedamenta, quibus stat uitis tenera, atq́ fulcitur: & ita intellige, exponeq́ Statumina apud Colũmellã hac uoce crebrius utentem. Apud Vitruuium statumina, & statuminationes capiuntur pro solidationibus pauimentorum, & statuminare pro munire, ac solidare. Colu. lib. 4. cap. 2.

Vanni, sunt cribra quibus frumẽta purgantur. Vnde uerbum Varronianum, Euan-

Euannare,quod eſt,per Vannos expurgare. In codicibus Varronis perperàm legitur euanninatur:cùm rectè legendũ ſit,euannatur. De Vanno ait Poeta: & myſtica uannus Iacchi.

Vapor,eſt humor extenuatus. Vel,

Vapor eſt ab humido in ſpiritum, aëremq́ ui caloris urẽtis facta ſecretio,quę madefacere queat.4.Meteor.

Vaporatoriũ cubiculũ, ein Badſtub.

Vappa,uitium uini,fit cùm iterũ ſponte muſta feruent.

Varicoſus,paraſtata,meatus ſeminarius,apud Galen.lib.1.de Semine.

Varix,dilatatio uenæ eſt, quæ interdũ in temporibus, interdum in uentre ſub umbilico, quandoq́ circa teſtes, præcipuè uerò in cruribus euenit,atq́ ut plurimum à melancholico humore. Paulus libro.6.cap.82.

Varices, omnes Græcorum Medici Cirſos uocant,à Cirſio herba, quæ illas potiſsimum curat:alioqui Plutarchus & Ariſtoteles multis in locis ἰξίας uocant. Fiunt plærunquè ex atræ bilis materia. Suntq́ Varices(quorum ſectione,quemadmodum Cicero in Tuſculanis quæſtionibus teſtatus eſt, C. Marius ruſticanus homo, & planè uir, ligari ſe uetuit, cùm nullus ante eum ſolitus diceretur ſectus fuiſſe)uenarum dilatationes,quæ aliquando in temporibus, nonnunquàm ſub umbilico in imo uentre,ſæpè circa teſtes, frequentiſsimè autem in cruribus fiunt.Et quoniam Varicum huiuſmodi doloribus Cirſion(cuius meminit Dioſcorides libro quarto)medetur, ideò à beneficio nominis honorem eum inuenit.Marcello Vergilio homini ſanè doctiſsimo uidetur Medicorum eſſe uocẽ Cirſon,quo totum hoc genus toto corpore dilatantium ſe uenarum complectuntur; Ixias autem in cruribus tantùm factas dilatationes.

Variculæ,idem quod Varices:nec aliud ſunt,quàm intumeſcentes plus ęquo uenæ,in temporib.in uentre,in teſtibus, in inguine,& potiſsimùm in cruribus.

Varipedes,incuruis, obtortis'ue cruribus,autore Feſto,Nonioq́.Græci appellant ῥαιβοὺς ex Polluce. Valgi autẽ ſunt, qui diuerſas ſuras habent, hoc eſt, in diuerſum actas,quos Græci βλαίσους uocant: cuiuſmodi lacertarum pedes ſunt, quorum uidelicet pars intra conditur, pars extra procedit.De qua ſimilitudine inſtrumentum quoddam ruſticum ad areas complanandas, Valgium Plinius appellat fortaſsè,lib.17. Alioqui & ſermo agreſtis ualgiare uſurpat hodiè, pro eo quod eſt pauire,cõęquareq́ omnino. Id ferè uidetur eſſe, quod & Cato dicit: Cõminuito,inquit,terram, & cylindro, ac paucicula cõæquato.

Vari,apud Celſum lib.6. maculæ ſunt oris,ut lenticulæ,& ἐφηλίδες. Vnde homines uarij dicti ſunt. Atq́ ſic intelligendus eſt locus Quintiliani lib.6. ubi Cicero iocum tractauit. Miror quid ſit, quòd pater tuus homo conſtantiſsimus,te nobis uarium reliquit. Vbi intelligi uoluit, uaris in facie diſtinctum. Teut. Moſſen von Boꝛpelen.

Vari etiam ſunt pedibus incuruis, et in ſe contractis:cuiuſmodi ſpadones,& caſtratos uidemus. Vnde etiam Varæ manus.Ouidius.9.Metamorph. Tenuiq́ à pectore uaras In ſtatione manus, id eſt, incuruas.

Varix uocatur, cùm uenæ longiores fiunt in coxis & cruribus: quod ex craſſo & melancholico humore contingit,Galen.lib.6.Aphor.21.

Vaſculi,ſeminum ſunt inuolucra.

Vatij ſunt,qui pedes extrorſus obtortos habent:ijdem fortaſsè qui Valgi.Lege,Valgi.

☞ V C

Vchinaſtrum, Geranium, apud Dioſcor.lib.3.cap.129.

☞ V E

Vægrandes,id eſt,malè grandes.

Vehemens Pulſus. Lege, Pulſuum differentiæ.

Vehes, à uehendo nominantur. Sunt aũt propriè rustica instrumenta, quibus stercus uehitur: & mensuræ nomen. Plinius. Iustum est uehes stercoris.16.iugero tribui. Alibi Columella ait, maiores pecudes efficere denas uehes stercoris tricentis diebus. Columella lib.2. cap.5.

Veltis, mensuræ nomen est. Col. li. 12. Materies si roborea est, ab uno fabro dolari ad unguem debet, per quadratos pedes.20. hoc est, inquit Veltis una.

Vellumina, & Vellera, uocant lanam quæ tonsa non est, sed extracta, quibusdam enim in locis extrahitur.

Vena, est uas sanguinis: et ex sanguine temperati spiritus naturalis, neruis constat, humida & calida, & maximè sensu prædita. Recentiores alterum dumtaxat genus, id quod pulsat, Venas appellant. Galenus lib. de Morborum caussis

Vena nigra, id est, Mediana.

Vena alaris, uena cubiti interior, teste Paulo lib.6.cap.40. quam præcipit aperiendam in hijs, quæ sunt circa callum.

Vena humeralis, superior cubiti uena. De qua Paulus lib.6.cap.40.

Vena Sceilem, ea quæ Alaris. Funis brachij.

Vena Axillaris, quæ est ramus iecinariæ.

Vena Basilica, id est, Iecoraria.

Vena Capitalis, ea quæ alio nomine Cephalica.

Vena Iecoraria, id est, Basilica.

Venam secare, mittere sanguinem, pro eo quod nos hodiè sanguinem minuere & Phlebotomare dicimus.

Venarum nomina plura, lege apud Auicennam, Fen.4.cap.55.

Venæ Mesenteriæ sunt, quas nos uulgò Meseraicas uocamus.

Venæ Meseraicæ, sunt uenæ subtiles, duræ, omnibus intestinis continuæ, per quas nutrimentuw attrahitur ad epar. De quibus uide Auicen. lib.1.cap.2.

Venæ Simæ, hepatis partis, apud Aëtium sermone.10.cap.2.

Venæ arborum, Neruis similes, sed crassiores, maioresq́ue, & ramulos & humorem habentes. Ruell. ex Theoph. lib Plant. cap.4.

Venenũ terræ, Aristolochia rotunda: sic dicta, ut inquit Pli. quia cõtusa cũ calce, simul atq́ue in mare sparsa, pisces necat

Venerea radix, id est, Acorus.

Venerea, Lonchitis, apud Dio. li.3.ca. (162.

Veneris corona, Sysimbrium.

Veneris uocabulo Chimistæ æs intelligunt.

Venetus color. Lege, Cæruleus.

Venter, est neruosus, sicci & humidi nutrimenti receptaculum, ad ciborum coctionem appositus.

Venter aliquando pro tota illa cauitate accipitur quæ est infra thoracem: non tantùm pro uentriculo cibos coquente, id quod moris est ueteribus Medicis. Vnde Ventrosos dicimus. Et mulieres dicuntur gestare uentrem.

Venter superior uocatur, qui à thorace præfinitur, quem pulmo obtinet. Galenus libro.7. Aphor.37.

Ventriculus, pars ea, in quam cibus deuoratur. Aristoteles libro 1. capite.2. de natura Animal.

Ventriflua medicamina, id est, diuretica, & cœliotica.

Venti recti uocantur, qui lineis rectis semper grassari solent.

Venti reflexi & refracti, qui sinuosè perspirant.

Ventorum caussas, perniciem, & iuuamenta, uide apud Vitruuium lib.1.ca.6.

Ventus nihil aliud est, nisi aër multus fluctuans, & cöactus: qui etiam spiritus appellatur. Cùm alioqui spiritus appelletur, substantia animata & genitalis, in stirpibus atquè animantibus existens.

Venuncula. Horatius. Venũcula conuenit ollis. Plinius quoq́ue docet, Venunculam fuisse uuam ollis aptissimam, hoc est, ollarem. sic enim uocantur quæ in ollis fictilibus cõduntur. Papinius. Ollares rogo nõ licebat uuas. Col. li.3. cap.2.

Venus Ærꝫ. ipsis Chymistis.

Venus calcinata, uel Combusta. Gebrañt Ertz.

Vepenem, apud Martialem accipimus pro parua mentula. Drauci nata sui uocat Vepenem. Collatius cui gallus est pri apus. Quanquàm interpres Pipinnam legit, notione eadem. quia Pipare sit minorum pullorum. Vnde Pipillare apud Catullum de passere, Ad solam dominã usq; pipillabat.

Veratrum, Elleborus. Plinius. Elleborum, inquit, Italia Veratrum uocat. Columella lib. 6. cap. 31. Sic dictum, quòd mentem aduertat.

Veratrum album, Elleborus, apud Diosc. lib. 4. cap. 151. weiss Nyeßwurtz.

Veratrũ nigrum, apud Diosc. lib. 4. ca. 152. Christwurtz/schwartz nyeßwurtz.

Verbascum, Phlomos. Diosc. lib 4. ca. 105. Teuton. Wullkraut/Vnholden kraut/Goldknöpfflin/Hymelbrañt.

Verbena, Verbenaca, Ysẽkraut/Ysenerich. Diosc. lib. 4. cap. 63. Dictum, quòd cum ea ferrum solidetur.

Veredi, equi cursu pernices.

Vermicularis, Semperuiuum minus, apud Dioscor. lib. 4. cap. 92.

Vermiculatum dicitur, quod rosæ modo, quasi purpurisso rutilat.

Vermina, uentris, uiscerumq; dolores.

Verminatio, quomodo arbores perimat, require ex Theophrasto lib. 4. capite. 16. Plantarum.

Verminatio iumentorum, à terminibus fortasse dicta est. Vermina, ut inquit Festus, dolores corporis sunt, cum quodam minuto motu: quasi à ferrucib. scindantur. Seneca, Morborum, inquit, prima uerminatio uexat. Item alibi. Cerebri, inquit, uerminantis affectio. Hinc & Verminatur, pro eo quod est, torquet, ut in partu mulier. Nonius.

Vermiosę, & Verminosę aures, utrunque rectè dicitur.

Vermis, id est, ex quo toto, animal totum, per subiecti fœtus formationem, incrementumq; gignitur. Aristot. lib. 1. capite. 5. de natura Animal.

Vernaculũ, domesticũ, italicũ. Col. lib. 7. cap 3. Sic uernacula examina: quibus syluestria opponuntur. Col. lib. 9. cap. 9.

Veronicam herbam Germani uocant Erenpreiß/oder Gryndheyl. ob nimiã sanandi ulcera & uulnera facultatẽ.

Verpa. Vide, φύσιγ.

Verres, sus: & cũ exectus est, Maialis.

Verruca, tuberculũ est paruum in summa cute absq; dolore, callosum, rotundum, ut plurimum ad cutem angustũ, ut pendere uideatur: unde ἀκροχορδὼν græcè uocat. Curam eius require apud Paulum lib. 6. cap. 87. Vide, Thymus.

Versarij uenti, qui è mari exurgunt, terram perflantes.

Versuram dicunt scriptores agricolationes, ubi boues in arando post peractũ legitimum sulcum circumaguntur, uertunturq;. Aliâs, Versura est mutuatio quædam, qua creditor mutatur: à uertendo dicta, cuius Plinius, Seneca, Cicero, omnes commeminere. Columella libro secundo, cap. 2.

Vertemnium, Syderitis. Dioscorides lib. 4. cap. 36.

Vertex, caluæ medium discrimen, æquamentum capillorum.

Verticillum, florum, uel foliorum ambitus, qui coliculos aut ramulos herbarum coronat. Dictum ab instrumẽti muliebris similitudine, quod fuso uertendi gratia adhibetur.

Vertigo uocatur, quando simul uidentur circumuolui, hoc est, circumstantia moueri quæcunq; conspicimus, & sensus uisus repentè destruitur, cùm uidentur tenebræ circumfusæ.

Vertigo. Vide, Scotomata.

Vertiginosi, id est, Scotomici.

Veruactum, quasi uere actum: & est, quando uere primùm agri proscinduntur: ad differentiam restibilis dictum. Columella lib. 2. cap. 4.

Vernilago, Chamæleon niger. Dioscorides lib. 3. cap. 10.

Vesica,

Vesica, humidi excremẽti receptaculũ. Aristot. lib. 1. cap. 2. de natura Animaliũ.

Vesicæ affectiones sunt hæ. πάρεσις, id est, ue resolutio. Nam & παρέσους resolutos dicimus: fortè uerò hæc fuerit urinæ incontinentia. πιτυρίασις, ἀπὸ τῶ πίτυρ@, quod significat furfures. λιθίασις, quia λίθος est lapis. ἕλκωσις, id est, exulceratio, præcipuè in collo, hoc est, περὶ τὸν τράχηλον. Dysuriam à Stranguria dispescuit Galenus: quoniam hæc modo sit δυσχέρια τοῦ οὐρεῖν, hæc uerò κατὰ σράγγα ἔκκρισις. Insunt uesicæ item, quos Medici θρόμβους, id est, grumos dicunt: sed ij tamen & intestinis, uentriculo, atque thorace nonnunquam continentur. Eos animi defectio & color insequi fœdus solet.

Vesicaria, Solanum, uel Strychnum, apud Dios. lib. 4. cap. 75. Teut. Schlutten/Boberellen/Juden kyrsẽ/Teufels kyrsen/Grosser Steynbrech.

Vespæ quædam Ichneumones appellantur. sunt autem minores quàm aliæ.

Vesperna ueteribus id quod hodiè cœnam uocamus.

Vestiana nominamus nõ tàm arcas ac repositoria uestium, quàm ipsa uestimenta. Seneca. Dominus debet seruo uestiarium. Sceuola Iurisconsultus. Quæsitũ est, an mortua matre, conditio apposita defecisse uideatur, & per hoc neque uestiaria, neque cibaria his debeantur? Respondi, secundùm ea quæ præponerentur, deberi. Columel. lib. 1. cap. 8.

Veteramentum. Lege, Corium.

Veterina animalia dicuntur, quæ uehere quid possunt.

Veterinarij, medici pecorũ nominantur, quos Firmicus Maternus mulomedicos uocat: ducto uocabulo ex uoce Grecorũ, à quib. κτηνίατροι appellant, id est, medici iumentorũ. Colum. lib. 6. cap. 8.

Veterinaria medicina, medicina dicitur ea, qua utitur Veterinarius, id est, medicus pecoris et iumentorũ, quem nostri mulomedicũ, Græci κτηνίατρον appellant: de quo supra diximus. Colum. lib. 7. cap. 3.

Veterno consenescere, torpere segnitia, somno, ignauia. Veternus propriè est ille morbus, quem lethargum Græci nominant: in quo marcor est, et inexpugnabilis penè dormiendi necessitas. Vulgò medici Subetiam appellant. Inde Veternosus, pro ignauo, atque torpente, & somniculoso ponitur. Columella lib. 7. capite quinto. Nam

Veternosi, quibusdam uidentur esse lethargici. Sunt qui Veternum interpretentur morbum ignauiæ, qui ex ocio nimio contrahitur. Festo Veternosus est, qui graui premitur somno. Catoni uerò hydropicus. Cùm plurimũ, inquit, Veternosus bibit, tùm maximè sitit. Plinius Veternum à lethargo diuersum morbi genus facit. 20. uolumine, in medicina rhaphani. Cæterũ quatuor ferè discrimina Marcoris (ita enim uocatur inuicta quædam somni cupiditas) nouere Græci: Caros, quod Plinius soporem conuertit: Lethargum, & Morosim, & Nothroteta. Vltimum hoc Veternum intelligi potest, ex humida materia. μώρωσις, hoc est, quæ non modò memoriam, ut lethargus, cùm propriè capitur, sed usum quoque rationis intercipit.

Vetonica, Vide, Cestron.

Vetonica, Bretanica, apud Diosc. lib. 4. cap. 2. Est & per se herba, cuius meminit eodem libro Dioscor. cap. 3. Erenpreiß/Greyndheyl.

Vetula acromphali, umbilici pars rugosa, à ruga sic dicta, Græcis γραῖα.

Vetustus adeps, axungia.

V I

Via secundũ Erasistratũ, neruus opticus, qui ad oculũ descẽdit ad cerebrũ, & efficit uisionẽ. Gal. lib. 1. de causs. Sympt.

Viartũ nigrũ. Limoniũ. Dio. lib. 4. c. 19.

Vicia, pabulum est, à quo Vicialia deriuantur. Colum. lib. 6. Dicta, ut Varroni placet, à uinciẽdo. Quòd item ut Vitis capreolos habeat, quibus sursum serpat.

Viciariũ, seminariũ intelligitur, in quo semina uitiũ conseruntur, ut mox transferantur

ferantur in uineam. Colum. lib. 3. cap. 4.

Viciatio cribro, à Vicia, quod genus est frugum, dicitur Viciarium cribrum, sicut à lolio loliarium. Colum. lib. 8. ca. 5.

Victus ratio qualis ueteribus fuerit, ui de apud Vitruuium lib. 2. ca. 1. latissimè.

Vigilia, est intentio & applicatio animæ, à principe parte ad membra omnia corporis.

Vigor, est ætas in qua auctum animal est, & perfectũ, humido & calido in summo consistentibus.

Villaticum canem appellant, qui uillam, quæq; iuncta sunt uillæ, custodit. Columella lib. 7. cap. 12.

Vinaceus, græcè Stemphylon uocatur. Dicimus & Vinacea neutro genere, Palladius etiã fœminino genere Vinaceam. Hæc & floces appellantur: sicut & in oliua flaces, atq; fraces. Vinaceos Pöetę sunt qui Brytia, & Brytea quoquè appellent; quanq; & pro fracibus oliuarum sumuntur. Stemphyla in Arist. Rhetorica. 2. Gellius fæcem ipsam è Vinaceis & oliuis expressam, floces & fraces dici scribit. Hęc Barb. in Coroll.

Vinago. Lege, Oenas.

Vincaperuinca, Chamædaphne, seu Laurus terrestris græcè dicitur. Germanicè, Yngrün.

Vindicianus, Valentiniani archiater, Octauiani Horatij præceptor.

Vindicta herba, Epimedium. Dioscorides lib. 4. cap. 22.

Vingum, herba cuius folia ampla, & germen pusillum, radix longa, cibo idonea. Colligunt id Ægyptij, cùm amnis effusus fuerit, eoq; Deorum aras coronant. Theophrastus lib. 2. cap. 11.

Vinum primæ notæ est, quod est generosissimum: & secundæ & tertiæ notæ, id est, secundi & tertij loci: atq; ita gradatim prout bonitate præstat, dicitur quæcunq; Vini nota, pro Vinum quodcunquètàm nobile, quàm ignobile. Horatius. Chio nota si commixta falerni est. Columella lib. 12. cap. 19.

Vini uaria genera, lege apud Dioscoridem lib. 5. ad longum.

Vinacei, grana sunt acinorũ, γίγαρτα Græcis, quæ pressis uuis cum folliculo abijciuntur.

Viola dicta, quasi uitula extritat, litera, in uiulam transit. Fabula Io nota.

Viola Autumnalis, Leucoion, apud Dioscoridem lib. 3. cap. 139.

Viola alba, Leucoiũ. Negelblůmē. Ibi.

Viola purpurea, apud Diosc. lib. 4. capite. 123. Mertzen Violaten.

Violaceus color. Lege, Color uarius.

Vipeones, minores grues. Plinius libro. 10. cap. 39.

Vipera, græcè ἔχις, uel ἔχιδνα. Sed prior uox maris, altera fœminæ nomenclatura est potius, ut placet Barbaro. Describitur à Dioscor. lib. 2. Plin. lib. 10. cap. 62. lib. 29. cap. 9. Paulo Æginetá lib. 4. & lib. 6. Plura etiam doctissimus uir Nicolaus Leonicenus, tractat. de Serpentib. & Viperis: apud quem uelut in copiæ quodam cornu leges quicquid usquàm est, siue apud Strabonem, siue Solinum, & alios de serpentibus. Item de earum usu & præparatione ad Theriacen: ad cuius commentarios te remittimus. Proinde Barbarus in Corollario nihil uidetur prætermisisse, quod ad eam rem attinet. Cui & M. Vergilius subscribit: additis plusculis, quæ & ipsa digna scitu, & à studiosis nephas sit ignorari.

Viperæ fœtus, enecta matre prodeũt. Mas etiam in cöitu exanimatur, capite in os fœminæ exerto, præq; uoluptate ab eo exciso. Ælianus, & Aristot.

Viperalis, lens palustris. Dioscorides lib. 4. cap. 90.

Virga, est arcus cœlestis exhibitio, in directum conformata.

Virga item quæ ex radicibus, aut caudicis lateribus exit. Appellãtur & à quibusdam Virgæ, soboles.

Viri mediæ ætatis sunt calidi & sicci. Lege, Ætates.

Viridarium. Ein Baumgart.

Viride Porrum. Lege, Color uiridis.

Viridis color cuiusmodi sit, suppeditat exemplũ herbarũ multitudo; quarũ est tanta uarietas, ut cùm earum uis sit infinita, nulla tamen æquè, atq; ex ijs aliqua, prorsus uireat, sed omnes inter se discolores uideantur: id quod in reliquis omnibus colorib. apparet. Quare si minus est hic albus, aut niger, q̃ ille, nõ idcircò nomen albi amittit, aut nigri. Ex auibus autem insignis est hoc colore Psittacus: auis inde à quibusdã Viridis appellata, et qua nihil lętius est, Smaragdus. Maximè quoq; lucet uiriditas in genere quodam Scarabei, cuius ipse meminit Aristot. Is quoniam dorsum habet nota quadam aureola sic litũ atq; illustratũ, ut lunę speciem ex inguę sustinere uideatur, nõ inuenustè à nobis Cosentinis equus lunæ nuncupatur. Egregius est inter colores, qui uirent, Prasinus, multorũ carminibus collaudatus, nunc uiride Porrũ ab infectoribus uocatur.

Virgultum, surculus is est, qui terrę cõmittitur, ut in arborem surgat. Teut. ein Zweig.

Virtutes corporis sunt, Robur, pulchritudo, Integritas, siue perfectio.

Virtutes animæ, Prouidentia, Temperantia, Modestia, Fortitudo, Iustitia. Sanitas autẽ ad temperantiam relationem habet. Siquidem sanitas bona temperatura est, siue constitucio primarũ qualitatum, Temperantia uerò, quæ ab animi affectu, sine perturbatione, aut passione, alienam aut solutam reddit animam: uidelicet, uoluptate, metu, ira, tristitia, concupiscentia. Quamobrem operationes animæ itiperturbatas facit. Rursus corporis robur, ad animi fortitudinem refertur. Et sic erit corporis fortitudo et firmitas inexuperabilis ab his rebus, quæ corpus corrumpere creduntur.

Virilitas, id est, uirile membrum.

Virilitas, est robur animi & fortitudo, ad tolerandas uehementes rerũ quæ fiunt difficultates: ut labores, erumnas, calamitates, & in uniuersum ea quę tolerãtur grauiter, & terribilia uidentur. Assimilata etiam pulchritudini iusticia. Pulchritudo enim in symetria membrorũ, & bono in loco esse dinoscitur: Iustitia uero in symetria, concordantia, & ęqualitate. Hæc enim quod suũ est unicuiq; pro dignitate tribuit: ueluti Dijs, parentibus, cognatis, amicis, domesticis, & ciuibus. Sic corporis integritas consentit. Est enim illa perfectior & consummatior rectarum animæ comprehensionum, quemadmodum & hæc membrorũ. Sic & Prudentia secundùm naturam est; igitur sanitas.

Visci iuuamenta, lege apud Dioscor. lib. 3. cap. 102. Teut. Mystel. De errore autem circa Ixon, et Ixian, in Corollario Barbari. Item apud Leonicenum lib. de erroribus Medicorum. Lege, Ixon.

Visu plurimum ualuit Strabo. perspexit enim per. 2500. milia passuum. Solin. ex Varrone cap. 5.

Visulum cerasorum genus, frequentissimum in Germania, & Gallijs.

Visus fit per oculos. lege, sẽsus quinq;.

Vitalis, Semperuiuum minus, apud Diosc. lib. 4. cap. 92.

Vitex. Lege, Rhamnũ. Non multum à Salice nulgari distat, usu uinculorum, foliorum quoq; aspectu, nisi odore grati or esset. A uitiliũ usu nomen traxit. Græci Agnon uocant: quoniam matronæ in Thesmophorijs Atheniensium castitatem custodientes, his folijs, cubitus sibi sternuunt. Ruel.

Vitellina bilis, sic uocatur, quoniam oculorum uitellis tùm colore, tùm crassitudine assimilis est.

Viticulæ, flagella sunt, quæ uitis modo reptantia, longè lateq; uagantur, ac uicinos frutices intricant.

Vitiscat, Vitis fiat. Verbum est à uite formatum, eo inclinamẽto quo uiuiscit. Columella lib. de Arboribus, cap. 7.

Vitis insana uocatur, quæ ad florem usquè perducit. Quin est, ubi Plin. insanas

uites triferas appellet: quoniam in hijs aliæ maturescunt, aliæ turgescunt, aliæ florẽt. Smyrnæ Triferam à se uisam M. Varro testatur.

Vitis dicta est, primò, quoniam innitatur ad uuas pariendas: & à pariendo Pa rilema: deinde Palma, literis inmutatis.

Vitis alba, Ampelos leuce, apud Dioscor. lib. 4. ca. 194. Teut. weisser Hunds kürbs/wyld Rüben/wylder kürbß/wylder Sitwañ/Teüfels Kyrßen.

Vitis nigra, id est, uera Brionia, apud Dioscor. libro. 4. cap. 195. Schwartzer Hunds Kürbs.

Vitis Capræa dicta est, quia Capreolũ (parit.

Vitis uitifera, quid præsidij habeat, uide apud Dioscor. lib. 3. cap. 1.

Vitia, pabuli genus, à uinciendo appellata: quod item capreolos habet ut uitis, & ad scapum lupinos, aliumq; calamũ ad quem hæreat, id solet uincire. Vnde Vitialia, pro pabularibus è uitia dicunt. Vitia tamẽ duplex, seminaris, & pabularis uocata. Recẽtiores Græci Biciam appellant, à nostris mutuati. Vide, Bryon.

Vitiæ, uitium Capreoli.

Vitiflora, Oenanthe. Diosc. lib. 3. ca. 34.

Vitiligo. Lege, ἄλφος.

Vitiliginis tres species sunt. ἄλφος uocatur, ubi color albus est ferè subasper, et non continuus: ut quædam quasi guttæ dispersæ esse uideantur. μέλας, quæ nigra est, & similis umbræ. λευκὰ, quæ habet quidèm quiddam simile alpho, sed magis albida est. Celsus lib. 5. cap. 5.

Vitialia, à uinciendo ueteres appella (uerunt.

Vitium quomodo differt à Morbo. Lege, Morbi.

Vitrago, uel Perdicias, herbæ frigidæ nomen.

Vitulus marinus. Plin. lib. 9. cap. 13.

Vitulamen, id quod nos hodie uocamus Viuiradicem, Moschos, & Pediculum significat, quo frondes & fructus ramis connexi pendent: qui & Peciolus, & Palladio Tenax uocatur.

Viuaria, bestiarum diuerticula, piscinũ retinacula, carceres, uel piscinæ.

Viuerram, ex Aphrica importatam affirmat Strabo, generis mustelarum, Græcis ἰκτίς. Ælianus.

Viuipera uocãtur, quæ animal pariũt.

Viuiradix uitis, quæ cum radice seritur: quasi uiuam radicem habens, yngewurtzel/oder yngelegte zweig. Malleoli uerò non sunt radicati, nec seruntur in seminario. Columel. lib. 3. cap. 3.

Viuiradix, & Auulsio parùm distant: sicut Moscheuma, & Paraspades apud Græcos.

V L

Vla, gingiuæ extimæ. Nam οὖλον gingiua est.

Vlcera manantia, uide, ἄχωρες.

Vlcera item, & fungi innascuntur uuluę, similiaq; quæ aduruntur.

Vlcerum caussæ, quæ in uulua serpũt, interdum Abscessus: nonnunquàm etiam Pessus, id est, casus, uel callus corruptus, tabidusue. Aliquando in uulua duricies, aut uarix. Est autem longus hic affectus cum alijs.

Vlcerum ambiguorum curandi modus, apud Galen. 14. Method.

Vlceraria, Marrubium nigrum, uel Ballote, apud Dioscor. lib. 3. cap. 116.

Vlcinum, Hyacinthus, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 66.

οὐλαί, cicatrices. Vel,

Vlæ, maculæ leuiores in facie.

Vligo, propriè est naturalis terræ humor. Vnde Vliginosus ager dictus, quo quasi piger & noxius humor cõtinetur. Vliginoso agro opponitur aridus. Columella lib. 2. cap. 2.

Vligines in pedibus, cruribus, unguibusq; & sub armis aliquando generantur equorum, quas quidem Dulcedines uocant: habẽt similitudinem scabiei. Vegetius lib. 2. cap. 52.

Vligo oculorum, oculorũ nimius humor distillans.

Vlmaria dicuntur seminaria, in quib. plantaria ulmorum adolescũt: quæ mox roborа-

roborata, in arbustum transferũtur. Possunt & ipsa arbusta ulmaria nuncupari, quibus scilicet uites maximè copulãtur, maximeq́ conueniunt: cùm inter uitem & ulmum sit amicitia sociabilis. Columella lib.5.cap.4.

Vlmum, πτελέαν Græci uocant: utiq́ campestrem, quæ & fruticosior est. Alterum genus montanæ, ὀρειπτελέαν nominant. Foliũ indiuisum, leuiter per oram serratum, oblongius quàm piro, scabrũ. Arbor grandis & celsa, irriguis amica, ligno flauo, neruoso, robusto: ut quæ tota cor sit. Vtuntur eo ad fores lautiores, ad cardines, assamenta portarum, & torcularia.

Vlna uocatur quidèm & totum membrum, quod est inter articulationem carpi, & cubiti medium. Galen. lib.2. de usu partium. & est: si ambas manus explices à pectore in lineam rectam.

Vlophonon, Chamæleonem nigrum uocant: quòd ricinos canũ necat, uiuentesq́ anginæ modo perimit. οὖλον enim φόνος Græcis exitium significat. Dioscorides lib.3.cap.10.

Vlophonon, Ixia uenenum, apud Paulum lib.5.cap.47. & apud Dioscoridem lib.6.cap.21.

οὐλότριχες, crispantibus capillis: tales omnes cernimus Ethiopes.

Vlpicum, mordax & graue olens allium, quod alio nomine Allium Libycũ dicitur.

Vlpicum, genus allij est. Vlpicũ grandius, inter pulmentaria ruris celebratũ, quod Græci appellant ἀφροσκόροδον. Quidam allium Punicum uocãt, de quo Plautus. Pleniores ulpici, quàm Romani remiges. Colum. lib.6. cap.4. Lege, Aphroscorodon.

Vlticana herba, Solanum somniferũ, apud Dioscor. lib.4.cap.76.

V M

Vmbella: floris feminisue pedamentum, quod in plures digestum, longiores pediculos, in latius continuò radiantes, circumagitur. Græci σκιάδιον hunc florem appellant.

Vmbilicus Veneris, Cotyledon, apud Diosc. lib.4.ca.93. Teut. Durchwachß das grossz/Stopffeloch/Erdnabel/Löffelkraut/Nabelkraut/Schellenkraut. Est & umbilicus Veneris capite 94. Teut. Kleyn Durchwachß/Frawennabel.

Vmbilicus, metaphoricos flosculus qui in pomo prouenit, extremitate altera, quæ à petiolo dependet.

Vmbri appellantur pisces quidã, quorum mentio est apud Ẽnium, sic scribentem. Melanurum, turdum, merulamq́, umbramq́ marinam. Colu. lib.8.cap.16.

Vmbri, musimonij proles, pecorũ genus.

V N

Vncia. In Vncia, inquit Celsus, sciri uolo, pondus denariorum septem esse. Vnius deinde denarij pondus diuidi à me in sex partes, id est, sextantes: ut idem in sextante denarij habeam, quod Græci habent in eo, quem ὀβολὸν uocant. Id ad nostra pondera relatum, paulò plus dimidio scrupulo facit.

Vnedonem non uidi, quod equidèm sciam: sed Arbutum interpretãtur, apud Dioscoridem lib.1.cap.177. Verba Dioscoridis sunt. Arbutus arbor est, Cotoneæ malo non dissimilis, tenui folio: cuius fructus pruni magnitudinẽ implet, nullo intus nucleo. Huic Apomacolæ cognomen est. Siue, ut alij Græci habent μεμάκυλα καλοῦμεν. Maturus autẽ flauet, aut rubescit, in esu acetosus. Plura Plinius lib.15.cap.14.

οὐγγία μία, uncia una, denarij ponderis.

Vnguen, adeps suillus.

Ad Vnguem, ad perfectam absolutionem. Translatio à marmorarijs, qui iuncturas marmorũ tùm demùm perfectas dicunt, si unguis superductus non offendatur. Vnde iam quæcunq́ perfectissima esse uolumus significare, ad unguẽ facta esse dicimus. Horatius. Ad unguẽ factus homo. Columella lib.11.cap.2.

Vngula,

Vngula, oculi uitiū. Vide dict. Pterygion.
Vngula caballina, Arction, apud Diosc. lib. 4. ca. 108. Brandlattich.
Vnguenciana, Acorus, secundùm Apuleium.
Vnguentaria nux, id est, Moschata.
Vngenta, ad uoluptatem tantùm et suaueolentiam inuenta sunt, & ad delicias: ad curam uerò corporis non adeò: etiam si hodiè ungentorum nomine ueniant alia medicamina, quorum usus est ad ulcera & tumores corporis consummandos. Est enim
Vngentum aggregatum ex liquoribus & cera, pulueribus superadditis ad subtilitatem redactis. Dictum ab ungendo. Apuleius, Vnguine delibutus.
Vngentum Syriacum, cui Salca cognomen. apud Aëtium serm. 12. cap. 42.
Vngenta Exotica uocantur, quæ preciosa sunt, et ab externis gentibus longè importantur.
Vngentum Marciaton, Marciatonis medici inuentione primò uulgatum.
Vngentum Populeon, ex populi arboris germinis concretum, atque coalitum.
Vnguis Ibidis, Pentaphyllon, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 45.
Vnguis muris, Polygonion, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 5.
Vnguis, quod Pterygion græci uocāt, membranula est neruosa, oriēs ab angulo: quæ ad pupillam nonnunquā peruenit, neque efficitur. Sæpius à narium, inter dū etiam à temporū parte oritur. Quod uerò in hominis pedibus, manibusque fit, & ubique ad pollicis præcipuè ungues, diuersum ab illo, aliter à Veteribus describitur. Carnis incrementū circa ungues pterygion est, unguis aliquam operiens partem: fit autem in pedis & manus maximè pollicibus. Plura de hoc Cels. Itē,
Vnguis & summorum digitorum cornuti tegminis, & quorundam lapidum & crescentium generale nomē est. Nam & ungues inquit Barbarus, uocantur, quos Solenas Græci uocant. Et ex neotericis Theodorus Gaza *δόνακας* *ἢ* *αὐλὰς*, modò ungues, modò digitos conuertit. Vnde fortassè, quod & Ostrearū piscatores Solenistæ uocantur. ut Athenæo placet.
Vngues ex neruorum extremitate cōcreti, ornatus & decentiæ gratia à natura dati sunt: ut quippiam tenacius digitis, eorum beneficio adiuti comprehendamus, cōtineamusque. Alij sic definiūt.
Vngues sunt cutis, siue pellis eruptio, sicci quidem & frigidi, atque sensus expertes. Vel,
Vnguis est ossis superficies, uel cutis corrugatio, dura & sicca.
Vngues, præter digitorum defensacula subcornea, etiam capita foliorum rosæ, parteisque candidæ uocantur, græcè *ὄνυχες*, ut inquit Dioscorides.
Vngues custodum. Custodes dicuntur nouelli palmites. In uitibus autem sunt omnia, quæ in corporibus: exempli caussa, caput, brachia, humeri, crura, pedes, palmę, digiti, etiā pollex. Sūt et ungues, quos annotinos præcipiunt esse resecandos, id est, unius anni: quos & anniculos uocamus, ut ab anno annotinus deriuatur. Alij legunt hornotinos, eodem intellectu. super qua dictione alias perscripsi.
Vnguis, oculi uitium quale sit, uide in dictione, Pterygion.
Vnifolia. Lege, Siliqua.
Vniola, Sanguinalis herba, apud Dioscor. lib. 4. cap. 33.
Vnitatis solutio, & continuitatis corruptela, idē: de qua plura Gal. in par. arte.

V O

Volatica passio, secundùm Ioannē de Vigo, impetigo, scabies scilicet sicca, cū asperitate et rotūditate depascēs corpus.
Volucrum maius, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 42.
Volucrū sterile, Volucrū maius, apud Diosc. lib. 4. cap. 15. Teut. Geyßblatt.
Voluoces, uermiculi qui uites arrodūt.
Volutum, Lappaton, Helxine, apud Dioscor. lib. 4. cap. 42.

Voluulus, intestinorum affectio, lœtalem dolorem inferens. Curam & caussam eius require ex Aëtio ser.9.cap.28.

Vomica, morbi species, ubi pure implentur membrana, quæ medios diducit pulmones: & pectori, spinæq; annectitur. Ea raro à Medicis curatur.

Vomicula, à uomendo: quòd pus inde manet: uel quòd qui habent id, saniem reijciant. Accipitur etiam pro receptaculo apud Plinium in metallis. Vomica, inquit, liquoris æterni.

Vomitus Nicol. uomitū ciēs cōpositio.

De Vomitu uide Celsum lib.2.cap.12.

Vopiscus nominatur, qui è geminis natis: cùm alter abortiuo ceciderit, ipse uerò legitimus. Solinus cap.4.

Vox prima nascentiū, est uagitus. Solinus cap. quarto.

Vox fit ui ipsius principatus extensi, et simul extendētis spiritū per fauces et guttur, usq; ad pulmonem & linguam: quū hæc sibi uicinum aërem reuerberant.

V R

οὐραχὸν, ligamentū totū ex quo hęret fœtus: sic uocatū, quòd caudę similis sit. Nostræ ætatis obstetrices, quod ex eo in infantis umbilico relictū est, translata à uiuib. uoce, traducē, quasi sarmentū uocāt.

οὐρανία, id est, Iris, hoc est, cœlestis. nam cœlestis arcus specie floret.

οὐρανὸς, id est, cœlum, ab ὅρῶ, id est, termino, nomen deductū uideri potest. autor Philo libro de mundo.

Vrceolaris. Lege, Helxine in.

Vrça, ultima mictualis uia, gręcè οὐραῖα.

Vredo, arborum morbus, apud Theophrastum lib.4.cap.17.

Vredo, fici arboris morbus, χλαυθμὸς græcè & tabes: quæ dicitur ἔκπληξις, quasi quidam stupor, rigorq;: frigore hic & gelu, alsiosis annis contrahitur.

οὐρητῆρες, id est, urinarij meatus illi qui à renibus ad uesicam migrant: aliud à uenis, neruis, & arterijs, ut inquit Galenus de naturalibus facultatibus lib.1.

οὐρήτερ. Vide, φύσιγ.

Vretica dicuntur, quæcunq; acria, uehementerq; calida et sicca, ut sanguinem discindant à crassioribus partibus quæ aqueæ sunt. Austr.

οὐρητικὰ, item sunt, ducentia urinam.

οὐρητικὸς πορὸς, urinaria fistula. (men.

οὐρήτρα, ceruix, uel caluę pars, uel fora-

Vri sunt, quos imperitum uulgus uocat bubalos. Plin. lib.8.cap.15. Hi magnitudine sunt paulum infra elephantos, figura & colore tauri. Magna uis eorū, ut neq; homini, neq; animalibus parcūt. In uenatione eorū sese Germaniæ iuuētus exercet, cornuaq; in publicū laudis gratia refert: quæ studiosè conquisita, ab labris argento circunducūt, atq; in amplissimis epulis utuntur. Hæc Cæsar lib.6.

Vrina, est superfluitas sanguinis in magna uena, delata per renes & uasa urinaria in uesica.

Vrina scorpionis, Sideritis. Diosc. li.4.

Vrinæ leuitas, Diabetes, apud (ca.36. Aetium lib.11.cap.1.

De Vrinis ueteres multi scripserunt.

Vrinare in natando sub aqua esse: inde Vrinatores. Vide, Colymbades.

Vrinarum iudiciū compendiosum ex Hippo. per Gal. lib. de Atra bile, fol. 333.

Vrticā, ab urendo dictam putamus: q; pruritū, pustulasq; igni similes excitet. Ruel. Earum genera.9. Trago.

Vrticā, Acalyphe græcè, Diosc. li.4.ca.

Vrtica iners, Vrtica mortua. (95.

Vrtica Labeo, Galiopsis, apud Dioscoridem lib.4.cap.95.

Vrticę pisces, noctu uagant: ijs natura est, ut carne uescantur. Plin. lib.9. ca.45.

Vruncus, id quod ad culmi fastigia imbecilli spica geritur, minus quā gramen.

V S

οὖς, uel ὦας, auris.

Vstilago rustica, Dictamnus. Dioscorides lib.3.cap.35.

V T

Vterus, matrix.

Vterum Græci quidam δελφὺν uocant. Vnde & dicti sunt ἀδελφοὶ, id est, fratres,

fratres, qui utero prodierũt eodem. Hippocrates etiam γονὴν appellauit: quod uerbum illis gentibus partim quidem fœtum significat, partim uerò genitale profluuium.

Vtero matris excisus Scipio, unde Cæsar dictus est. Solinus cap. 4.

Vtriculos in farina uidetur Plinius accipere lib. 18. quos Galli Cisalpini redundaginem in Venetia prouincia, plærique Subuentres uocant.

Vtriculus, id est, uulua. Item,

Vtriculus, uocatur id quod furfure melius est, & simila deterius.

V V

Vua, morbus quē Græci σταφυλὴν uocant, inflammatio est eius partis, quæ in ore Columella dicitur, & σταφυλοφόρος Aristoteli: distenditur hæc, & luteo colore subrubescit, acino persimilis. Curatio eius est apud Paulum. lib. 5. cap. 19.

Vua crispa, seu intorta, Teut. Krauß-beer/oder Kraußelbeer.

Vua passa, græcè σταφὶς, & ἀσταφὶς ἄμπελος, id est, fatiua dicitur.

Vua Theriace uocata est quædã, quòd cõtra morsum omniũ bestiarũ proficiat: citius rationē ferendi Palladius instituit.

Vua Aminęa quę sit, lege Pli. li. 28. c. 10.

Vua fabrilis, uua fumi uapore siccata.

Vuę occidentales, Zizicę, Sclauę, idē.

Vuæ siccæ orientales, siue Sclauæ, id est, Passulæ.

Vuæ Zizicæ, id est, Passulæ.

Vuæ in speciem. Apes dicuntur facere ostenta glomerata in figuram botryonis, siue uuæ pedibus per mutua nexis. Iuuenal. Examenq; apum longo cõsederit uua Culmine delubri. Verg. Vuam demittere ramis. Colum. lib. 9. cap. 9.

Vuas ollares uocant, quæ in ollis fictilibus conditæ perennant, & sunt durabiles. Hinc illud Horat. Venuncula conuenit ollis. De ollaribus Vuis ait Papinius in Endecasyllabo. Ollares rogo nõ licebat uuas. Quidã creta figulina uuas illinunt, siccatasq; sole suspendũt, in usu diluentes cretam. Liguria uuas sole siccatas iunceis fulcris inuoluunt, aut ipsius uitis, aut fici. Ollares Vuæ, hoc est, in ollis seruatæ, os, stomachumq;, & auiditatem excitant: paulò tamen gratiores existimantur fieri uinaciorum halitu. Galenus eas celebrat, putatq; saluberrimas. Docet suo in loco Columella, quemadmodum ollæ fictiles parandæ sint, quibus uuæ conditæ seruentur. Columella lib. 12. cap. 43.

Vuea, tertia oculorum membrana.

Vulturni, uenti occidentales.

Vulcanalia, dies feriatus, Vulcano dicatus dicitur Mar. Varro. Vulcanalia à Vulcano: quòd ei tùm feriæ, & quòd eo die populus per se ignem añalem mittit. Plini. Vulcanalibus lucubrare incipiebat studendi causa. Colum. lib. 11. cap. 3.

Vulgares morbi sunt, qui secundùm quædam tempora, eodem in loco plurimos mortalium inuadunt.

Vulpis, & quadrupes bestia, & piscis genus. Plin. lib. 9. cap. 43.

Vulpina affectio, Gręcè ἀλωπεκίασις.

Vultures, notæ aues, cadauerum sectatores. Plin. lib. 10. cap. 6.

Vulua, seu Matrix, extrinsecus neruosa, intrinsecus autem carnosior: & est receptaculum fœtus.

Vuluam Græci nunc mitram dicunt, nunc ὑστέραν. Describitur à Galeno ἀγγεῖον κυητήριον, id est, uas fœtum conseruans. Ad summam exactius scrutati, utrum uuluam, aut uterum appellemus eam partem, quæ mulieribus ad pariendum natura data est: rursus, utrum numero plurali uuluas, aut uteros: an singulari uuluam, aut uterũ nominemus: sic de nominibus rixari præter ea quæ dicta sunt, Galenus pronunciat esse stultum, de locis affectis lib. 6. cap. 5.

Vuluulosæ stomachi affectiones sunt, subuersiones eius fortes & uehementiores. Sic Aëtius appellat serm. 9. cap. 10.

V Z

Vzi, Synober.

☞ X A

Xάλασις, laxatio, sanationis genus, apud Paulum lib. 1. in cura defatigationis, qua tensio sentitur.

Xanthion, Lappa inuersa. Diosco. lib. 4. cap. 139. Teut. Kleyn Kletten / Bettler leuß / Bůbenleuß. Dictum, quòd ξανθὰς, hoc est, flauos capillos faciat.

Xanthium, Lappa, apud Aëtium sermone. 11. cap. 5.

Xanthophanes, Sideritis. Dios. li. 4. c. (36.

☞ X E

Xenocrates, & ipse non mediocri studio in re medica exercitatus. De Theriacis scripsit nonnulla, & simile quoddam Andromacho præparauit antidotum. Galen. lib. de Theriaca ad Pisonem.

Xenophilus Medicus, citatur ab Oribasio, deinde ab Aëtio serm. 11. cap. 12.

Xerampinus color. Lege, Ruber.

Xeranthes, id est, Mandragora. Dioscor. lib. 4. cap. 79.

Xeris, idem quod Iris syluestris, apud Dioscor. lib. 4. cap. 25.

ξηροφθαλμία, genus aridæ lippitudinis, ubi neq; tument, neq; fluũt oculi, sed rubent tantùm, & cum dolore quodam gestiunt, & noctu prægraui pituita inarescunt. Cels. lib. 6. cap. 6. Signa eius infirmitatis sunt. Rubent cilia: nitrosæ, salsęquè lachrymæ distillant ex ipsis angulis oculorum, ac ueluti ulcera fiunt.

ξηρός, aridus sudor, qui non ui balnei, sed exercitatione, aut labore exoritur.

ξηροτριβία, frictio sicca, quę fit extra balneum, calidis fomentis & puluere. Gal. 4. Metheor.

ξηραντικὰ exiccantia, uel medicinæ exiccantes.

ξηραίνοντα, sicca, & siccantia.

ξέσματα, ramẽta. ξέσματα κολοκυντι- (δος.

☞ X I

Xiphias, piscis nomen, qui alio nomine Gladiolus, duo, ut inquit Aristoteles, habens rostra, sed dentibus carens.

ξιφίον, Gladiolus, uel Genitalis herba. Kleyn blaw wyld Schwertel.

Xiphidion, Sparganiõ. Dio. li. 4. c. 24.

Xiphondes. Vide, Chondros.

☞ X Y

Xyloaloe. Lege, ἀγάλλοχον.

Xylobalsamũ, id est, Balsami lignũ: cuius preciũ lege apud Plin. lib. 12. cap. 25. Dioscor. lib. 1. dictione, Xylobalsamon.

ξυλοκινναμώμον. lege, ψευδοκινναμώ (μον.

Xylon, Bombax, & Bombasum uocat, Teut. Baumwoll. Linũ eius Coloniũ uulgò: sicut lanugo ipsa Cotonũ. Hinc uestes xylinę. lege, Gossampinus.

Xylocolla, Gluten uulgare. Dioscorides lib. 3. cap. 100.

Xylon Scythicum, id est, lignum Scythicum, Tapsia, apud Dios. lib. 4. ca. 159.

ξυλάρια χλωρὰ, uirentes surculi, seu cremia uirentia.

Xyris, syluestris Iris. Dios. lib. 4. ca. 25.

ξύσματα, intestinorum in dysentericis uelut ramenta, aliâs, strigmenta. Vide, Strigmenta.

Xystici, uel spiculatoris medicamina quędã, citantur ab Aëtio serm. 10. ca. 26.

☞ Z A

Zador, Zeduaria, interprete Aetio ser. 11. ca. 12.

Zalia, Laurus Alexandrina, apud Dioscor. libro. 4. cap. 148.

Zapetion, compositionis genus est ex moscho, agallocho, & orientali succino. Est etiam illud, quod ex mure odorifero colligitur: dictum & Zibectum. Vide Herm. Barb. Coroll. 20. lib. 1. Lege, Net.

Zarithea, Poligoniũ. Diosc. lib. 4. ca. 5.

ζεα, Rosmarinus fructifera.

ζέα duorum generũ est. Vna simplex, S. Peters Korn. Alia in geminis putaminibus, grana bina iuncta gerit: ob id Dicoccos appellata, plus quàm hordeũ alit, ori grata. Diosc. lib. 2. cap. 99. Plin. libro. 18. cap. 8. Nostri Speltę semen uocãt. Korn / oder Speltz, Semen dictum, à præstantia frugis.

Zeduaria.

Zeduaria. Lege, Zador.
Zenonem illum Herophili discipulũ, citat Gal. libro Definit. medicinæ.
ζέφυροι, ab occasu uenti.
Zerraneola, auicula galeritæ similis, nisi quòd capite in terram nidificat.
Zerma. Non existimo differre ab impetigine: licet Zermæ nomen ei tantùm, quæ ad hulcus peruenerit, falsò adaptent Barbari.
Zestolusia, feruentis aquæ lauatio.

☞ Z I

ζίγιρ, Cassia adulterata, & reiectitia. Lege, Casia.
Zinziber, uel Gingiberis, sui generis planta est, in Troglodytica Arabia magna ex parte nascens. Qua uirẽte, ad multa perinde ad quæ nos Ruta, utuntur. Huius radices Cyperi modo paruę sunt, candicantes, & odoratæ, atq; piper sapore imitantur. Eligi debent quę teredines non nouerũt. Diosc. lib. 2. Plin. lib. 12. c. 7.
ζίτα, id est, spelta.
Ziziphum, arbor non pridèm in Italia nota: ex Syria enim ad nos peruenit. Puto id esse quod Zizipha creat.

☞ Z O

ζομήριστις, instrumẽtum aquinariũ, per quod inquit Paulus, pueris supinis ori imponitur clysteridion, fortem habens auliscum: atq; per id aloe eis inseritur, ut uermes eijciant.
ζωμός, id est, brodium, uel ius.
ζόμος ἐκ τῶν νεαρῶν ἰχθύων, brodium ex recentibus piscibus.
Zonitis, Cadmiæ species. Dioscor. lib. quinto, cap. 75.
Zoonychon, Leontopodion, apud Dioscor. lib. 4. cap. 132.
Zoophthalmos, Semperuiuum, apud Dioscor. lib. 4. cap. 91.
ζωόφυτα, id est, plantamina, ab natura inter animal, plantamq; ambigua. Philosophus de mun.
Zopissam aliqui aiunt, inquit Dioscorides, derasam nauibus resinam cum cera: quam alij Apochyma appellant: & dissipandi naturam habet. Dioscor. lib. 1. Plin. lib. 16. cap. 12. efficacior omni resina & pice traditur.
Zopyron, Clinopodion. Dioscor. lib. tertio, cap. 108.
ζώπισσα. Lege, Zopissam.
ζώστηρ, ignis sacri genus, hominem ambiens, teste Plinio: qui & enecat si cinxerit, lib. 26. cap. 11.
Zoster. Lege, Ignis sacri.

☞ Z V

Zucharum. Lege, ἐλαιομέλι.
Zucharum Candiæ. Ibidem.
Zuccarum Candi, id est, candidum, ad modum Cristalli. Sic enim Saladinus.

☞ Z Y

Zygis, Serpillum, apud Dioscor. libro 3. cap. 44.
Zygnis, lacertarũ generis, apud Arist.
Zymites panis, panis fermentatus.
ζύγγυβερ, falsum cognomen pseudocinnamomi. Sed est Xylocinnamomũ præbens quandam Cinnamomi faciem.
ζύγγυβερ. Lege, ψευδοκιννάμωμον.
ζῦθος ἐκ τῆς κριθῆς, potus ex hordeo. Fit & ex hordeo potus, quem κοῦρμι uocant: eoq; sæpè potu pro uino utuntur: uerùm dolorem capitis mouet. Græcè ποκάδιον.

❡ ARGENTORATI apud Io. Schottum. 21. Martij, Anno Christi 1 5 3 4. finem sortitum opus, denuò recognitum & locupletatum.